

(1) 616224619

IACOBI LODOICI STREBAEI IN
TRES PRIORES LIBROS ARISTO-
TELIS ἨΘΙΚῶΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑΝ
COMMENTARIA.

num. 37. cap. 8. num. 1.

PARISIIS,
Apud Vasosanum, via Iacobæ ad insigne Fontis.
M. D. XLIX.

CVM PRIVILEGIO.

Coll. Soc. gsvfalm. ex dono Regum.

della Libreria

IACOBI LODOICI STREBÆI IN TRES PRIO-
RES LIBROS ARISTOTELIS ΗΘΙΚΩΝ NI-
ΚΟΜΑΧΕΙΩΝ COMMENTARIA.



VAERENDVM primūm uidetur quot & quæ Cap. I.
sint philosophia partes. fuit inquit Cic. Acad. I. à
Platone accepta philosophiæ ratio triplex, una de
uita & moribus: altera de natura & rebus occul-
tis: tertia de differēdo, & quid uerū & quid fal-
sum, quid rectum in oratione præuimue, quid consentiēs quid repu-
gnās iudicando. Deinde uidēdam quæ sit illarum pars optima ac ce-
teris antepōnenda. Cicero in eodem libro de morali philosophia lo-
quens, La res, inquit, longe ceteris & studijs & artibus antecedit.
Idem Tus. c. 5. o uita philosophia dux, o uirtutis indagatrix, expul-
trix quæ uitiorum, quid non modo nos, sed omnino uita hominum
sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in so-
cietatem uita conuocasti, tu eos inter se primò domicilijs, deinde cō-
iugijs, tum literarum & uocum communiōne iunxisti, tu magistrā
morū & disciplina fuisi. Hæc sunt perspicienda diligenter, ut qua-
lis & quanta sit hæc pars de moribus, intelligatur. Ab ea si & boni
& beati uolumus esse, adiumenta & auxilia petamus bene beatē-
nūendi necesse est. Dicendum postea quæ artis huius origo sit. expli-
cat Arist. Ηθικων αρχαιολογ. l. I. Pythagoras omnium primus dicere de
uirtute cepit. Postea Socrates ea de re multo melius aliusque disse-
ruit, quapropter ab illo ortam ferunt. Cuius auditor Plato, non ea
modo quæ à præceptore acceperat, exornauit, sed etiam multa pepe-
rit ipse uir diuinus, & omnium philosophorum facile princeps. Ari-
stoteles tandem sic rem omnem confecit, ut si iudicio naturali strā-
re uelis, nihil omnino desideres. Artis huius studium quo tendit? an
ut sciamus quid uelit, an uerò ut id agamus quod præcipit? uic ope-
ram damus, ut bene beateque uiuamus. τέλος ἔστιν, inquit Aristot. ἡ
ἡδονή, ἀλλὰ ἀγαθή, id est, nō cognitio finis est, sed actio. quæ uerba
demonstrant, hæc philosophiam potius actionis esse quàm contē-
plationis. Hæc cur ethica nominatur? Quod mores ἠθικὰ Græci uocāt,

1. omne .8. ad .1. d. nouit

de quibus his in libris agitur. Ad bonos enim mores pertinent, utpote qui tradit quos agendo dicendoque mores exerceat homo, quibusque rebus fiat bonus ac felix. Cur hac Ethica Nicomachea dicitur? aut quid scripta sunt ad Nicomachum, aut à Nicomacho. Cic. 5. de Finib. Teneamus Aristotelem & eius filium Nicomachum, cuius accurate scripti de moribus libri. dicuntur illi quidem esse Aristotelis, sed non uideo cur non poterit patri similis esse filius. Tam ob rem inscriptionem libri dabiam reliquimus. Cur de virtutū uitiōrumque ratione dicturus initium ducit à finibus bonorum? Cic. cur id fiat ostendit lib. 5. de Fin. Qui de summo bono dissentit, de tota philosophia ratione dissentit. Hoc constituto in philosophia, constituta sunt omnia. Summum bonum si ignoretur, uisendi rationem ignorari necesse est, ex quo tantus error consequitur, ut quæ in portum se recipiat scire non possint. Cognitis autem rerum finibus, quum intelligitur quid sit & bonorum extremum & malorum, inuenta uita uia est, confirmatioque omnium officiorum. Hec ille præclare. Adde quod Estratinus annotauit, proponendum esse quasi scopum quem intuentes actiones uirtutum dirigamus, cuius speciei capri labores perferamus, & eo contendamus alacriores. Quanquam postremo finem cōsequimur, illū tamen initio cupidi proficiamus. Idemne finis quod bonum? nequaquam uero. Finis omnis (de uero sine loquor, non eo quo quis adhibetur bonum, nō omne bonum, sicut uictoria bellicæ disciplina finis, est bonum: deambulatio, bonum quidem, non item finis, quum ad corporis exercitationem refertur. Quod illud bonum dicemus, quod omnia concupiscunt? summūne, an aliud? Qui exponunt hunc locum, uidentur omnes ad summū omnium bonum, hoc est, deum contendere, quod ille sit unus ad quem omnia referuntur, quos ego recte interpretari non existimo, propterea quod Aristoteles, cuius mentem requirimus, de quaerendo summo deo & expectanda post mortem felicitate non agebat, id notius est quam quod debeat probari. Quid attinet ergo persequi id quod ad rem præsentem nihil omnino facit? inuestigat hominis summum bonū, quod aperte principium libri & ea que paulo postea sequuntur, ostendunt. Id quoque sit argumento, quod omnes philosophi qui de finibus bonorum & malorum sunt locuti, non aliud quaesierunt quam summum

hominis

hominis hac in uita bonum. Dicamus igitur ultimum rerum appetendum queri, in quo sit humana felicitas. At humanam felicitatem non omnia concupiscunt. sane, hoc philosophus dicit, omnia bonū concupiscunt, non unum & idem, sed genera singula natura sua accommodatum. Cicero lib. de Fin. 5. recte explicat, necesse est omnium rerū quæ natura uigeat, similem esse finem, non eundem. id habent omnia propositum quasi finem & extremum, ut se custodiant in quō optimo sui generis statu, sed eorum diuersa natura. Vtar exemplo Propositus est homini finis ut se custodiat in optimo sui generis statu: propositus equo finis, ut se custodiat in optimo sui generis statu, sed homini & equo diuersa natura. Itaque simile, non idem utriusque bonum. Appetunt igitur omnia bonum, non idem sed quodque suum. homini felicitas bonum, equo nō felicitas, sed equi uis atque natura quam optima. Hæc quum ita sint, apparet eos errare, qui τὰ τὰ hic uertunt summum bonum, quod acute uisit Argyropylus & Bessario: Non enim singulare quiddam & egregium unum præter deum de quo nō agit hic Aristoteles, petunt omnia. Dicit aliquis, omnia summum suum bonum desiderant. quid igitur, uetat τὰ τὰ hic conuertere summum bonum? Hoc argumenti dissoluit Bessario lib. 3. in calumniam uero Platonis. Appetunt omnia bonum, non quia summum est, sed quia bonum, & suæ naturæ accommodatum. Perget aduersarius, Cicero omnia refert ad hominis summum bonū, dicit enim lib. 5. de Finib. Quomodo igitur uerum esse potest, omnia referri ad summum bonum, si amicitia, si propinquitates, si reliqua externa summo bono non continentur? Respondet ipse, hæc uidelicet ratione, quod ea quæ externa sunt, ijs tamen officijs, quæ oriuntur à suo cuiusque genere uirtutis. Quoniam Peripatetici summum bonū ponunt in rebus animi, corporis, & fortunæ: externa reuoluit ad hominis summum bonum, quatenus illis sapienter utitur homo & cū uirtute. Referuntur tamen non ut ad summum bonum, sed ut ad hominis bonum. Cicero dicit externa bona ad humanam felicitatem referri posse: Aristoteles autem, omnia bonum sibi congruens appetere. Vtrunque uerum, sed uarium tamen aduersum. Quapropter errat si qui τὸ ἐπιωρα uertit, referuntur, & uidet eos qui dicunt, aut expetunt, aut concupiscunt, aut desiderant, quasi non sit

a iij

omnibus rebus instum desiderium. *Que vis & ratio conclusionis huius?* Omnis ars omnisq; doctrina, omnis item actio atq; delectus aliquid petere bonum videtur. Itaque recte censuerunt id esse bonum, quod omnia concupiscunt. A simili petitur est argumentum. Ut cetera omnia tendunt ad finem bonumque sibi propositum, ita ars, doctri-
na, actio, delectus omnis aliquid bonum desiderat. Veteres igitur probe dixerunt id esse bonum quod omnia concupiscunt. Sunt qui nescio quid comminiscuntur de ordinatis & non ordinatis, nec intelligunt philosophum loqui de uero fine & bono, nō eo quo quis abutitur. *Quid magis ordinatum quam artes atque disciplina?* Ars dux est certior quam natura, inquit Cicero. Nō hac iccirco ponitur, quod (ut aiunt) sint minus ordinata, sed quod pertineant ad id de quo agitur, humanum bonum. Agedum, Cur Arist. de humano bono dicturus sumit hac quatuor, artem, doctrinam, actionem, atq; delectum? sunt qui noluerunt hanc explicare questionem, qui rem non videntur enodasse. Cicero paucis explicat Tus. 4. E virtute, inquit, proficiuntur honeste voluntates, sententia, actiones, omnis recta ratio, summum bonum, felicitas. ea est in actione virtutis. E virtute proficiuntur honeste voluntates, in quibus est delectus, actiones, omnis recta ratio, in qua sunt artes atque doctrina. De delectu lib. 3. de fin. virtutis hoc proprium est, earum rerum que secundum naturam sunt habere delectum. Idem de eodem & de artibus & scientiis Off. lib. 1. Omnis cogitatio motusq; animi aut in consilijs capiendus de rebus honestis & pertinentibus ad bene beatęque uiuendum, aut in studijs cognitionis scientiaęque versatur. Nec erit absurdum si dicas, hic de virtutibus agi, virtutes esse quatuor, actionem ad omnem virtutem pertinere, quia, ut ait Cic. lib. 1. de Natur. deorum, Virtus est actiuosa, artem, doctrinam atque delectum ad prudentiam, id quod ostendunt illa verba qua ex Ciceroe transcripsimus. Cur ars & doctrina, actioni & electioni preponitur? Cic. lib. 5. de fin. In homine summa omnis animi est, & in animo ratio, ex qua virtus est, que rationis absolutio definitur. hac ille. Rationem principem iuuat ars atq; doctrina, quamobrem iure preponitur. *Quum doctrina sit arte nobilior, & delectus antiquior actione, cur dignitatis ordo locum non habuit?* Respondet Eustratus, ab imperfectis ad perfectiora naturam

ra naturam

ra naturam progredi, hoc Aristotelem secutum fuisse. Veniamus ad alia que propria definitione egent aut explanatione. Ars ab Eustratio definitur hoc modo: Ars est ex animi perceptionibus usu conquistis, & in unum exitum humana uita seruientem spectantibus collectio. Arist. ethic. 6. Ars est habitus aptus ad aliquid uera cum ratione faciendum. Cic. sic describit Acad. 3. Ars que potest esse, nisi qua non ex una aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat: eodem pertinent hæ definitiones, artem ex multis animi perceptionibus constare, usu quæri, ad aliquid utile faciendum comparari, ut architectura multis præceptis & comprehensionibus animi cōtinetur, adificando quaritur, ad conficiendas edes comparatur. Errat ij qui dicunt, aliter hic artem capi, aliter in 6. lib. sic opinatur quod Eustratii definitio in genus artis accommodari potest. Nihilominus artem uult accipi quam mechanicam uocat, quod paulo post de cura corporis agens ostendit. Quod si complectitur hoc nomen, artes & liberales & illiberales, qui locus doctrina relinquatur? *Quam dicit Arist. ut dicitur, Cicero uerit docendi uiam atque rationem.* Ars differendi (inquit in Orat.) duplicem habuit docendi uiam. Paulo post, In omnibus qua ratione docentur & uia, primum constituendum quid quidque sit, non inepte doctrina appellatur. Idem in Var. Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? id est, a r̄ ḡ r̄ e u e r s u s u t d o d r̄. Doctrina est habitus qui cum ratione uiam facit ad cognoscendum uel ad agendum: ut, dialectica habitus est animi, hoc est qualitas diu permanens, qui cum ratione & multis præceptionibus a ratione præscriptis aperit uiam, ad agendum, nempe ad acute differendum. Astrologia habitus ad cognoscendum uiam muniens, hoc est ad astrorum contemplationem. eodem modo de grammaticæ, musicæ, rhetoricæ dicendum. Doctrina alia postea est in inspectione, id est cognitione & estimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum. Alia in agendo, quarum in hoc finis est, & ipsa actum perficitur. hæc Quintilianus. Vtræque nomine doctrina si cōplectamur, non erit absurdum. Nam si felicitas est in bonis animi, disciplina tam contemplationis quam actionis, eō pertinent. Ostendit Cic. de Off. lib. 1. Quod, inquit, in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponitur, id iure laudabitur, ut in astrologia C. sul-

sententia pronunciarunt. nolui dicere defmierunt, quia non est definitio, inquit Eustratius, sed descriptio. Concupiscunt desiderant. Cic. de Fin. Quae autem cupiditates inanes sunt, his pavendum non est: nihil enim desiderabile concupiscunt. Equestrem.) Ars equestris, quae alendis atque domandis equis rationem praescrubit. Actio bellica.) ut impetus in hostem, telorum iactus, persecutio.

Cap. 2. DE finibus omnium rerum non agitur in praesentia, sed humanum bonum quaeritur, in quo versatur omnis de moribus & vita disciplina. Finis autem supra natura bonum. Finium genera sunt tria, unum summum, ut felicitas: alterum humile & summissum, ut frantum, ut calceus: aliud medium, ut victoria. Ut ordo servetur, a bono ad melius, & ad optimum ducitur oratio, ut tadem explicetur questio prima, sit ne ultimum quiddam quod maxime referatur humana vita. Alios igitur fines dixit imperfectiores esse, alios perfectiores, nunc unum perfectissimum confirmat, hoc modo: si quis rerum agendarum finis est, quem propter ipsum cupimus, & cuius causa reliqua desideramus, persecutum est hunc esse bonum, & id quidem summum. Aliquis autem finis est huiusmodi: Est igitur summum bonum. Ab antecedentibus argumentatio, in qua quia primum sumpseris, consequitur id quod annexum est. Antecedentia probat hoc modo: si omnia propter aliud expetimus, res in infinitum progreditur, & inanis est appetitus. Non autem progressus est in infinitum, nec inanis appetitus. Non omnia igitur propter aliud expetimus. A consequentibus argumenti conclusio. haec de quaestione, ab sit. Videndum postea quid & quale sit, quod ut libentius inuestigemus, nos hortatur utilitate proposita: Magnam, inquit, ad humanam vitam momentum habet illius cognitio. Id exemplo confirmat: si quemadmodum sagittarius, ita nobis signum fuerit propositum, honestum rectumque facilius attingemus. Antequam definit quid sit ultimum rerum appetendarum, utitur exordio quo docile magis habeat auditorem: docet, cuius sit illud ut scientiae aut facultatis: ac enthymemate ex propositione & ratione, probat ad scientiam civilem pertinere. propositio est, summum bonum civile est disciplina, ratio multiplex. Ea principatum obtinet, scientias civibus describit, ceterarum fines amplectitur. Quod autem diceret quispiam, si facultatis

cultatus est civilis, cur in hac disputatione de moribus quaeritur? occurrit, ac ethice civili quamdam facultatem esse dicit, cuius reddat hanc causam. Idem uni conducere quod civitati, & singulorum civium virtutes de quibus hic agitur, ad resp. felicitatem pertinere. Quale sit hoc exordium, in proximum caput dicemus. Ad alia nunc veniamus. Quas dicit res agendas? Quae ἀγαθὰ Graeci vocat. Cicero dicit aut res gerendas, aut res agendas, aut officia, aut actiones. Locus est 4. de Fin. sit hoc ultimum bonorum quod nunc a me defenditur, apparet statim quae sint officia, quae actiones. hic officia & actiones dixit τὰ ἀγαθὰ. id est in loco sic, unde officij, unde agendas principium nascatur, non reperietis, ἀ τὰ ἀγαθὰ ἀρχή. paulo post, Principia rei gerenda, principia rerum agendarum. Adit & haec, Quid autem minus consentaneum est, quam quod aiunt cognitio summum bono, reverti se ad naturam, ut ab ea petat agendas principium, id est officij? vides ut agendum, sit interpretatus officium. Quod iocatur officium, cuius praecepta traduntur, sit id quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit, aut quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit: apparet res agendas esse quas non temere & casu, sed duce ratione aut vera, aut probabil: suscipimus, ut servanda mediocritas, prudenter loquendum, aduersa fortuna patienter ferenda, standum fide, temperate bibendum, haec & similia sunt officiorum praecepta, quae ad unum finem extremumque referuntur: haec agenda nobis, haec virtutis actiones. Quod autem ratione actum est, id officium appellamus, inquit M. Tullius. Sunt igitur res agenda bonae, ut quae artibus & scientijs diriguntur. Ac quoniam singula non perficiunt hominem, (nec enim statim perfectus est, qui mediocriter utitur somno) referuntur ad extremum summumque bonum, quod qui adeptus est, quantum licet homini, perfectus est. De rebus agendas praclare seneca in epistola quadam. Actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas. Ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit. Ab hoc enim est voluntas. ita bitus porro animi non erit in optimo, nisi totius vite leges perceperit, & quod de quoque iudicandum sit, exegerit: nisi res ad verum redegerit. Ex his colligere licet τὰ ἀγαθὰ actionem esse rectam, a recta voluntate manantem, quam habitus animi rectus praecipit

Et legibus vita cōparatus ediderit. Nostri patriam consilii Et armis
 tuendam, is habitus animi rectus: nisi illam tueri, voluntas recta:
 tueris quantum potes, hac actio recta. hæc tibi res agenda. Cur autē
 de rebus agendis, nō item faciendis hic agitur? summum bonum in
 actione positū est, non in affectione, ut orator non idē salix, quōd
 omnibus recte confectū quiscat dormiatq;, sed quod agat id quod
 est viri boni, dicēdi periti. Quid est quod propter ipsam cupimus, Et
 cuius causa reliqua desideramus? summa bonorum, inquit Cic. 4. de
 Fin. quam qui adeptus est, nihil præterea desiderat: ut adeptus felici-
 tatem, nihil habet in hac vita quod amplius desideret. Nam sum-
 ma bonorum sola propter se expectat: Nequaquam vero. sed omnia
 quæ detracta utilitate sumenda sunt, ut prudentia propter rē ipsam,
 etiam si nullus usus, nulla utilitas alia consequatur, optanda est. Nū
 felicitatem propter aliud expectimus? Felicitas ea quam ante mortē
 adipisci possumus, si nihil aliud ex ea cōsequatur, est ipsa per se ex-
 petenda, nec indigna quæ artes omnes, Et disciplinas exercent. Op-
 pugnat veripateticos Lactantius 3. lib. de falsa sapientia. veripateti-
 corum bonum, inquit, nimis multiplex, exceptus animi bonis, quæ
 ipsa quæ sint magna contentio est: cōmune cum beluis potest videri.
 In eodem capite. Superest ut eos etiam refellamus, qui virtutē sum-
 mum bonum putaverunt, in qua opinione etiam M.T. fuit, in quo
 multum inconsiderati fuerunt. Non enim virtus ipsa est summum
 bonum, sed effectrix Et mater est summi boni, quoniam perueniri
 ad illud sine virtute non potest. Aristoteles virtutem cum honestate
 summum bonum putavit, quasi illa virtus possit esse inhonesta. ac
 non, siquid haberit turpitudinis, virtus esse desinat. idem cap. 10.
 summum bonum hominis in sola religione est. idem cap. 13. Docui-
 mus immortalitatem esse summum bonum. summum bonum ponit
 in religione quæ pars est iustitiæ, Et uellicat eos qui ponunt in vir-
 tute. Nec sibi cōstat, qui primum dicit summum bonum esse religio-
 nem: deinde animi immortalitatem. Aristoteles acute vidit nihil in
 hac vita magis expectandum, quàm virtutem, Et ea quæ virtutis ac-
 tionem iuvant. De felicitate post mortem, quæ non cadit in huius
 philosophiæ præcepta, nō egit. Est aliquid quod vir bonus affectus,
 nihil amplius in hac vita desideret. Cur in finibus nō est progressus
 in infinitum?

in infinitum? inanis esset atque vanus appetitus, qui nunquam per-
 ueniret eō quo maxime cōtenderet. Quem dicit appetitum? natura-
 lem, qui nunquam inanis est Et inanis, Et cum qui ratione vera
 titur atque delectu. Arist. διότι οὐκ ἔστιν αὐτῶν οὐδὲ οὐκ ἀλλοῦ ἀλλ' ὁ
 ἀπ' ἀφ' ἑαυτοῦ, ὁ πρὸς ἑαυτὸν ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν, ἀλλ' ὁ
 αὐτῶν, id est, appetitus est cuius impulsu rem gerimus. Appetitionis ge-
 nera tria, Cupiditas, ira, voluntas. Cic. Tus. c. 4. si simul obiecta species
 cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendū impellit ipse
 natura: id quum constanter prudenterq; sit, eiusmodi appetitionem
 stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. Tam illi pu-
 tant in solo esse sapiente, quam se finiant: voluntas est, quæ quid
 cum ratione desiderat. Quæ autem aduersus rationem incitata est
 uehementius, ea libido uel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stul-
 tis inuenitur. Lege quæ sequuntur. Stoicis voluntas nō est inanis atq;
 inanis appetitus. Cupiditas Et ira sæpe frustra mouent. scientia ciui-
 lis: πολιτικά. Πολιτικά bene instituenda Et administranda ciui-
 tatis ratio. Explicat illā Plato libro de Rep. Et de Legibus: Aristote-
 les in Politicis, ubi docet quæ discenda sunt artes, Et qua repudiada.
 Nemini sane dubium est, inquit lib. 8. quin legislator id maxime cu-
 rare debeat, quæ ratione instituat pueritia. etenim quum ciuita-
 tes hoc negligunt, capit res. detrimentum. Ne multis morer, cetera
 quæ ex eo fonte facile quisque petere potest, relinquo. De rebus his
 scripti sunt libri, septimus de rep. Platonis, septimus de legibus eiu-
 dem, octauus πολιτικῶν Aristotelis, erudiendam non solum priua-
 tim sed etiam publice pueritiam, tradēdas artes liberaliores, ut græ-
 micam, gymasticam, musicam, arithmeticam, geometricam, audiē-
 dos philosophos, arma tractanda, fugiendos obscenas poetarum fa-
 bulas, quæque pro sua natura docendum, non semper in eadem ar-
 te permanendam: esse quæ pueros, quæ adolefcentes, quæ iuuenes ac
 senes deceant. Artem militarem Et rhetoricam scientia ciuili subie-
 ctam esse dicit Plato in Politico. Hanc facultatem regendæ ciuitatis
 obtinent reges, principes, senatores, iuris Et legum periti, quorum
 munus est scientias utiles inducere, malas artes amoliri: uidere, ne
 quid parum, ne quid nimis: officia cuiusque distinguere: militibus,
 patribus familiæ, oratoribus imperare: leges aut interpretari aut no-

uas scribere, quid sequendum quidque fugiendum sit, indicare. Quod autem tanta facultas vix in uno reperiri potest, habent ij qui imperant multos quasi oculos, id est sapientes viros, quorum alij vident historias & antiquitates, alij instituta maiorum, alij mores & consuetudines, alij ius gentium & civile, alij ius potestaticum: alij usum, exercitationem, experientiam, prudentiamque nituntur. Vtique rhetorica non continetur libellis rhetorum, ita scietia civilis libris philosophorum. ac quemadmodum eloquentia perfecta in nullo reperta est, sed eius in multis apparuerunt particulae, ita ratio civitatis absoluta non in uno sed in multis inuenitur. Hoc quale est, idem conducit uni quod civitati? Explicat Aristoteles lib. 7. Politicon cap. 2. Superest, inquit, explicandum, an uniuscuiusque hominis & civitatis felicitas dicenda sit eadem, an non: id autem perspicuum. Omnes enim eadem esse consentient. Nam quicumque in uno vitam statuant beatam, quod dines est, hi quoque totam civitatem si opibus abundat, beatam esse existimant. Et quibus tyrannica vita prima est, hi quoque civitatem plurimum imperatorem dicunt esse beatissimam. Quod si quis hominem ab una virtute commedit, is & civitatem a virtute praestantem, dicit esse feliciterem. Hac ille, unde efficitur idem uni quod civitati conducere, nempe fortuna, corporis, & animi bona, atque felicitatem. Idem locus ostendit, cur ethice quaedam sit civilis facultas. Nam ratio morum, quamquam ad unum pertinet, tamen ad eum finem ad quem scietia civilis, refertur. Arist. in eodem lib. Finis idem & communiter & singulariter hominibus propositus est. Idem extremum status & optimo viro & optimae reip. necesse est. id tamen quod civitas est, & suscipere & tueri, maius ac perfectius videtur. Cic. de Offic. lib. 1. cap. de Fortit. Illud autem sic est indicandum, maximas per res, & maximi animi ab ijs qui temp. regant, quod eorum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat. Perspicuum hic esse bonum, & id quidem optimum. (τὸ βέλτερον uero bonum, non summum bonum, propter eam quam supra attuli causam. sic uertendum locus hic ostendit. Cur enim philosophus addidisset καὶ τὸ βέλτερον, si τὸ βέλτερον summum bonum dixisset? Non minus erat absurdum quam si dices, uirtus est res optima, & res optima. Nam comparatur ἀγαθὸν ἀγαθόν, ἀρετὴν, si primum gradum pro tertio ponebat, cur addebat

& tertium?

& tertium? Momentum.) utilitatem & adiumentum. signum.) scopum. Honestum rectumque) sic conuerto τὸ κατὰ, non decorum. Aliud enim decere, aliud oportere. Cic. in Orat. Aliudque totum sit, utrum decere an oportere dicas. Oportere perfectionem declarat officij, quo semper utendum est, & omnibus: decere, quasi aptum esse consentaneumque tempori & personae. Male igitur τὸ κατὰ redditur decorum, quam sit ἀγαθὸν τὸ κατὰ quod est oportere, & de officio consequendo loquatur hic Aristoteles. Est autem perfectum officium, rectum, & honestum. Attingemus.) assequemur. Hoc usus sum uerbo, quod aptus erat ad metaphoram a sagittarum ductum. Faciendum periculum tentandumque est.) Hoc proprie significat graecum τὸ ἐπιχειρῶν. Qui transferunt opera danda est, peccant. Non enim quis operam dat, periculum facit atque tetat. Crasiore doctrina, ac pingui mimerua.) Sic recto graeci τὸ πικρὸν, quod alij uerterunt figuram, alij negligentes omiserunt. τὸ πικρὸν est ea forma ex qua simulachra exprimitur, hoc est adumbrata forma, qualem pictores initio ducunt. Quae uero in sermone ualis est, nisi quae proverbio dicitur crassa musa, ac pinguis mimerua, id est, doctrina facili & obuia, non subtilis & acuta? cur autem musa crasiore mausult agere? an quod uirtus actione perficitur, nec tam sermonis indiget exquisiti, quam diligentia & actionis? an quod ex ijs quae a sapientioribus & fiunt, & dicuntur, sumitur ratio morum? Quid scietia & facultas differant, ostendit Cic. lib. 1. de Orat. scietia ex rebus penitus perspectis planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiuictis. Facultas ex ijs constat, quae obseruata sunt nisi ac notata, uerbis designata, generibus illustrata, partibus distributa. Dicam breuius, scietia est rerum certarum, facultas probabilium. Estimare licet, uidetur esse indicandum atque decernendum, ὁμοίαν ἂν. Cui potissimum cetera parit.) Arist. ἀρχὴν κατὰ τὸν αἴον dicit artem cui nonnullae parent, qualis est militaris, qualis agricultura: ἡμοίαν δὲ ἀρχὴν τὸν αἴον, cui scietia parit omnes. Quae uersantur in actione.) Artes ille dicitur practicae, quarum finis ipso actu perficitur, & quae nihil post actum relinquunt, ut saltandi, canendi, differendi. Conducit) uile est suscipere) capefferre. Tueri, seruare. Ros fines) usus est numero multitudinis, quod finis & ultimum scietiae civilis atque

moralis multa complectitur. Pulchrum) ἀγαθόν; id est, amabile reddo pulchrum, quia sequitur ἄλλοις pulchrius. Est enim amabile quod pulchrum.

Cap. 3.

QVVM tria sint questionū genera, an sit, quid sit, quale sit, & in his libris de moribus, initio uidentium sit de fine & humano bono: ut res ordine tractetur, primum querit si ne aliquid humanum bonum, quam ubi tractauit questionem, antequam dicat quid illud sit, ut docilem magis habeat auditorem, breui utitur exordio. Quod autem res facilius intelligunt y qui docentur, si breuiter ostendat quae de re & quomodo sit ipse dicturus, proponit haec, agi de humano bono, illud ciuiliū esse facultatis, ea facultate scientiā morum contineri, de moribus agendum non subtiliter & acute, sed populariter ac pingui minerva, nihil exquisitum magis esse requirendum quam quod ea quae tractatur materia postulat: ad hanc rem non omnes idoneos esse, sed eum maxime qui suas appetitiones ratione moderatur. Ex his apparet eos qui libros Aristotelis in capita diuiserunt, ea quae ad hoc exordium pertinent, superioribus adiungere non debuisse: & eos errare qui Aristotelem duobus proemijis hic usum fuisse dicunt. Illud enim de finibus ad summam rei pertinet. Cur cetera partiantur in duo proemia non uideo. Quum uerō genus illud differendi quod una ratione pluriusue dicta confirmat, sit ualidius ac philosophicum magis, quam quod neruis, id est rationum uiribus caret, hic quae ueluti fundamenta ponit, rationibus argumentis firmat. Enthymema primum: satis erit explicationē materia accommodasse, quia ut in operibus artificum, sic & in disputationibus doctorum, non eodem modo exquisitum quiddam atque perfectum requirendum. Alterum: in rebus honestis, iustus & bonus est erratio, non euidens aut certa ratio, propterea quod ex illis incommoda plerisque mortalibus acciderūt. Satis est igitur, hisce de rebus agere pingui minerva. Haec duo sic connecte: in quibus difficilius est aut ruidior, aut minus certa materia, in ijs non est requirenda subtilitas, aut demonstratio. In honestis & bonis est eiusmodi, satis est igitur his de rebus agere crassiore musa. Tertium: Doctus ac peritus eam tractationē requirere debet quā patitur rei natura. Pec caret enim si mathematicum suasionibus rhetoricis atente probaret,

ant

aut si ab oratore demonstrationes exigeret. Quartum, Quae quisque nouit, ea recte iudicat, iuuenis imperitus actionum, non uere iudicat: quique perturbationes animi sequitur, rationem deserit atque uirtutem. Non est igitur horum satis idoneus auditor, hoc differendi genus ualidum, firmum atque robustum, quod omnia per se debilia communit. Haec de ratione disputandi. Subtilitas & exquisita ratio quid est? id quod Graeci uocant ἀκρίβης, id est absolutum, exactū, summum atque perfectum, de quo Cic. lib. 1. de Fin. Sentiri hoc putat, ut calere ignem, niuem esse albam, dulce mel, quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmare. Idem paulo post, Non existimat oportere nimium nos cause considerare, sed & argumentandum & accurate differendum, & rationibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandum putant. In disputatione ciuili autem morali subtilitas & exquisita ratio, nihil aliud est quam probatio aut necessaria, aut tam perspicua ut necessaria esse uideatur. Talis autem praecipis uite confirmandis admodum raro asferri potest. Si praecipis, ut parca bibatur, non tibi certa ratio & argumentū necessarium suppetet quo demonstres aut quid aut quantum cuique bibendum sit. Hoc iudicabit sapiēs, & usu peritus. In disciplinis mathematicis exquisita ratio, demonstratio est. In dialecticis acumen differendi, syllogismusque necessarius. In rhetoricis, enthymema necessarium, & minime populare dicendi genus. In rebus artificum, operis absoluta expositio, quae non similiter ab omnibus exigi debet. A pictore, quoniam facilem mollemque materiam tractat, exigitur. A statuario, qui aliquid in auro in argento in aere format, non item: minus sequax est materia. A marmorario multo minus petendū. Qui uasa fingit ex auro, plura prestare debet: qui ex ferro, pauciora. De exquisito opere & accurato, Ouid. Metamorph. lib. 2. Materiam superabat opus. Quint. lib. 1. si Praxiteles rariū marmor expolisset, plus in manibus fuisset quam in marmore. Loquitur de opere non simpliciter absoluto, sed quoad patitur marmor. Est enim aliquid exquisitū in suo genere, & aliquid simpliciter accuratum & exactū. In hoc genere recte dicitur exactum, quod uerbum quidam barbarum putat. Propertius loquens de equis quos formabat Calamis sculptor, Exactus Calamis se mihi iacet equis.

6

Horat. Ep. l. lib. 2. de carminibus Linij poeta, - sed emēdāta uideri Pulchraque, & exactis minimum distantia, miror. Exacta carmina dicit absoluta atque perfecta. Inter honesta, iusta & bona quid interest? honesta sunt ea que uirtutibus continentur. Cic. de Off. Ex quatuor autem locis in quos honesti naturā uimq; diuisimus, & que sequuntur. Honestum prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam continet. Iusta sunt officia que acunque dijs hominibusque debentur. Cic. in part. in communiōe autem que posita pars est, iustitia dicitur, eaque erga deos, religio; erga parentes, pietas, uulgo autem bonitas; creditis in rebus, fides; in moderatione animaduertendi, lenitas; amicitia in beneuolentia nominatur. Bona, que iuuant, siue sint in animo, siue in corpore, siue in rebus fortunatis. Senec. in epistolis. Bonum societas honesti sit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. quod bonum est, malum esse potuit. quod honestum est nisi bonum esse non potuit. Ciuis ergo scientia, propterea quod honestos ciues, id est, quatuor uirtutibus præditos, & iustos, hoc est, qui dijs & hominibus officia persoluant, communiōemque seruent, reddere debet: honesta iustaque considerare dicitur & intueri. Moralis autem doctrina quoniam cōtendit ad felicitatem qua bonis animi, corporis, & fortunæ perficitur, bona debet inspicere. Honestā ab iustā, legēne & more tantum constituta sunt, an etiam naturā? Cic. de Off. lib. 1. uirtutes omnes à natura nobis ingenerari dicit. Quod quia multis uerbis explicat, huc transferre nolui. Idem lib. 1. Acad. quæst. Animi autem, que essent, inquit, ea ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Natura celeritatem ad discendum & memoriā dabant, quorum utrunque mentis est proprium & ingenij; morum autē præstabant studia esse & quasi consuetudinem, quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. in eodem libro loquens de Zenone. Quoniam superiores non omnem uirtutē in ratione esse dicerēt, sed quasdam uirtutes naturæ aut more perfectas, hic omnes in ratione ponebat. Ostendit ueteres academicos censuisse honesta iustaque non lege tantum sed natura etiam constare. Aristot. Ethic. lib. 2. negat ullam moralium uirtutum naturā comparari: uirtutes mentis ut prudentiam sapientiamq; doctrina plura debere patet.

HAC UT

Hac ut coherent, dicendum, uirtutes non ita nobis insitas à natura, ut lapidi grauitatem, nec tandem crescere uti barbam, sed tamen ab illa principium sumere, quòd ad uirtutes capiēdas naturaliter sumus aptiores. honesta igitur & iusta lege magis quàm natura comparatur, sed & ab hac capit exordium. Hac quum ita sint, facile est explicare quæstionē cur in honestis iustisq; rebus multus sit error, magnūque discrimen. Nam quia lege magis & more formantur, non sunt apud omnes eadem, ut ea que natura ingenuit. Aliter enim uirtur in optimo genere reip. aliter in imperio diuitum paucorum, aliter in dominatione populari, in regno aliter & in tyrannide. Tot ferē uiuendi genera diuersa, quot ciuitates. Itaque populus alius alius perstringit, aut quòd parum prudenter agat, aut ignauia sit deditus, aut licentius uiuat, aut contra seuerius. Adde quod reipus, locus, persona, ætas, causa, uariant mores. Tempus, ut in lucretio, in letitia, locus, in templo, in conuiuio; persona, in magistratu, in uita priuata: ætas, in pueritia, in senectute. Terent. Nunc hic dies aliam uitam affert, alios mores postulat. Causa, ut propter temp. propter bonum priuatum. Quibus addere licet artes, studiaque diuersa, atque alia multa que e nomine persona complettimur. temperamento corporis calido uberius alimentum conuenit: frigido, parcius. siccò homini largius bibendum: humido, temperantius. Leges pro tempore saepe mutantur, mores aliter in formadi, si qua ratio melior hoc fuerit. Nonnunquā, si in eligendo uite genere aberraueris, totum erit sensum paulatimq; mutantum. Quid quod leges silent inter arma, nec se expectari iubent? Quid quod summum in summa iniuria est? Quid quod homines consulti non consentiant? Cratinus apud Terentium, Ego, inquit, qua in rem tuam sint, ea uelim facias. sic hoc uidetur: quod te absente hic filius egit, restitui in integrum æquum est & bonum, & id impetrabis. Dic nunc Herio, Ego sedulo hunc dixisse credo: uerū ita est, Quot homines, tot sententia. Sum cuique mos est. Mihi non uidetur quod sit factū legibus, rescindi posse, & turpe incepta est. Dic Crito. Ego amplius deliberandum cōseo. Res magna est. Vide ne quætus sit in honestis, iustum est rebus erroris: ex bonis in commoda plerisque mortalibus acciderunt, idne factum est quòd bonis abuterentur, an quòd bona etiam non abuterentibus saepe sint exitio? utriūque

c ij

dicendū. De utroque genere Quintil. lib. 2. Et in ijs qui philosophorū nomine male utuntur, grauiſſima nonnunquam ſlagitia deprehenſa ſunt. Cibos aſſeruemur, attulerūt ſepe ualeitudinis cauſas: nunquā reſta ſubeamus, ſuper habitantes aliquando procumbunt: non fabri cetur militi gladius, poteſt uti eodem ferro latro. Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit uita, & (ne terrenis immorer) ſolem lunamque præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere? De altero Iuuenalis, - multis et ſua mortifera eſt faciūda: uiribus ille Coſſus perijt, admirandiſq; lacertis. Sed plures nimia cōgeſta pecunia cura, ſtrā gulat. Lucretia caſtris exitio fuit, Virginiſa forma, Decijs amor patria, Regulo fides, Paulo Aemilio fortitudo, M. Tullio eloquentia. Quam multos ſyllani propter opes occiderunt: Quam multi quotidie ceduntur diripiendæ pecuniæ cauſa? At inquires, Nemo uirtute abuti poteſt. Quomodo igitur eloquentia multi ſunt abuſi? Quomodo philoſophia: quæ ſi non ſunt uirtutes, ut erit uirtus prudentia? Cic. de fortitudine, illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innæſcitur. Itaque uiros fortes & magnanimos, eodem bonos & ſimplices, ueritatis amicos, minimeque fallaces eſſe uolumus. Omnibus rebus abuti poſſumus. Nec ſi tum nomina mutantur, iccirco ſtatim habitus mutatur. Virtute quia uirtus eſt, abuti non poſſumus. Virtute quodammodo abutimur, bona igitur animi, corporis, & fortuna multis exitio fuerunt. Quid tum poſtea? Quid? Oriuntur inde quaſſiones. & controuerſie, quum uirtia proxima ſunt uirtutibus, ut au dacia fortitudo, luxuria liberalitati, auaritia parſimonia: quumq; ea quæ bona dicuntur, ut uires & diuitiæ, nocent: oriuntur inquam controuerſie, quas dirimere, & ueris argumentis atque rationibus explicare difficillimū eſt. Quam dicit philoſophus à ſolis, an uim corporis an animi fortitudinem? Virtutem potius, quæ uerſatur in periculo & quæ multis aſſert exitiū. Nam duo ponit exempla, unū de rebus fortitudo, alterum de bonis animi, ut offendat, nullum eſſe bonum, quod non aliquid mali uideatur attuliſſe: hinc oriri difficul tates & controuerſias de bonis omnibus. Euſtratus & ad corpus referri poſſe dicit, quia uobis cum fortitudine, ſenſus acer cum prudentia, ſanctas cum iuſtitia, pulchritudo cum temperatiâ comparari poteſt.

poteſt: ſed ſine ad corpus ſiue ad animū referatur, nomine fortitudinis explicari debet, propterea quòd hoc nomen & apud Latinos am bignum eſt. Virg. 1. Georg. - Ergo age, terra ſingue ſolum primis extemplo à menſibus anni Fortes inuertant tauri. - Idem Aeneid. 1. - Vbi tot ſimois correpta ſub undis Scuta uirum galeasque & fortiſ corpora uoluit. Peccat igitur qui uertit uim corporis. Non enim de rebus abijt ſuſpendit ſententiā, & in deteriorem partē declinat ultro. Peccat idem, qui putet, de rebus & ex rebus diſſerere, nihil omnino diſſerre. Quid ergo diſſerit? Ex rebus diſſerimus, quum ſermone pertractamus illas, uicēſ principijs & enunciationibus (quas cum Quintiliano propoſitiones inter dū uoco) quum ſententias explicamus quas ſenſu communi cōcipimus. De rebus autem, quum aliud ex alio colligimus, & ex aſſumptis ratiocinamur. Ex ipſis dicitur, inquit Euſtratus, quum uelut enunciationes ſumimus: de ipſis, quum problemata & cōcluſiones. Hoc ſic accipe, Quum de re, exempli gratia, de ſenectute diſputandū eſt: ex ipſa re, id eſt, è ſenſu communi, qui nouit eam, principia quædam & enunciationes depromimus: dein de ſi diſputemus arte, rem omnem quaſtionibus & concluſionibus perſicimus. Itæc duo philoſophus non ſemper eodem ordine collocauit, quia partiendi ratio duplex, una à primis ad ultima, altera ab ultimis ad prima. Quæ dicuntur plerūque euenire: ea quæ nec omnino certa ſunt, nec neceſſaria, ſed plerumque contingunt, ut à parentibus filios amari, à bonis recta conſilia dari. Ex his nihil certo & neceſſario colligitur, ut in analy tico uidere eſt. Cur mathematici qui ſuaſionibus utantur, nō eſt audiendus? Illius eſt non ſuaſio ſed demonſtratio: Geometre cogunt nō ſuaſent. Cic. Acad. 4. Geometra præuideant, qui ſe proſtulerunt non perſuadere ſed cogere, & quæ omnia quæ nobis deſcribunt, & probant. Paulo poſt, Geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ uim aſſerunt in docendo. De ſuaſionibus, in eodem loco: Non quæro rationes eas, quæ ex comicæ uerba pendunt, quæ diſputationibus huc & illuc trahuntur, nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem. De Orat. breuiter exponit, inter artes mathematicorum & oratorum quid interſit, ſi ita ars diſſinitur, inquit, ut paulo antè expoſuit An- c ij

tonius, ex rebus penitus perspectis, planèque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seivntis, scientiaque comprehensus, non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Sunt enim variae, & ad vulgarem popularèque sensum accommodata omnia genera huius forensis nostrae dictrionis. Est igitur suasio, ratio differendi, quae ex coniectura pendet: quae disputationibus huc & illuc trahitur, nullam adhibet persuadendi necessitatem. Haec oratoris propria quidem, sed ea tamen utuntur philosophi naturales atque morales. Ars mathematicorum est ex rebus scientia comprehensa: ars oratorum, ex rebus opinione sensuque communi collectis: illa demonstrat, haec suadet: illa subtilis, haec crassior: illa doctrina, haec usufu valet: illa nec exorditur, nec longa utitur narratione, nec spaciatur in locis amantis, nec monet affectus, sed brevi descriptione utitur & necessaria probatione. Exempla ab Euclide si opus est, excipere facile quisque potest: si iuuenis non est disciplinae civilis idoneus auditor, cur ab omnibus ferè eò vocatur? Iuvenes ad philosophos confluebant, & nunc philosophia iurisque civilis omnium consensu dont operam. Eò vocantur ut audiant, audiendo rectè discant, quae noverint bona perfequantur, mala denirent: Pueros & ephobos philosophis operam dare consueuisse dicit Plato in Axiocho, si liber ille Platonis est. Vbi inquit, pubertas accessit, deterior metus, iucum, Academia, gymnasiarcha, virgè nullus malorum modus. Hinc morem non improbat Aristoteles, nec pueros & adolescentes ab hac philosophia auertendos esse dicit: Est animi medicina quaedam perutilis quae iuuentutem bonam confirmare, improba sanare potest. Vindiaris, κωφότητι γὰρ ἀπαραγοῦ φέρει. Leuiore enim sunt rudium mentes. Sed de rudi, habete, imperita, lascina adolescentia dicit, qualis est Amphili aut Carini apud Terentium: qualis Horatianus iuuenis, qui Cereus in utriusque flekti, monitoribus asper, Vtiliù tardus pronisior, prodigus aris. Tales inutiliter audiunt, quo tempore perturbationes animi sequuntur actionis vitæ rudes. His tamen adhibenda medicina, & eo magis quòd ante cognoscere quid sit virtus & vitium necesse sit, quam bene sapienterque viuere possit. Congruens oratio, subiecta materia accommodata. Est enim rerum quae dicuntur veluti mensura quaedam oratio. Male conuertitur, satis longa oratio. Non agit philosophus de longitudine atque

ne atque breuitate, sed de congruente & apta ratione differendi: Materia subiecta. Sic vocat Cic. quam Graeci dicunt ὑποκείμενον ἔλεγχον. In omni disputandi genere. Sic legitur in Stratis, ἰσχυρῶς ἢ ἄλλω. In unoquoque genere. Alij vero ἰσχυρῶς ἢ ἄλλω, in omnibus disputationibus. Ego sic uerti, ut à neutra sententia desisterem. Qui dicant limatum dicendi genus, uerbis non rebus seruiunt. Genus accipe materiam subiectam, quia genus est uti materia, differentia ut forma: utque genus continet species, sic materia, quae formantur ex illa. Inquit & intuetur. ἰσχυρῶς ἢ ἄλλω, id est, considerat. Discrimen. differetia; dissimilitudo. Lege. humano instituto. Erratio. error, ratio dubia. similia concludere. colligere probabilia non necessaria. Radique doctrina. sic reddo τὸ τῶν α, non dilucide & plane, quia si ab imaginibus adolubratis est translatio, ut est, runde quiddam significatur non exolumitur quod rem dilucide planeque demonstrat. Probare. metaphora ab ijs qui sarta tecta exigunt, aut qui sunt generis huius. Absolutionem perfectionemque, id est, opus exactum, τὰς ῥεῖθς. Quae quisque nouit, ea rectè indicat. Huc pertinet illud pronerbum, Ne sutor ultra crepidam. bonus iudex. Latine dicitur, Cic. in Verrem, iudex bonus esse nemo potest, qui suspitione certa non mouetur. Nunc à quodam reprehenditur, ut putide locutus. Perturbationes, dicit aggritudinem, uoluptatem, metum, cupiditatem, & quae quatuor his generibus continentur. Iuuenum similis. ἰσχυρῶς, hoc est, ἰσχυρῶς, puer aut adolescentis insipiens. Hoc uerbum male uertitur puero par & similis, quia nec quantitatem nec similitudinem corporis, sed qualitatem morisque significat. Affectu perturbatione. Qualibet, uerba, tā mala quam bona. Non continentibus. ἀπέχεσθαι dicunt incontinentes, quod uerbum latinum est. Cic. dicit non continentem, ad Attic. Puerm iniquis, & fortasse fatuum, & non grauem, & non continentem. Qui uertunt impotentes, non uident uti se uerbo improprio quod laetius pateat, quam ἀπεχεσθαι, ut ab Aristotele dicuntur. Sunt autem qui perturbatione superati ab honestate rectaque ratione deficiunt, de quibus in septimo permulta. Satis sit hac nos esse praefatos. τὰ φερεται ἔλεγχον ἢ ἄλλω) melius haec uerba redduntur hoc modo, quam si dicas, proemy loco haec tenus diximus. Modus est imperandi τὰ φερεται

jud. Soc. Cic. pro Mil. sed finis sit, ita dixit, ut hic nos, satis sit.

CAP. 4.

QVVM sit explicata quaestio prima, an sit homini aliquod ultimum summumque bonum: quumque ad intelligendum sit paratus auditor, inquirendum videtur, quid sit illud bonum. Haec enim quaestio secunda. Id ergo philosophus quaerit. Repetamus, inquit, ab omni scientia atque delectu aliquod experti bonum (id enim supra demonstratum est) & dicamus, quidnam sit ultimum rerum appetendum. Quid autem nomen est brevis & contracta definitio, propterea quod breuiter notat id quod definitio pluribus, quodque sine eo de rebus commode differere non possimus: a nomine sumit explicandi principium, & eo magis quod de illo consentiant omnes, & a re de qua constat, ad controuersiam ueniendum est. Ac quoniam de re subiecta beatitudini non mediocriter est controuersia, nec est inutile ad explicandam beatitatis naturam nosse quid ei subiectum sit, de ui subiecta loquitur, & ea de re multorum controuersia. Tam in tanta diffensione quum difficile sit inuenire ueritatem, docet tandem qua sit inuenienda uita, ab ijs qua nota sunt nobis exordium ducendum, tenenda principia, non ubique petendas esse causas: incertis esse nec principia cognoscere, nec ab alio capere uelle. sic est disputationis ordo. Cur illud repetit de scientia atque delectu: intericit praemium docendi lectoris causa, nunc superioris gradus extrema repetuntur, ut inde facilius ad proximum fiat aditus. Antequam diceret quod esset ultimum bonorum, illud esse, monstrandum fuit. Hoc igitur ut notum sumit, & uti fundamentum iacit. Nominis scientiae complentur eam quam principio dixerat artem atque doctrinam. Actionem uero non repetit, aut quod tribus positus, quartum facile addideretur, aut quod haec tria sequitur actio. Quid interest inter illud quod a disciplina ciuitatis expectatur, & summum omnium rerum agenda bonum? Idem uerbis alijs exponitur. ἡμετέρας est figura. Idem saepe uarijs explicatur uerbis aut ornandis aut dilucidius explanandis gratia. A disciplina ciuitatis quam πολιτικῆς Graeci uocant, appetitur hominis bonum summum, quod est omnium rerum agenda bonum extremum bonum. Iste igitur oratio secunda prioris explicatio. In illo, de nomine omnes ferè consentiunt, cur ponitur hoc ferè? Eustratius existimat hoc esse positum, quod nonnulli sint homines tam rudes & barbari, ut nesciant

ut nesciant hoc nomen, & ignorent an in rebus mortalium sit aliqua felicitas. At uerò si nesciant, neque consentiunt neque dissentiunt. Dicendum potius esse qui dissentiunt, ut qui ante mortem nullam dicunt esse felicitatem, quorum alij sunt imperiti, ut ille apud M. Tullium. i. Tus. qui sic respondet, Profus nemo non miser: alij sapientes ut solon, de quo postea. Hi certe quidem neque de re neque de nomine consentiunt. ut excipiantur ergo, ponitur hoc exceptio nis aduerbium. Dicendumne, qua sit autem felicitas, an quod sit autem felicitas, inter eos non conuenit. Eustratius legit τῆς βῆς non τῆς βῆς, qua sit non quid sit. Illud est rei subiecta, hoc autem rationis uim naturamque rei breuiter explicans. Nec philosophi certant quod nesciant quid sit felicitas, sed quod ignorent, qua res eo nomine debeat appellari. si roges quid sit: omnes dicent, felicitatem summum esse bonum quod omnia referri oportet, ipsum autem nusquam, si quaeris, ea res qua sit, alius aliud existimabit. Non est igitur diffensio inter eos quid sit, sed qua res subijciatur huic definitioni. Id ostendit Cic. l. lib. de Fin. Querimus, inquit, quid sit extremum, quid ultimum bonorum. Quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. Hoc Epicurus in uoluptate ponit. Haec uerba, quod dicimus aperte demonstrat. Dicendum ergo, qua sit felicitas non quid sit. Dicit aliquis, recaruit igitur omnes qui sunt haec interpretati. Certè, si putarunt hoc quaeri quid sit ultimum bonorum, id est qua definitio propria debeat explicari: si uerò crediderunt hoc quaeri quid sit, id est qua res sic debeat nominari, nihil est cur arguantur: & ego cum Aristotele sic aliquoties sum locutus. si quaeratur, felicitas quid sit: dic esse hominis summum bonum quo omnia deferri oportet: ipsum autem nusquam: si quis roget, quod illud sit bonum: responde alij aliud uideri: Aristoteleli, actionem uirtutu. Cic. lib. 5. de Fin. Est igitur bonorum extremum quod quicque referatur, ex quo, id quod omnes expectant, beate uisendi ratio inueniri & comparari potest. Quod quoniam in quo sit, magna diffensio est, carne ad ea nobis adhibenda diuisio est. Haec Tull. Ex quibus colligere facile est, non esse diffensionem, quid sit extremum bonum, sed in in quo sit. Agedum inter quos est illa diffensio? Inter indoctos atque doctos. Indoctos nominare quid opus est: repe-

vias hodie permultos qui omnia referant ad honorem, ut ambitiosos,
 aut ad diuitias, ut auaros, aut ad bonam ualitudinem, ut ualitudina-
 rios, aut ad bonam formam, ut uenustatis cupides, aut ad robur, ut
 debiles, aut amicitiam, ut ope desitutos, aut nobilitatem, ut non inuis
 appetentes, aut scientiam, ut artium studiosos, aut tranquillitatem,
 ut labore fractos. sapienter igitur Aristoteles hoc indicat, omnes om-
 nium sententias non esse querendas. Alijs deus esse uenter, alijs Ve-
 nus, alijs somnus, alijs ludus, alijs iocus & sermo leuis. Alijs edifica-
 re optimum uidetur, alijs scriptitare, alijs peregrinari, alijs cōtempla-
 ri. Doctos autem nominat Cic. Tullius, sunt inquit, haec de finibus (ut
 opinor) retenta defensaq; sententia, ut stoici: nihil bonum, nisi uoluptatem, ut
 Epicurus: nihil bonum, nisi acuitatem doloris, ut Hieronymus: ni-
 hil bonum, nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui,
 ut Carneades contra stoicos differebat. haec igitur simplicia. illa
 mixta tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, ex-
 terna tertia, ut peripatetici, nec multo ueteres Academici secus. Volu-
 ptatem cum honestate Dinomachus & Callipho copulauit. Indolen-
 tiam autem honestati peripateticus Diodorus adiunxit. Ille sunt sen-
 tentia quae stabilitatis aliquid habeant. Nam Aristonis, Pyrrhonis,
 Herilli, nonnullorumq; aliorum euasuerunt. Haec ille. Aristoni sum-
 mum bonum est, & διαφορα, Herillo scientia, Pyrrhoni ἀπάθεια. Non
 omnes de summo bono sententia ratione niti uidentur, ut quas re-
 nuuit deprauata natura, atque uitiosa cupiditas. Nec omnes eminent
 & existunt, id est, apparent & aliquid habent lucis, sed nonnullae
 tenebris obuolutae iacent, ut illa Pyrrhonis. De sententis istis Lactan-
 tius lib. 3. Epicurus summum bonum in uoluptate animi esse censet.
 Aristippus in uoluptate corporis: Callipho & Dinomachus Cyre-
 naici honestatem cum uoluptate iunxerunt: Diodorus in priuatione
 doloris summum bonum posuit: Hieronymus de sententis istis Lactan-
 tici autem in bonis animi & corporis & fortuna. Herilli summum
 bonum est scientia. Zenonis cum natura congruenter uiuere: Quo-
 rundam stoicorum, uirtutem sequi. Aristoteles in honestate ac uir-
 tute summum bonum collocauit. Ille sunt ferè omnium sententia.
 Quas si quis referare uelit, legat ea quae sequuntur. Qui sunt illi qui
 prater

prater haec multa bona, aliud quoddam per seipsum constare putau-
 runt? Platonici, qui dicunt deum per se constare, principium finemq;
 rerum omnium esse, & ab eo bona cūcta manare. Nam Plato praeter
 ea multa quae de uno principio disputat in Parmenide, de summo
 bono in Philebo, de animo in Phaedone, scribit haec in quarto sermo-
 ne de legibus, ἡ μὲν δὲ θεός, ὁμοιωμένη τῷ παλαιῷ λόγῳ, ἡσυχία καὶ
 πλὴν πάντων καὶ αἰτίας τῆς ὄψης ἀπείρου ἔχει, ἀθέατος ὑπερπάντων ἔστι
 φύσις πάντων ποσειδῶντος, id est, Deus ut aiunt ueteres, principium fi-
 nemque & intermedia rerum omnium continens, uel eam uia per-
 agit suapte natura circumlustrat. In Protagora autem, θεὸς αὐτῶν δὲ
 ἀγαθῶν ἐστὶν αἰσῶν ἀγαθῶν, ἅς οὐ λίγας εἰ-
 πησάκι, ἀδιώκτων, οἳ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ θεῶν ἂν ἴσους εἶπε ἔχει
 τὸ καλόν, id est, fieri non potest ut homo qui bonitate attigerit in eo
 permaneat habitus, ut ais id Pittace. id non est hominis, sed deus ho-
 mo hoc praeditus est honore. In Epimene uerò, εἰ καὶ τῷ ἀλλοτρῶ-
 αἰτῶν ἀγαθῶν παύεται καὶ οὐκ ἂν κατὰ κράτος, πάντως ἂν ὁμοιωσάμενος,
 id est, nullus est nostrum quin aliorum bonorum omnium nobis deū
 auctorem esse fateatur. Cur hic agitur de dissimilitudine differendi
 à principijs & ad principia? Quia de felicitate differit, & quae sit
 inquitur. Id autem demonstrandum non putat ea ratione differendi
 quae progreditur à principijs & a causis ad effectus. Quamobrem nos
 docet utendum alio genere disputandi. Quidam putet? Quia animus
 prior est felicitate, animo prior est deus, deo nihil prius. A deo igitur
 capiendum esset initium, deinde ad animi naturam uimq; diuinā
 perueniendum, & inde probandum, in quo felicitas esset humana.
 Hoc uerò multo occultius est & altius quam quod aut literis tradi,
 aut ab ijs qui mores docentur, accipi queat. De mente diuinā, de ani-
 mi substantia, de qua tota ratione illius disputare perarduum est. Quae
 sequitur ordinem? Ducit initium ad effectus, id est actionibus uirtu-
 tum, propterea quod eas omnes liberaliter educati norunt: & inde
 progreditur ad causam, hoc est felicitatem, quae causa est cur uirtutes
 amplectamur, cur honestatem sequamur, cur bene recteque aliquid
 agamus. Est ne beatitudo finis, aut principium? Finis & princi-
 pium. Finis, quod ad eam referuntur omnia: principium, quod effici-
 ciat, ut uirtutes comparantur, & agamus probe. Res eadem, sed ratio

diversa. Quā progredimur ergo ab actionibus ad virtutes, à virtutibus ad felicitatem, à posterioribus imus ad priora. Nā felicitas parit virtutes, hæ parit actiones. Hūc ordinē servat in his libris. Et à beatitudine capit exordium, quia principium est, & in ea desinit tandem libro decimo, quomōdo finis est. Quid interest inter disputationē quæ progreditur à principijs, & eam quæ regreditur ad principia? illa ex causis colligit effectus, & posteriora ex prioribus: hæc contra. Hoc animal nō respirat, non habet igitur pulmonē, argumentū ab effectu ad causam. Hoc animal habet pulmonē, respirat igitur, à causa ad effectū. A principijs, an ad principia via est? si principia sunt notiora nobis, ab illis est initium capiendum: si effecta, regrediemur ab illis ad principia: ut luna defectio est, terra igitur inter solem & lunā posita est: ut, in actione virtutis est felicitas. Nam illa actio finis est hominis, quæ est eius propria: non sunt propria sensuum actiones, nec alia præterquam virtutis. Est igitur in eius actione felicitas. Actio virtutis nobis est notior, quam hominis proprium munus: ab illa igitur huc venimus. Quod hic dicimus principium? an quod demonstrari non potest: an illud cuius nulla est origo? principij (inquit Plato in Phædro) nulla est origo. Nā ex principio oriuntur omnia. ipsum autē nulla ex re alia nasci potest. Hoc Platonicū principium non dicimus: sed principia vocamus initia rerū & causas, & ea quæ natura substrant quasi fundamenta. Quæ sint, ostendit Aristoteles ἀναλυτικῶν ὑπέρων lib. 1. Qualis est illa similitudo quam ducit à stadio? Qui premia proponunt ijs qui cursu contendere volunt, cum principijs conferuntur. Ab illis enim oritur initium certaminis, ut ab Actæa apud Virgiliū Læneid. lib. 5. Metæ verò cum postremis cōparatur, eo quod ad illam dirigitur cursus. Via intermedia est eadem: ratio currendi à iudicibus ad calcem, & à calcē ad iudices, diversa. Naud secus in disputationis cursu res est eadem de qua agitur: ratio tractandi varia atque diversa. Quæ dicuntur absolute nota? De modis cognoscendi sic Arist. ἀναλυτικῶν ὑπέρων α. ε. πρότερον δ' ἔστι καὶ γνωσιμώτερον ὁ λόγος, οὗ γὰρ τὸν ἄνθρωπος φέρεται, καὶ πῶς ἡμῶς πέπεισται. ὁ δὲ γνωσιμώτερος, καὶ ἡμῶς γνωσιμώτερος. ἢ τοῦ ἄνθρωπος ἢ πῶς πέπεισται καὶ γνωσιμώτερος. τὰ ἄνθρωπος ἢ ἀδιόριστος, ἀπὸ τοῦ ἄνθρωπος καὶ γνωσιμώτερος τὰ πέπεισται. ἔστι δὲ πέπεισται τοῦ μελέ τὰ

κα. δὲλον

κα. δὲλον μάλα, ἢ τὸ τὸ κα. δὲλας, id est, Aristoteles partitionum posteriorum lib. primo. Priora atque notiora dupliciter dicuntur. Nō enim idem est, natura prius, quod nobis prius: nec idem notius, quod nobis notius. Dico nobis priora atque notiora, quæ propius accedūt ad sensum: simpliciter priora notioraq; ea quæ longius distant. Absunt longissimè quæ universi genere & supremo continentur. Accedunt proximè ea singula quæ cadunt in sensum. hæc ille. Cum sint genera, species & individua: genera, quia latius patēt, absolute nota dicuntur. his addæ species, quæ quo sunt angustiores, eo minus cognitæ, notiores tantè natura quam singula. Individua propterea quod in sensum cadunt, cuique hominū videntur notiora. In moribus igitur, genus, ut virtus, species ut prudentia absolute notior est: quæ vero aut videmus, aut audimus, ea nobis sunt notiora. si spectes rerum naturam, notius quæ debet quod latius patet: si capita singula, quid habent notius quam quod audiunt aut vident? Cur futurus idoneus auditor eorum quæ de rebus honestis & iustis deique omni civili ratione traduntur, pulchre moribus institutus esse debet? In scientia civili & disciplina morali ab actionibus, utpote quæ nobis sunt notiores, ducendam principium. (Principium non dicimus ut paulo ante causas & initia rerum, sed initium disputationis.) Hoc imperitus rudisque morum non intelligit, nec iudicare potest, quid sapiēt, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuste, quid magnifice, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique cū aliqua virtute aut fiat aut feratur. Itaque si cum eo de moribus agas, aut harebit in omnibus, aut passim refragabitur. Propofueris causas, cantaueris fabulam surdo. Propofueris effectus, qui aut habendi aut nominandi sunt hæsitabit. Homo verò pulchre moribus institutus, si dixeris hoc nomine temperantiæ uocari, illud iustitiam, hoc esse honestum, illud turpe, facile cognosceret, & ex illis ad alia nullo negotio duceret. At quid opus est bene moribus institutus ista cognoscere? pulchre moribus institutus non dicit nisi sapientes qui rationes virtutum usumq; norunt, nec ullius iam præceptionis egent, sed qui bene & libere educati uiam morum perfectius cognoscere uolūt. his si dicis aliquid esse uel honestum uel turpe, quod iam didicerunt, facile assentientur, nec quaerent, cur ita sit: quare apud eos inuenies disputandi prin

d ij

cipium. Tales sibi dari vult auditores, reliquis suadet, ut bene monentibus pareant, atque recte deo centibus credant. utiturque uersibus Hesiodi, quos & T. Linus usurpat quum Minutium concionante facit de bel. pu. lib. 2. saepe ego, inquit, audiui milites eum primum esse uirum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenij esse. Qui putant Virgilium sic uertisse, Felix qui potuit rerum cognoscere causas, Et duris optata tui solatia rebus, errant tota uia. Hesiodus de uis mentis, uir de philosophia naturali loquitur, quod ostendunt uersus paulo superiores. Disciplina ciuitatis. Sic τὴν πολιτικὴν uocat Cic. in verrem. De nomine omnes consentiunt. Cic. de amic. De amicitia utilitate omnes uno ore consentiunt. Idem saepe διὸς ἐπὶ λόγῳ, id est uulgo, appellat imperitiam multitudine, quo nomine libertinus usus sum, quoniam de indoctis & doctis hic agitur. Bene χεῖρῆτας dicit gratosus, quod non usurpauit, propterea quod sic uocat eos qui potentes & diuites gratia ualent & auctoritate. Arist. autem χεῖρῆτας dicit homines prestantes excellentesque doctrina: quia, ut opinor, χεῖρῆτας dicebantur habitare cum Musis. Hesiodus, Πᾶρσι αὐτοῖσι χεῖρῆται, id est apud Musas Cratie. Pindarus, Ἀπὸ λίαν ἠμῶν πύργῳ, ἢ σὺν τῇ ἰασηδῶν πελάγῳ Ἰθαίρων χεῖρῆται ἰώμαχοι καὶ τῷ, id est, hanc ego famam diuulgabo, si quo diuino facto aditus egregio gratiarum horro fruar. Bene uiuere ac recte agere. sunt qui non recte agere, sed rebus secundis uti dicunt. Bene uiuere est uiuere cum uirtute. Rebus prosperis uti, est, uacare calamitate. secundum ponunt, quia non uidetur esse felix sapiens, si magna labore et calamitate. propterea M. tullius saepe dicit, bene beateque uiuere, ut bene uiuere sit uirtutis, beate fortuna. Non secludit fortunam peripatetici, ut stoici qui sola uirtute nituntur) qui sic uertunt, aberrant, ut in capite octauum docebimus. Inter eos non conuenit. Cic. de Finib. Vt inter eos qui ambigunt conueniat quid sit de quo agatur. Promittat) expostulatio, explicat, edit, de re proposita fert sententiam. Hoc uerbum semel ponit hic Arist. ego uero tribus uerbis reddidi, pronunciant, proferunt, tradunt, ut dilucida maior esset oratio. De rebus euidenter & apertis. De ijs quae cadunt in sensum, &

sum, & qua uulgus esse in precio & honore uidet, aut in eadem sentit. Grande aliquid, uersus, scribimus indocti, numeros ille, hic pede liber, Grande aliquid, per se ipsum constare. Cic. de Orat. Nullum genus rerum auulsum à ceteris, per se ipsum potest constare. male redditur ἡδὴ αὐτὸ ἐστὶν, esse. causa est cur sint bona. Cic. pro Quint. Quibus omnibus causa iustissima est cur scire poterint. Porro, quidem, autem. Vanioris est opera) μακροτέρως, id est stolidius, uanius. Eminentiores) editiores, excellentiores. Existant) apparent. Ne nos lateat. Virg. Nec latuere doli fratris. Numerare) repero uerbo ἡχέταται, quod paulo ante conuerti exquirere. Est enim ἡχέταται exquirere & enume rare. Dissimiles) differetes. ture) recte. Ad principia uia) effect) Cic. de Offic. itac uia ad gloriam proxima est. stadium) centum uiginti quinque passus. Metam) finem propositum. Cic. calcem uocat Tuscul. I. Futurus idoneus auditor) ἀκούσωνος ἱκανός, hoc male uerterit alij, auditorus sufficienter: alij, auditorus. Quum res esse dicitur) sic uerti ὅτι, quod barbari uertebant, quia est. Quid differat ὅτι, καὶ ὅτι uide Arist. ἀνάπτυκτῶν ὑστέρωδ'. Audit) obedit.

Dicuntur haec dupliciter. Cic. in Acad. Quae quum expofuit, adiungit dupliciter dici assensus sustinere sapientem.

Q V V M dicere coepisset in quo summum bonum ponerent cum imperiti tum docti atque prestantes uiri, & egressus esset ad eam, quam sequi oporteret his in libris disputandi uiam, nunc ad propositum reuersus, ostendit primum cur aliud alij uideatur ultimum bonorum, genera uiuendi esse diuersa, cuique ultimum rerum appetendarum uideri quod est ad illius rationis accommodatissimum. Deinde refutat aliorum sententias, ut suam tandem confirmare possit. Ea quae multitudinis est, primum eleuat & contemnit ut abiectam, deinde non esse probandam confirmat, quia uoluptas sit & bestiarum communis ad quas non pertinet felicitas: tandem quibus maxime nitatur authoribus docet, nempe diuitibus potentibusque multis, qui sardanapali more uoluptatibus insequuntur. in eos qui summum bonum in honore & gloria ponunt, hoc proponit: Alius esse petendum finem, non esse in honore, quod duobus argumentis probat. uno sic: summum bonum est proprium quiddam, & quod

Cap. 5.

adimi facile nō possit: honos autē non est proprius, sed ab alijs foris
alteri, atque extorqueti facile potest, nō est igitur summum bonū.
altero sic: summum bonum ad aliud non refertur, honos autem ad
virtutem refertur: nam sitientes honoris nolunt boni uideri, atque
virtutis gratia coli. In eos qui in virtutis habitu solo ponunt extre-
mum bonum, duas rationes affert, quarum prima est, vltimum bo-
norum plenum est atque perfectum, virtutis autem minus plena atq;
perfecta. Nam fieri potest, ut is cui sit habitus virtutis, aut dormiat,
aut nihil agat in vita, & ita nec sit nec habeatur felix. Altera: Ade-
ptus extremū bonorū non est miser, adeptus virtutē miser est si ma-
ximis incommodis calamitatibusque uexetur. In eos qui omnia refer-
runt ad diuitias & pecuniam, duobus utitur argumentis. Vtioris
hec ut est: Ad finem bonorum cum uolētia atque rapacitate ut ad
diuitias, non contendimus. Posterioris, summum bonum nec ad uti-
litatem nec ad aliud, ut diuitias, comparatur. hec de genere differen-
di. Que nis est orationis huius, Non sine causa illi ex uiuendi gene-
ribus bonum felicitatemque uidentur existimare? Illi, quorum sen-
tentias exposuimus, si unam & eandē uiuendi rationem secuti es-
sent, ad eundem quoque finem contendissent. Quod autē uaria de-
legerant genera uite, dissimiles quoque secuti sunt fines, nempe quiq;
suum, id est ad rationes ipsius accomodatissimum. Non igitur illis
causa defuit, quæ ad hunc aut illum finem cōpelleret, quæ si nō erat
uera iustaque ratio, causa tamen aliqua aut hoc, aut illud perseque-
di. Non enim semper queritur, iustane fuerit causa, sed quæ fuerit, ut
in cade, in furto, in sacrilegio. Nunc habenda ratio temperationum
corporis, quæ pro uarietate sua in diuersa trahunt. Alij natura pro-
miores ad uenerem, alij ad crapulam, alij ad iram, alij ad auaritiam,
alij ad artes ingenias: quam procliuitatem qui sequuntur, tū demū
se beatos esse putant, quum sunt adepti quod maximē desiderant.
Educatio consideranda, quando quidem permulti similes eorum sūt
quibus cum fuerunt educati. Videnda quoque eorum, qui uel in rep.
uel in philosphia principes locos obtinēt, autoritas. illos enim mul-
titudine, hos studiosi literarum sequuntur, id quod in eo bono de quo
nunc agitur, ostendit Cicero lib. 5. de vin. sape inquit, ab Aristotele
& Theophrasto mirabiliter est laudata per seipsa rerum scientia.

HOC UNO

Hoc uno captus uerillus scientiam summum bonum esse defendit,
nec rem ullam aliam per se expectandam. Multa sunt dicta ab anti-
quis de contemnendis ac despicendis rebus humanis. Hoc unum Ari-
sto tenuit, præter uicia atq; uirtutes negauit rem esse ullam aut su-
giendā aut expectandā. positū est à nostris in ijs rebus quæ secundum
naturā essent, non dolere. Hoc Hieronymus summū bonum esse dix-
it. Vides ut uaria cause multos impellant, efficiantque ne eundem
finem sequantur omnes? Cur in aliorum sententias dictū uis inuicem
ducit ab opinione multitudinis? An quod debilior est cæteris, & à ra-
tione magis abhorret? an quod latius patet? an potius, quod à uulgi
fece ad nobiles, à nobilibus ad sapientes uenitiam putat? Ab ijs quæ
faciliora sunt caput exordium, ut ad oppugnanda munitionis aditum
faciat. Quum Epicurus in uoluptate summum bonum posuerit, cur
non hic unā cum multitudine reprehendatur? Quum scripsit hæc A-
ristoteles, Epicurus nec percreuerat, nec studio philosphie florebat.
Nam quū senior factus Arist. ageret Chalcide, Alexandro iam mor-
tuo, Epicurus operam dare literis cepit. Itaque uiri decreta in Aristo-
telis tempora non inciderunt. Quod si Nicomachus hæc scripsit, alia
ratio querenda. Nominauit multitudinem quæ nihil altum & ar-
duum persequitur, sed corpus & uentrem curat. Sunt autem multa
genera multitudinis. Plebeios homines dico, quorum nonnulli tam
sunt inopes tam miseri, ut uoluptati inferuire non possint. istorum
spectanda uoluntas non aduersa fortuna. Alij tam auari, tam sordi-
di, tam illiberales, ut omnem sibi ipsi negent suauitatem. isti redigē-
di sunt in ordinem eorum qui ad diuitias referunt omnia. Alij hono-
sti ac bonis legibus institutis que formati, hi non sunt habendi in nu-
mero multitudinis imperite. Loquitur ergo philosophus de fece &
colluie plebeia, quæ si datur occasio, se dat turpiter in uenerem, ga-
neas frequētat, cauonas amat, ut bestia, furit in omnem libidinem,
tūque se felicem existimat, quum uoluptatibus corporis sine modo
indulgere potest. Hoc genus hominum φεροντων οτι dicit, hoc est,
molestum nimis, ac graue, & ad tolerandum difficile, ut pote quod
nec alijs nec sibi utile sit, laborem fugiat, suauia persequatur, bonorū
uelit esse particeps, malorum profusus expers. φεροντων igitur, id est,
durus & terra pondus, fruges consumere natum, ut ait Horat. Cam-

paratur cum seruitijs & mancipijs, aut quod animi perturbatione fertur atque suis cupiditatibus feruit, de qua seruitute Cic. in Parad. Non ita dicunt eos esse seruos, ut mancipia quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure civili, sed si seruitus sit, (sicut est) obediētia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo: quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? Aut quod cessat ut seruus, quodque cibo, potui, mēneri deditum est. Huiusmodi seruos inducit comedia. Nunc illud Parmenonis apud Terent. Mirum ni ego me turpiter hodie dabo cum meo decrepito hoc Euncho. Syrus apud eundem: Quid ego nunc agam? nisi dum ha selescunt turbae, interea in anghlum aliquo abeam, atque edormiscam hoc uilli? Comparatur cum pecore, quia non utitur ratione qua hominis est propria: sed more bestiarum sequitur eam qua sensu percipitur uoluptatem. Cic. de Off. lib. 1. sed pertinet ad omnem officij quaestionem semper in promptu habere, quātum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedit. Illa nihil sentiunt nisi uoluptatem, ad eamque feruntur omni impetu. Hominis autem mens discendo alitur & cogitando, semper aliquid aut inquirat, aut agit, uidentique & audiendi delectatione ducitur. Quinetiam si quis est ad uoluptates paulo propensior, modo ne sit ex pecudū genere (sunt enim quidam homines non re sed nomine) sed si quis est paulo erectior, quāuis uoluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum uoluptatis propter uerecundiam. Quam hoc uiuendi genus turpe sit & abiectum, cur ponitur inter ea uitae genera quae maxime excellent? excellere dicitur etiam uitia à Cicerone de legibus, hoc est eminere & apparere. Hoc genus non excellit dignitate, sed hominum uoluptuariorum numero: nec à multis extollitur, propter eam quam tribuit beatitudinem, sed quam male sanis tribuere uidentur. Repertit assertores, propterea quod multi dominatu & potestate praediti non secus atque sardanapalus affecti, uoluptatibus inferiunt. Qui cum sint in alto gradu constituti, multorum splendore fallaci hebetat oculos, & anthrofitate sua quod delegerunt, hoc teneant. Quia uoluptates (ut ait Tullius) blādisima dominae saepe maiores partes animi à uirtute detorqueant, & dolorum quibus admoentur faces, praeter modum plerique exterrantur, permultos habent sectatores non modo

prinatos,

prinatos, uerum etiam quae ceteris praesunt. Quo fit, ut illa ratio uideatur excellere uidetur, quam Philebus confirmat apud Platonem, sed à socrate refellitur. Postremus apud Assyrios regnauit sardanapalus uir muliere corruptior. Praefectus eius abartus inuenit eum inter scortorum greges purpuram colorem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis & oculorum lasciuia omnes faciemus anteiret, praeserta inter uirgines partientem. Quibus uisis indignatus tali femina tantum uirorum subiectum, traxeratque lanam ferream & arma portantes parere, progressus ad socios, quid uiderit refert. Negat se eum parere posse qui se foetum animi esse quam uirum. Fit igitur cōisuratio, bellum sardanapalo infertur: quo ille audito, non ut uir regnum defensusus, sed ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circūspexit, mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit, & extructa pyræ & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus uirum. Hac ex epitome Trogi. Cic. Insc. sic eum damnat. Ex quo sardanapali opulentissimi Syriae regis error agnoscutur, qui incendi in iustis in busto, Hac habeo qua edi, quaeque exaturata libido nauis, at illa iacent multa & preclara relicta.

Quid aliud? inquit Aristoteles in bonis non in regis sepulchro inscriberes? Quod uita genus ciuile dicitur eorum qui negocijs ciuilibus dediti sunt, ut principum, senatorum, imperatorum, praefectorum, iudicum, & aliorum qui rem gerunt publicam, si se non abiecerint in sordes: & omnium denique qui idonei rebus gerendis student. Tales $\chi\epsilon\iota\upsilon\tau\omicron\varsigma$, hoc est ut cū Cicerone dicā homines excellenti gratia dicebantur, quod illis plus ingenij, solertia, prudentia, uenustatis, alacritatis astrasse tres ueterum gratia uidentur. sic enim uocabant aptiores animo & corpore, & feliciter natos, atque eos qui gratiam id est beneficium consulissent. Quod si aliter antea $\chi\epsilon\iota\upsilon\tau\omicron\varsigma$ interpretatus sum, ne cui uideatur absurdum. Illic enim $\chi\epsilon\iota\upsilon\tau\omicron\varsigma$ dicebat esse ea quod, & eos qui in honore summū bonum ponebant, redigebat in multitudinem. Sic eximit eos à multitudine, & $\chi\epsilon\iota\upsilon\tau\omicron\varsigma$ distinguit ab ijs qui contemplationi dant operam. Quis fit istuc? Qui? Eiusdem uocabuli non eadem semper est uirtus. Gratia sapientiam, pulchritudinem, splendoremque dare credebantur.

Πινδαρος, τὸν γὰρ ὑμῶν τὰ περὶ καὶ τὰ γλυκεῖα γίνεται πᾶσι
 θεοῖς, ἢ ὡς ἄλλοι, ἢ καὶ ἄλλοι, ἢ ἄλλοι ἀγαθὸς ἀνὴρ. id est, uestro numine in
 cuncta ac suavia omnia accidunt mortalibus, sine quis est sapiens, si-
 ne pulcher, sine splendidus uir. Ἐπειτα: male quidam uertit urba-
 nos: dico homines excellenti gratia, quonia iij de quibus agit nō mo-
 do gratia natua sed etiam populari ualent, & anram multitudinis
 captant. Honor, inquit Aristoteles, ferē uite ciuili extremum. Cur
 autem id dicat, operaprecium esse cognoscere. Videbat Athenis alios
 qui miram sui impensis refecerent, alios qui triremes instruerent,
 sumptaque proprio sustinerent, alios qui exhiberent ludos, alios qui
 aliud publicum munus susciperent, nec aliam peterent mercedem,
 quā populū gratiā & honorē. Nec id modo uidebat, sed & in alijs
 ciuitatibus, in ijs maximē qua imperio populari regebantur, talia fie-
 ri uidebat, omnes penē cracos de honore certare, petere coronas in
 Olympicis, in isthmijjs, premia in Panathenais, in nonijs, Herculeis,
 iycuis, Mercurialibus, Cerealibus, alijsq; certaminibus permultis: mul-
 tos defudasse ut in Prytanæo alerentur, multos elaborasse ut statuas
 haberent in loco publico, non paucos adijisse periculum ut de patria
 bene meriti uideretur: alios Iouis aut Neptuni aut Apollinis aut Mer-
 curij aut Martis filios dici uoluisse: alios herosas & semideos haberi:
 omnes penē imperandi cupiditate ducti, & nominis immortalitate.
 Quamobrem non sine causa dicebat honorem esse ferē uite ciuili
 extremum. Quot reperies hodie in eo uite genere qui non omnia pa-
 ti malint, quā honore & gloria carere? Nonnulli sunt, inquit, qui
 gloriam non querant. Sint sane, propter illos philosophus posuit
 excipiendi particulam, ferē. Cur honor in ijs qui tribuunt illum ma-
 gis quā in eo qui recipit, esse uidetur? Non hoc dicit philosophus,
 propterea quod iij qui tribuunt honorem sint magis laudabiles, &
 honore digniores, aut quod ad eos pertinet ut honor qui ab ipsis
 exhibetur. Sæpius enim qui alios honore afficiunt, inferiores sunt,
 ac eius honoris quem tribuunt, minime participes. sed mēs eius est,
 ac sententia, honorem non esse in illius qui colitur, potestate, sed pe-
 tendum foris, & ea de causa magis esse in eorum potestate, qui ho-
 norant, quā qui honoratur, quia si colere desinant, quod frequēter
 accidit, illud bonum suum uidetur amississe, ut Themistocles & alij

permulti

permulti uiri summi, quum propter excellentiam inuidia nata, in
 exilium mittebantur. Cracchi quo tempore florebant, erant in ho-
 nore summo: posteaquam à nobilibus factiosus casti, perijt illa gloria,
 patrum plebique gratia substracta. Itaque M. Tullius in officijs si-
 lium docet, quopactō ueram gloriam apud multos adipiscatur. Alij
 moment, quod uersus accepit, Ne te quasueris extra. Quod eu-
 stratus adducit de actione, mihi non probatur. Nullus enim colit a-
 lium, quod nihil aut parum egerit, sed nomine uirtutis actionisque
 eximia colit. Alioqui parasitus & mendicis qui se deieceret, & di-
 uites ut deos coleret, cur plus ageret, honore dignior illis esse uide-
 retur. Quid est cause cur ij qui studiosi sunt honoris, uolunt boni ui-
 deri, & à prudentibus honore decorari uirtutis gratia querunt? Nō
 ignorant ueram gloriam uirtutis esse comitem. Qui adipisci ueram
 gloriam uolet, iustitie fungatur officijs, inquit Cicero. si quid agunt
 preclare, nolunt illud factum uideri aut utilitatis sua causa, aut cupi-
 ditatis, aut necessitatis, aut fortuito, sed ad aliorum commoda re-
 ferri, ut boni esse uideantur & honore digni. Nihil est uirtute ama-
 bilius, inquit Tullius, quam qui adeptus erit, ubiunque erit gentiū,
 à nobis diligetur. Non est igitur mirum si gloriam uirtutis ergo uo-
 lunt. Honor autem quem tribuunt prudentes & noti, uidetur esse
 præfatiō, quia non temere, & incōsulto ab illis exhibetur. Pruden-
 tes iudicio, noti conscientia nituntur. Ab illis ergo potissimum cupi-
 unt honorari. Leue decus est quod afferunt imperiti & ignari &
 homines lenissimi. Quapropter istos non magni pendit ambiciosos.
 Nouit eos suspici maximisque efferi laudibus in quibus honesti uiri
 existimant se excellentes quasdam & singulares perficere uirtu-
 tes: eos autem despicit & contemni, in quibus nihil uirtutis, nihil a-
 nimi, nihil neruorum putat. Itaque iudicij hominum præstantiū
 se accommodat. Quare autem uirtus non satis plena uidetur atque
 perfecta? satis est perfecta Stoicis, non autem ueripæticis: utrorū-
 que sententias refert Cic. Tus. 5. si præfidi ad beatē uiuendū in uir-
 tute satis est, quis est qui non preclare & ab illis positam, & à no-
 bis susceptam operam philosophandi arbitretur? Sin autem uirtus
 subiecta sub uarios incertiōque casus famula fortune est, nec tanta-
 rum uirum est ut seipsa tueatur, ueror ne non tam uirtutis fiducia

e ij

nitendum nobis ad spem beatæ viuendi, quàm uota facienda uideãtur. Equidem eos casus, in quibus me fortuna uehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententia diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere, & qua sequuntur. Nunc hanc nunc illam probat in alijs libris. Melior est & ad nostram religionem aptior illa stoicorum. Ostendit il lud, ἢ μακαριεὶος ἢ τῶν τῶν ἑστί. μακαριεὶος ὁ λαὸς οὐ κρείος ὁ θεὸς καὶ τῶν. Cui populo sunt hæc bona fortunæ, eum beatum putat. beatus ille cuius dominus est Deus eius. Non ponit summum bonum in rebus externis, sed in deo cui uirtus est charissima. Hoc uidit Aristoteles, primas esse uirtutes, sed existimauit illam bonis externis, & rebus secūdis egere, quæ relicta sunt a uirū sanctissimis, ut liberiis deum sequi possent. Quod scribit de bono uiro dormiente, aut nihil in uita agente, multis admodum leue puerileque uidetur. Dormiendum etiam beato uiro, & interdum quiescendum. Nec quam dormit aut quiescit est miser. Nec, si bonus est, aut dormire supra modū, aut ignauiter ultro cessare potest. Nec beatitudo statim aufugit, si otium beatus nactus sit, quando uidem uel, hoc iudice, labor propter otium suscipitur: & perbeati uideri solent qui quæ rerum gestarum gloria florent, eum uita cursum tenere potuerunt, ut uel in negotio sine periculo, uel in ocio cum dignitate esse possent. Itaque stoici nihil tale excogitarunt. Non enim uidebant quomodo uirtus in eo maneret, qui desidia & somno se desidia, aut cur eum superaret, cui occasio bene agendi uel materia deesset. Ad hæc, credo, responderet, actiuam esse uirtutem, & in actione maximè spectari: multos esse qui liberales, magnifici, patriæ seruatores, fortes in bello, iusti in iure discudo, clementes in animaduertendo esse uelint, sed quod occasione aut materia carent, non esse tales, & aliquid desiderare, quod non facerent, si plena uirtus esset atque perfecta. sed hæc misa faciamus, & quæramus quam deus dicat. Eustratus dicit esse alium philosophi nobilis admirabilem contraque opinionem omnium sententiam, qualem dicebat Heraclitus, contraria esse unum. Hoc Cæcero probare uidetur in Paradoxijs. Degustabis, inquit, genus hoc excercitationum mearum, quibus uti consueui, quam ea que dicuntur in scholis δευτικῶν, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi ge-

nus.

nus. de deis δευτικῶν, id est propositis uult esse paradoxa. At latius patere, demonstrat in Topicis. Quæstionum, inquit, duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est quod κατὰ δεῦτα Græci, nos causam: infinitum quod δεῦτα illi appellant, nos propositum possumus nominare. Propositum dicit quæstionem nulla persona certa, nullo tempore locoque aut negotio certo comprehensam. ut, siue sapientis ad temp. accedere. Talis est hæc in re quæstio. siue sapiēs in tormētis beatus, quæ multi philosophi, & in illis epicurei, tueri uoluerunt. Quæ sunt encyclicia de quibus facit hic mentionem? Alij dixerunt circularia, alij coronas, alij conuersiones, alij gymnasticas congregationes, alij uersus uix uel in scriptis, uel in commentarijs bene longum, in quo redarguant dios, nec habent quod statuunt ipsi. sic enim rem claudunt: encyclicy mihi uidentur dicti libri, qui ita obscuri erant, ut etiam si editi essent, tamen non editi uiderentur. Nullus istorū rem uidetur attingisse. Aristoteles scripsit encycliciorum libros duos, auctor est Diogenes Laertius. Perierunt cum multis, quos idem commemorat. illa sunt encyclicia de quibus in presentia loquitur. sint ne uersus an nō, quid attinet disputare? Cur ita uocentur, non est hic locus inquirendi. satis est hoc tenere, in encycliciorum duobus libris Aristotelem disputasse de beatitudine, de uirtute ociosa, de uirtute in calamitate. Aristoteles encyclicia rediguntur in ordinem librorum, qui disserendi ratiocinandique scientiam docet, quæ admodum illius opus de doctrina, quod in illis uaria tractantur, & ad Encyclopediam, id est orbem disciplinarum pertinet. Cur uitam pecuniariam dicit βλαβωρ, id est uolentiam? quia uolentia atque rapacitate plena est. Cic. in parad. sin autem propter auaritatem pecunie, nullum quæstum turpem putas, quam isti ordini ne honestus quidem posset esse ullus, si quoridie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis, si socios spolijs, ararium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis, hæc quidem utrum abundantis an egentis signa sunt? De Crasfo loquitur. sed & eadem ad auaros omnes deriuari queunt: hæc enim facitanti si possunt: si non faciunt, non deest uoluntas. in eodem loco preclara de uirtute dicit, cur diuitijs anteponenda sit. Quanti est estimanda uirtus, quæ nec eripi, nec surripi potest unquam,

neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur? Nobis reuocetur oratio) Sic melius ueriturus re λόωμδν, quam reuertamur. Cicero in Offic. Ad hac reuocetur oratio. Multitudo quidem) Hoc male cum superioribus quidam iungit, dicendum, Multitudo quidem uoluptatem, homines uero excellenti gratia felicitatem statuunt honorem. Ab ijs intermedia separanda. Cenus graue & ad tolerandum difficile) φορτικώτατον. Cic. Res ad patiendum tolerandumque difficilis. Qui δὲ φορτικώτατος dicunt importunissimos, errant. importunissimi sunt crudelissimi & inmanissimi, Cicero de Verre, istius inmanis atque importuna natura. Auditur tamen in hac causa) sic uerito τυχεύουσι δὲ λόωμ, Demosthenes pro Ctesiph. οὐ γὰρ ἀφαιρούμεθα δὲ τοῦ πέντε λαβῆναι δὲ δὲ μὲν, καὶ λόωμ τυχεύει, id est, Non enim prohibendum, quo minus populus accedat & agenda cause locum capiat. Hanc Aristotelis locum male conuerterunt alij, nec uiderunt quid esset τυχεύουσι λόωμ. In summo natere & minus esse profundum) sic transferimus ἡδὴ παλαιότερον εἶναι, seruata crecorum metaphora, qui ἡδὴ παλαιότερον dicunt, id quod quasi natat & apparet in summo. hoc dicit, honorem plane uideri, summum bonum alius latere: illam fluctuare, hoc stabile esse: illam ab omnibus perspicui, hoc a paucis acutis inspicui. Vaticinamur) coniecturam facimus. Cic. περὶ Διοτρίδης igitur, noster Attice, non ariolans ut illa cui nemo credit, sed coniectura prospiciens iamiamque maiora magno tumultu, non multo inquam secus possum uaticinari, tanta malorum impendet illius. Videm numero) alij persuadeant. In eo qui recipit honore) Aristoteles utitur numero singulari quia plures uui tribuunt honorem, quod qui non uident, hic numerum mutant. Virtutis ergo) Cic. atque ita predicaretur enim donari uirtutis ergo, id est, causa. Volunt) querunt, ὁποῖον. Querunt, inquit interpres quidam, hoc loco dici sermo latinus quantum gallicus non pateretur. improbe iudicat. Horat. Ode 27. lib. 1. Quae generosus perire quaerens nec muliebreter expauit enses. Rationes coniectae) coarctatae dispositiones ab ijs qui timentur eiusmodi fines.

Cap. 6. NON omnes omnium de summo bono sententias exquirendas esse dixit, sed eminentiores, & eas quae ratione aliqua uiti uidentur:

ut quae

ut quae summum bonum statuunt aut uoluptatem, aut honorem, aut uirtutem, aut diuitias, aut ideam. ubi refutat illi eas quae extremum rerum appetendarum ponunt in ijs rebus quas sensu percipimus, accreditur ideam difficiliorem, utpote qua non sensu, sed mente sola cognosci & intelligi queat. Quod haec sententia acutior atque subtilior est, & magno habet auctores, diligentius inspicendam esse putat. vniuersum, inquit, & commune bonum inspicere fortasse melius est. Quod autem refellendi sunt socrates & Plato, quos uereri debet non solum ut philosophos amplissimos, sed etiam ut amicos per quos multum profecerat, ne qui tractat officia, officio deesse uideatur: muniendam sibi uiam, & utendum praesertione indicat. Haec difficultis, inquit, & iniucunda questio est, propterea quod uiri nobis amici species induxerunt. Haec uelut obiectio, quam soluit hoc modo: Pro tuenda ueritate non aliena modo uerumetiam sua tollere quisque debet, philosophus praesertim, cuius est proprium munus, inquirere ueritatem. ius positus, statuenda propositio confirmanda, ut haec, Non est una communis idea ad quam bona omnia referuntur. Eam confirmat hoc modo, Platonici non faciebant ideam unam in ijs rebus, in quibus aliquid prius posteriorisque dicebant, ut in numeris. Hoc sumit ut confessum. In bonis aut est aliquid prius & posterius. Nam in substantia bonum dicitur, & in qualitate, & in eorum genere. Nam cum aliquo conferuntur. substantia prior est eo quod ad aliquid refertur. hoc enim substantia quasi agnoscitur. in bonis igitur idea communis esse non potest. Addit & alteram probationem: bonum dicitur in omnibus categorijs. id probat exemplis. Quod est commune & unum, in una sola categoria dicitur, id assumit ut certum. Nullum igitur bonum commune & unum. Huic argumentationi iungit aliud quasi subsidium, una est scientia rerum, quae idea una continet, Non est una omnium bonorum scientia, hoc exemplis ostendit, Non est igitur idea communis omnium bonorum. sequitur ratio quarta. Hominis & ipsius hominis una & eade est definitio, non igitur inter se differunt. Nec bonum & ipsum bonum differunt, Frustra igitur ponitur ipsum bonum, hoc est idea boni. Dicit aduersarius, Haec diuturnitate inter se differunt, idea boni diuturnior est, quod aeterna. Refutat illud exemplo, ut alba res diu permanens, non

f

est candidior ea qua diem unum manet: sic est in bono caduco, & in diurno. Præterea suasione oratoria utitur, ab exemplis Pythagoreos, quos in multis Plato secutus est, nullam boni ideam separatam æternamque fecisse, sed in ordine bonorum unum posuisse, quia non existimabant ab idea neficio qua rebus esse substantiam, sed ab uno potius quod nescio, nel mente perciperetur: spensippū eos insequi maluisse, quam Platonem aunculum suum à quo velut heres philosophiæ relictus erat. Quod autem Pythagoreorum sententiam non comprobatur, nec tum recellere vult, quum adducit in alios, rejicit in alium disputandi locum, qui est in metaphisicis. Et occurrit us qui dicent non omnium bonorum communem ideam poni, sed bonorum per se, bona distinguunt, distincta definit, ac deinde sic necit argumentum: Aut multa bona per se, aut nulla præter ideam reperit. si nulla, vana erit idea, propterea quod nulla species est que careat individui: si multa, in omnibus eadem boni definitio declarabitur, ut in nunc & ceteris candidior est eadem ratio. Honoris autem prudentiæque & voluptatis, hoc ipso quod bona sunt, aliæ atque diuersæ definitiones. Non est igitur aliquod bonum commune nisi idea nomine comprehensum. Hac conclusione demonstrat bona non esse synonyma, quæ plerique vocant uniuoca, quandoquidem ratio diuersa est. Itaque si nomine dicuntur uno, sunt homonyma, aut fortuita, aut ab uno manantia, aut ad unum tendentia, aut proportionem quadam comparata. Non tollit has partes, quia nomen esse commune constat, sed id non ostendit ideam esse ponendam. Nec enim Taurus mons & taurus animal idea una continentur. Hanc igitur omittit disputationem in logicis explicandam. Quod autem multa sunt argumenta, quæ valent in auctores idearum, ne sine causa videatur omisissæ, dicit his de rebus unum esse differendi locum. Quod si quis pertinax nihilominus ideas esse dicat, remedium adhibet extremum, nihil ad id de quo nunc agitur, bonum pertinere, quia ab homine comparari non possunt. Idque lubentius dicit, ut refutet eorum verba qui dicitant, intuentium bonum commune velut exemplar, quia sic ea quæ bona sunt nobis, rectius intelligemus. quæ demolitur, exemplis eorum positus qui & scientias ingennas, & artes illiberales sic exercet, ut idea cognitionem prætermittant. Hac de

summa

summa rei. Idea quænam est? ostendit Plato decimo dialogo de rep. εἶδες γὰρ πῶς τὴν ἰδέαν εἰς ὄρα μὲν τὴν ὁρατὴν καὶ τὴν ἀόρατον, οἷς πᾶσι ὁνομαζομένοις φέρουσι. πολλὰς γὰρ εἰς αἰσθητὰ καὶ φανερὰ, ἀλλὰ ἰδέαι γὰρ πᾶσι τῶν τῶν σκεῦη ὄντων, μία ἢ κλίσεις, μία δὲ φανερῶν. οὐκ οὐκ καὶ εἰς ὄρα μὲν λέγονται, ὅτι ὁ δαιμονεὺς ἔχει τὸν οὐρανὸν σκεῦη περὶ τὴν ἰδέαν βλάπτων, οὐτὼ πᾶσι ὁ μὲν τὰς κλίσεις, ὁ δὲ τὰς φανερὰς, αἷς ἡμῶν χρῶμεθα. καὶ τ' ἄλλα χρεῖ τῶν τῶν. εὐ γὰρ πᾶσι γὰρ ἰδέαι τῶν τῶν δαιμονεργῶν οὐδεὶς ἔστι δαιμονεργῶν. id est, singulas species in singulis rerum generibus quæ multæ sunt, & à nobis eodem nomine uocantur, facere solemus. Multi quidem sunt lecti, multæque mensæ: at idea in hac supellectilibus duæ sunt, una lecti, altera mensæ. Itaque dicere consueuimus utriusque supellectilibus artifices sic opus suum moliri, ut ideæ intuentur, hic quidem lectos, ille nero mensas, quibus non utimur, & eodem modo cætera. Nullus autem artifex ideam facit. Seneca dilucide exponit hæc in epist. 59. Tertium genus, inquit, est eorum quæ proprie sunt: innumerabilia hæc sunt, sed extra nostram posita conspectum. Quæ sunt interrogas? Proprie Plato ideas uocat, ex quibus omnia quæ sunt, fiunt, & ad quas cuncta formantur. Hæc immortales, immutabiles, inuiolabiles sunt. Quid sit idea, id est quid Platoni esse uideatur, audi. Idea est eorum quæ naturaliter sunt exemplar æternum. Ἀπόδειξις definitionis interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picture tue habeo, ex quo capit aliquem habitum mihi nostram, quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies, à qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. De idea Cicero Acad. lib. 1. Mentes uolebant esse rerum iudicem, solam consuebant idoneam cui crederetur, quia sola cernere id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset. Hanc illi ideam appellabant, iam à Platone ita appellatam, nos recte speciem possumus dicere. Aristoteles primus species quas paulo ante dixisti, labefactauit, quæ mirifice Plato erat amplexatus, ut in his quiddam diuinum esse diceret. Ex his apparet quid sit idea, nempe eorum quæ sunt exemplar æternum, & quarum rerum sit, ut earum quæ naturaliter fiunt, uel ex imitatione, ut quas

f 4

conficiunt artifices: & qualis, immutabilis enim & immortalis. Apparet etiam nullo sensu percipi, & ea multa contineri qua dialectici vocant in diuina, atque ab ea sic res efformari, ut ab annulo imagines in cera. sed exoritur questio an ideae sint in mente diuina, an in nostras, an separatae. si sunt in mente diuina, quomodo potest illas artifex intueri? quomodo Plato deum fecisse lectum dicit? si in nostras, quo pacto neque gignantur neque intereunt? Necessae est igitur separatas intelligi. Confirmat illud is qui lib. 13. Metaph. scripsit. Quidam, inquit, uniuersa genera separarunt, & rerum quae sunt ideas appellarunt. Quamobrem falluntur ij qui tuentur Platonem quasi posuerit in mente diuina, qui quae putant in animis nostris esse posse. Dicit aliquis, quoniam modo intuebitur ideam separata: Non possumus intueri, iccirco tota illa ratio formarum uana ac inutilis est, & prorsus explodenda: nec audiendus, qui Platonicos aduersus Aristotelem tuentur in quibus est Eustratus, & alij recentiores. Vter certius nouit mentem Platonis, Eustratus an Aristoteles, qui audiit illum tot annos? Ridiculum est huic refutare aut ut ignarum aut ut improbum, qui noluerit obriue ueritatem, quam maxime perquirebat. Socrates uti Pythagoras, existimabat animos neque creati neque interire, semper illorum certum numerum fuisse qui de corpore in corpus irent, nihil omnino discere, sed tantum recordari, ex nihilo nihil fieri. Quod secutus Plato, quasi nihil sine exemplari fieri posset, ideas excogitauit, quas animi a corporibus separatas uiderent, in clui corporibus recordarentur. Id uisit Cicero. scribit haec Tuscul. 1. Socrates, inquit, docet quemuis, qui omnium rerum rudis esse uideatur, bene interroganti respondentem declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere: nec uero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas *νοήματα* uocant, haberemus, nisi animus antequam corpus intrasset, in rerum cognitione uisisset. Quisq; nihil esset, ut omnibus locis a Platone differitur, nihil enim ille putat esse quod oriatur & intereat, idque solus esse, quod semper tale sit, qualem ideam appellat ille, nos speciem, non potuit animus hoc in corpore inclusus agnoscere, cognita attrulit. uidefne unde manarit error idearum, utq; sit impium & Christianae religioni

Religioni minime consentaneum, species eiusmodi defendere? In Timaeo Platonis hac sunt. *Κυρσος* igitur uidentis, ille fabricator huius tanti operis, uerum sit imitatus exemplar, idne quod semper unum & idem uti sui simile, an id quod generatum, ortumque dicimus. At qui si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex, profecto speciem aeternitatis imitari uoluit. Mundum ex confusa materia factum & ad ideam formatum putat. Quid magis absurdum? sequamur igitur Aristotelem, qui hoc ut alia penes omnia, acutissime uidit. *idea* boni dicit bonum uniuersum & commune, quoniam ad illud Platonici referunt omnia, quae imitando ab eo prodire dicuntur. Plato 6. lib. de Rep. ideam boni ponit. *Επει δτι η α τω αρα. δευ ιδεα μαγιστη μοδθμου, τελοδου ακηκευ:* id est, Nam frequenter audisti, ideam boni summam esse disciplinam. In eodem loco tradit, bona ad ideam unam referri, quam uocat ipsum bonum, ut in hoc capite dicit Aristoteles, *Καυ ουτο θη ηελδρ ηελ τωδ αρα δευ, ηελ ουτω τωδι παρτω α τωτ ας πολλα ε τρι θεαυ. παλιυ αυ κατ ιδεαυ ματα ηηδων, ας εοξιδου φαυδ, νοαδου δ ου. τωδ δ ου ιδεαυ νοαδου μεδ, εοξιδου δ ου.* Et honestum ipsum, & ipsum bonum, esse dicimus, & hoc modo in omnibus quae uti plura ponebamus. Rursus, ut est una singulorum species & idea, sic colligentes, unumquodque id quod est appellamus. & haec quidem uideri, non intelligi: *idea* autem mente non sensu percipi dicimus. Lege quoque Platonis librum qui Parmenides inscribitur. Cur authores idearum in numeris non unam faciebant ideam, sed plures usque ad decem? an quod res una specie comprehense, sic omnes eius sunt participes, ut nulla prior, nulla posterior habeatur? ut enim Socrates sit homo prior tempore quam Plato, non tamen prior homo, sed aequo Plato homo est atque Socrates. Sic est in ideis & ijs quae subiiciuntur illis. In numeris autem non sic est. Non possunt esse decem, quin sint quinque: nec nunginti, quin sint decem: nec duo, quin sit unum. Itaque uarij sunt ordines uariarum proportionum, quae non reperiuntur in ijs quae una specie continentur. An quod ex multis numeris sit numerus unus, ex ideis autem multis una fieri non potest? alia causa afferri possunt, quae in libro Metaph. primo leguntur, & deca motertio. In re tam leui diutius immo-

hæri nolo. satis erit, si dicas, ab ideis, sententiæ Platoniorum, rebus est substantia. si quid est primum, id ad exemplar magis accedit, si posterius minus. Erat igitur magis & minus substantia, quod fieri non potest. Quamobrem in quibus aliquid primum est natura atque posterius, non est idea ponenda. Quid est in categoria dici? Substantiam vel accidens communis de minus communi dici, hoc modo, mens est bonum, virtus est bonum, utilitas est bonum. Qui fit bonum dicitur in omnibus categoriis, quum sit earum ratio diuersa: nihil ueritat unum & idem ad diuersa genera referri, quum rationum uarietas non eodem spectat. Nec inter rem que per se est, atque substantiâ, quid interest? substantiam dicit uolunt, id rem que sic est ut nulli accidat: rem per se, que cum aliquo non ita confertur, ut dicitur $\alpha\epsilon\sigma\iota\varsigma$ substantia nature ordine prior est eo quod ad aliquid refertur, quia nisi res sit, nihil ei potest uel agnasci uel accidere. Cum alio autem conferri simile est rei agnascens, & ei quod est accidentis. Quid uocatur id quod est? dicitur, quod aliqui uerterunt ens. sic appellat Seneca epist. 99. Dicimus, inquit, quedam corporalia esse, quedam incorporalia. Quid ergo erit ex quo hæc diducantur? illud cui nomen modo parum proprium imposuimus, quod est. In eadem epist. Hoc genus est primum & antiquissimum, & (ut ita dicam) generale. Ex his & illis que scripta sunt ab Aristotele, probare facile est eum turpiter esse lapsos, qui dicit substantiam uerterunt, quum sit supra categoriam omnines. Ab illo Seneca deducit categorias. Non tamen ponitur inter genera que de rebus fabricatis eadem ratione dicuntur. Bonum tam late patet quam dicitur? Nequaquam uero. De pluribus hoc dicitur, nepe de bonis & malis & neutrâ. bonum tamen ut dicitur, dicitur in omnibus categoriis. Ergo, inquit, bonum nulla categoria continetur. sane, quum sumetur uniuersum: non item quum rationes eius erunt distinctæ. Cur dicitur multi non esse deum in categoria substantia, quum in eo genere ab Aristotele collocetur? Qui sic philosophantur, nolunt categorias ad substantias simplices pertinere, quos ego perperam docere puto, qui late patentes dialecticorum uias in angustum contrahunt. Deus & mens est in substantia, quia sic est in rerum natura ut nulli accidat: uirtus in qualitate, quod ab ea boni uiri nominantur: mediocritas in quantitate, quoniam modum mensuramque

mensuramque significat: utilitas in iis que ad aliquid referuntur, propterea quod alterius esse dicitur cuius est utilitas: opportunitas in tempore, quando quidem tempus idoneum congruensque signat: uirtus salubritatisque ratio in loco, quippe quum pro ratione loci data mutetur. Deum autem, mentem, uirtutem, mediocritatem, utilitatem, oportunitatem, diuinitatem, esse bona sciunt omnes. Ex his efficitur, non esse bonum unum commune, quod est idea, quia ut nulla sit error sic nulla boni idea statui potest. Terquenter uero Eustratius, & ad deum confugit, nec uidet Platonem statuisse ideam boni que non sit deus. Ostendunt ea que paulo ante transcripsi. Cur una modo scientia rerum que una specie continentur? que referuntur ad ideam unam, sunt generis eiusdem, & ad eundem finem contendunt omnia, ut frenâ ad domandos equos. Que sunt generis eiusdem & in unum exitum spectant, una scientia continentur. Ars enim constat ex multis animi perceptionibus in unum finem spectantibus. Occasio quid est? cur que ad multas scientias refertur? Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. sic Cicero desinit. Bellice occasio est scientia militaris, Vegetius lib. 3. Occasio in prelio plus adiuuare solet quam uirtus. Occasionis medicæ, medicina. quamobrem Hippocrates statim initio aphorismorum dicit occasionem præcipitem, significans artem esse difficilem, atque ut est in proverbio) rapidam occasionem. Medicocritas est eadem medicina, que plus aut minus adhibet alimentum pro corporis temperatione, que seruat in medicamento quæritatem, que in tuenda ualetudine seruari iubet mediocritatem. Est quoque mediocritatis gymnastica, hoc est, ars ea que in campo corpus exercet. Nam magister campi scire debet, quatenus corpus exercendum sit, ne quid nimis, ne quid parum. Medicocritas autem modus est inter nimium & parum. quem Platonici dicunt ipsum hominem & ipsum bonum: ideam hominis & boni. sic enim 6. lib. de Rep. dicit Plato, $\omega\delta\ \delta\ \alpha\gamma\alpha\sigma\tau\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \omega\delta\ \delta\ \mu\epsilon\delta\iota\kappa\iota\tau\eta\varsigma$, sic loquuntur quod existiment ideam sempiternam esse, atque per se consistere. Quum dicamus bonum esse tanto melius, quanto diuturnius, quo modo confirmat bonum non eo magis esse bonum quod sempiternum? De substantia boni loquitur, que non dicitur magis aut minus substantia, ut Nestor

qui uixerat treis atates, non erat magis homo quam Achilles qui in 7
 uenis interijt. Quis est ordo bonorum quem Pythagorei statuunt? A-
 ristoteles ostendit Metaph. lib. 1. ε̄περ̄ ο̄ τ̄ν̄ ω̄των̄ τ̄ος̄ ἀρ̄
 χ̄ος̄ δ̄κᾱ λιγιστ̄ιν̄ ε̄στ̄ τ̄ος̄ ε̄ξ̄ αν̄σ̄η̄χ̄ας̄ λ̄ᾱζ̄ᾱλο̄ας̄, π̄ῑος̄ς̄ ᾱπειρο̄ς̄,
 ω̄δῑ τ̄ῑος̄ ἀπειρο̄ς̄, ἢ̄ τ̄ω̄δ̄η̄δε̄ς̄, &̄ ἡ̄ῑος̄ ἀπειρο̄ς̄, ἀ̄ρ̄θ̄ον̄ δ̄ύ̄λ̄ῡ, ἡ̄ρ̄μω̄ν̄ κ̄ε̄
 νο̄ύ̄μ̄λω̄ς̄, ἢ̄ δ̄ύ̄ ἡ̄μ̄ω̄ν̄ ὄλ̄ο̄ς̄, ὅ̄ς̄ ο̄κ̄ό̄τος̄, ἀ̄ρ̄ᾱ δ̄εν̄ κ̄ᾱκ̄ᾱν̄, π̄ε̄ρ̄ᾱκ̄ω̄ν̄ ἢ̄
 π̄ε̄ρ̄ο̄μ̄ικ̄ας̄, id est, Ex istdem Pythagoricis alij decem esse principia di-
 cunt, quæ ex ordine & serie dicuntur, finitum infinitum, impar par,
 unum plura, dextrum sinistrum, masculinum fœmineum: quiescens,
 quod mouetur, rectum prauum, lumen tenebræ, bonum malum:
 quadratum, aliquo latere porrectius. In hoc ordine sunt bona decem,
 ac mala totidem contraria. Alcæon Crotoniates principia rerum
 dicebat esse contraria. idem quoque Pythagorici tradebant, atque cõ-
 traria numero complectebantur, sed qualia essent, non satis expli-
 cabant. Ordo bonorum quibus natura ex parte continetur, finitum,
 impar, unum, dextrum, masculinum, quiescens, rectum, lumen, bonum,
 quadratum. si compares hæc cum oppositis magis elucebunt, ut bonum
 cum malo, marem cum femina, quietum cum eo quod agitatur, dex-
 trum cum sinistro, lumen cum tenebris. Quædam sunt obscuriora, ut
 cur in malis duendum sit infinitum, par, multitudo, figura nõ qua-
 drata? An quod infinitum capi non potest, pars facile dissoluitur in
 unitates, multitudo tanto maior, quanto res dissipatur, figura nõ
 quadrata, minus stabilis & firma? sed illa nõ sunt huiusce contem-
 plationis. Querendum potius, cur unum cum idea comparatur? In
 Parmenide Platonis ubi de uno habetur sermo, per multa de idea-
 rum natura dicuntur, quoniam in ideis rerum unitates consistunt,
 Aristoteles hoc uidit, & (quamquam non probabat id quod de uno
 Pythagorici differabant) cum uno tamen ideam comparauit: unum-
 que præposuit, quod probabilius est ab unitate quam ab idea, rebus
 esse substantiam. Itaque spensippus Eurymedontis & Potones foro-
 rum Platonis, filius, philosophus Atheniensis, qui in Academia Platoni
 successit, Pythagoreos infectus est in eo libro quem de philosophia
 scripsit. bona per se quæ sunt? Aristoteles ea dicit esse quæ etiamsi so-
 la sunt, per se expetuntur, ut sapere, uidere, honor. Cic. de Tim. lib. 3.
 loquens de bona fama, ostendit bona per se dici, quæ ipsa propter se
 sumenda

sumenda sunt, non propter usum, id est utilitatem. Et hic Aristoteles
 utilia ipsi bonis quæ propter se expetuntur, opponit. Ab utilibus (in-
 quit se segregemus ea quæ per se bona sunt. utilia, quæ aut efficiunt
 aut tuentur bona per se, aut amoluntur contraria, ut sanitas ipsa
 propter se expetenda. Virilis autem temperatio, quæ efficit illam, uti-
 lis ratio uictus & exercitatio, quæ tuetur ualetudinem, utile medi-
 camentum & ferrum quod amolitur contraria. Sapere bonum per
 se, utile studium literarum quod efficit & tuetur illud, utilia omnia
 quæ stultitiam contrariam amoluntur. Honor, prudentia & uolu-
 ptas quæ habent definitiones: honor definitur à Cicerone de Cla. or.
 Honor est præmium uirtutis iudicio studioque ciuium delatus ad ali-
 quem. Voluptas (ut idem definit Ruf. A.) est opinio recens boni præ-
 sentis, in quo offerri rectum esse uidetur. Prudentia (inquit idem)
 constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum
 nec malarum. Hæc quidem uaria sunt definitiones: sed hæc tracta, hoc
 ipso quod bona sunt, nõne declarantur una definitione: hoc modo,
 Honor, prudentia, uoluptas, sunt bona quæ etiamsi sola sunt, per se
 expetuntur: uel sic, quæ propter se sumenda sunt, nõ propter usum,
 uel sic: quæ impetum animi secundum naturam mouent. Sic enim bonum
 definitur. Hoc mihi uidetur Aristoteles dicere, si quæras cur nix sit
 alba, & cur cerussa sit alba, unam rationem afferri posse, nempe quod
 diducit aspectum. si roges autem cur prudentia sit bonum? quia uir-
 tutus est, inquiet aliquis, cur honor bonum? quia præmium uirtutis, cur
 uoluptas bonum? quia habet suauem commotionem in cõditatis. Ra-
 tiones ista diuersa nõ indicant esse commune quiddam quod referri
 debeat bona rã diuersa. Insultat in caput Aristotelis Enkratius, nec
 uidet non rã inspiciendã definitione generalẽ, ut in homine substantia
 definitione, quam propria cuiusq; forme explanatione. Quæ sunt ea
 quorũ nomẽ est comune, ratio diuersa? Homonyma, quæ nonnulli ua-
 cãt æquiuoca. Cur de his facit hic mentione? propterea quod si multa
 generis diuersi nomine comuni bona dicuntur, necesse est esse homo-
 nyma. Homonymorũ quot genera sunt? duo. Alia casu, alia consilio.
 Casu & fortuito accidit, ut Priami filius, & Philippi natæ, diceren-
 tur Alexandri. Consilio factum est, ut in numeris unitas principũ
 diceretur, in lineis punctũ. Homonyma non temere dicta, quadam

similitudine constant, ut homo uerus, homo pictus. Quaedam simili principio, ut medicum ferrum, medica dñas à medicina dicuntur. Quaedam simili fine, ut salubris gestatio, salubris exercitatio, ad eundem finem referuntur. Quaedam analogia, ut qualis est aspectus in corpore, talis est mens in animo. Memendri uersus est, τίς ὁ δὲς ἐν ἐφ' ἑαυτῷ ἢ τοῦ ἐν τῷ ψυχῆ. idcirco dicitur aspectus oculi, aspectus mentis, ut caput hominis, caput arboris, manus hominis, manus elephanti. Hæc tangit homonymorum genera philosophus, ut ostendat bona non synonyma dici posse, sed homonyma uideri, et homonymis non ideam unam respondere. Cur illud obijcit, utilem uideri cognitionem formarum? Propter illud etiam ueritatis ἢ dial. de Rep. τὸ τὸ βίωον ἢ τὸ πῶν ἀλλὰ ἐστὶν παρὰ τὸν βίον γινώσκουμένους, καὶ τὸ γινώσκουσι τὸ πῶν διὰ τὸ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τῷ ἀγαθῷ ἰδέσθαι φάσι ἐπὶ αἰτίας δ' ἑδῶν ἢ τῶν οὐκ ἐστὶν καὶ ἀλλοίους ἢς γινώσκουμένους μὲν ἀλλ' οὐκ ἴδῃ. id est, hoc igitur quod lucem ueritatis ἢ qua noscuntur, asserti, et quod intelligere cupienti dat facultatem, ideam boni dic esse, causam ueritatis et scientia, ut qua mente cognoscitur. Hanc ideam Cicero ne frustra uideatur intueri, sic loquitur in Oratore, At ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Nō enim quero quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse præstantius, quod in perpetua dicendi non sapes, atque haud scio an unquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius. Non cōfugit ad socraticam recodationem, sed in multis particulis summa perfectionis obseruat.

Difficilis et inuicunda questio πῶς ἔστ' ἄριστος. πῶς ἔστ' ἄριστος, inquit hic ἡσυχίου δὲ γὰρ ἐπὶ, ἢ ἀδῶς, ἀδῶς, difficilis, inuicunda, inuicunda. Tollerere) refutare, atque demoliri. Ambo sunt amici) Cic. in epist. Quos ego ambos unice diligo. Qui dicunt hic utroque pro ambobus, etsi uolunt alijs terrosos uideri, barbare tamen loquuntur. Duo sunt enim, non plures, in duas diuisi partes. Cic. de Cla. etsi utriq; primas, priores tamen deferunt Lælio. sic pauld post dixi priores deferre.

Attulerunt opinionem) Cic. in Off. ἢ opinionem afferant populo, eorū fore se similes quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. Agenesis) πᾶσι φησὶ ἀδῶς, accersētis ad aliquid. Verbum agnasor in hac re, parum proprium, sed non est aliud. Cræci hic utuntur tertio casu,

nos autem

nos autē secundo, quia similitudo natura dicitur. ἢ ὅ) sic malus dicere quān naturam. Non enim si cō confugit interdum Cicero, nobis ita faciendum, quum proprijs uerbis utendū est. In philosophia, natura et quod uocatur ens, longis spacio distat. Victus salubritatisq; ratio) Dieta, qua prescribit uictum et locum salubrem. Male conuerterit, mora, nō enim temporis est, sed loci. In unam categoriam includuntur) Cic. pro Q. Roscio, In hanc formulam omnia iudicia cōclusa et comprahensa sunt. Vnum diem manet) sic Cic. de bestiolis qua uiuant unum diem. Cerussa) dicitur à Cræcia psummythis. Et ex ramentis plumbi tenuissimis super nas aceti aspervimi impositis. Atque ita distillantibus quod ex eo cecidit in ipsam acetum, arefactum mollitur, et cribratur. Vnius aliquid) in rhetoricis aliter, οὐδ' ἴδια δ' ἔχον ἑκοστῷ δ' καὶ δέκατος, ἢ ἰκτελεῖ τι οὐκ ἐστὶν ὑγάρῳ ἔστι ἢ καὶ δέκα, id est, ars nulla singula exquirat, ut medicina quid salubre sit aut socrati aut Callia. Dicendum medicinā uideri quid salubre sit socrati nō quia socrates est, sed quia talis est.

DE nomine summi boni penē omnes consentire dixit, à doctis Cap. 7 in doctis que uocari felicitatem, sed eam non in eadem re ab omnibus poni. Refutatis aliorum sententijs ideique reiectis, sic tandem impositus finem, sed his de rebus hæc tenus. Nunc autem rursus ad institutum se reuerti dicit, memor eorum que principio quinti capitis posuit hoc modo, sed ad id unde digressi sumus nobis reuocetur oratio. Semel enim digressus est ad principia uiamque partiendi iterum ad labefactandas aliorum sententias. Nūc rursus ad propositum reuertitur. itaque falluntur ἢ qui ne parum latine loquantur, hic rursus siue iterum dicere non audent, quasi uerbum rursus, sit aut barbarum aut superuacaneum, quo Virgilius usus est et in orationis initio, rursus in arma feror, mortemque miserimus opto. Reuersus ad institutum, que dixit antea de finibus sumit, ut eō quō tendit apertiore uia perueniat. Proponit actionum et artium uarios esse fines. Id probat exemplis ab arte medica, militarique sumptis: atq; definit artis extremum, id propter quod aguntur cætera, ut his positis ab inductione similium ducat argumentum, ut, in omni arte et actione finis est bonum quō cætera referuntur, ita si quis est omnium rerum agendarum finis, hic erit actionis bonum: si autem plures, hī

plura bona. Ex his efficitur, id quod supra demonstratum est, multos esse fines: & omnium rerum agendasrum finem, summum esse bonum. Quamobrem ponit hoc, atque dum ab alio ad aliud sermo transfertur, eodem peruenit, hoc est, posteaquam multa ac diuersa de summo bono disputauit, eo peruenit oratio, quò iam peruenerat, multos quidem esse fines, sed in ijs aliquid extremum summumque reperiri quò referantur omnia. Sic Eustathius & alij intelligunt huc locum, sic res ipsa demonstrat. Quid ergo sibi uult nouus interpret serus emendator qui sic hunc locum uertit. Mutata enim, tamè eodem spectat definitio, de qua mutatione, de qua definitione, de quo eodem sine loquitur? Quò autem non satis explicatum est unus ne finis sit an plures, & in qua re poni debeat summum bonum: philosophus id se dicturum pollicetur, Danda est, inquit, opera ut hoc etià planius explicetur. Primum ostendit unum modò finem esse perfectum atque summum. Non omnes inquit, fines perfecti, nam quosdam propter alios expetimus, enthymemà ex propositione atque ratione. Rationem sic confirmat, Perfectiorem dicimus eum qui propter ipsum quam qui propter alium perfectiendus est, alius igitur alio perfectior. si perfectior is ad quem refertur alius, erit ille perfectissimus ad quem ceteri referuntur, in se nusquam: felicitas est huiusmodi, felicitas igitur finis est perfectissimus, & summum bonum. conclusio à consequentibus in qua comparatur imparia. Ut hoc apertius intelligatur, ac iterum reijciantur aliorum sententia, felicitatem cum honore, uoluptate, mente, uirtute comparat: hac etiam propter se peti dicit, quia ut nulla inde fieret accessio, tamen singula exoptaremus, sed & felicitatis causa deligi, quòd per ea, nos fore beatos existimamus, felicitatè propter aliud à nemine peti. Ex quo efficitur illos non esse perfectissimos fines, sed hunc unum quò referuntur illi. Et ac differentia patet in illis non esse collocandam felicitatem, quum beatitudo sit aliquid perfectius. Addit aliam probationem. Quod sufficit ac seipso contentum est, bonum perfectum est: beatitudo satis habet ac sufficit, est igitur bonum perfectum. Confirmat assumptionem, Quod sibi satis est, statim id quod uel solum positum uitam facit expetendam, relique nullius indigentem. quo in genere est felicitas. Est igitur sibi satis & seipsa contenta

simul

simul explicat quatenus id quod satis est, extendi debeat, & felicitati aliquid addi posse, ubi demonstrauit unum esse finem perfectissimum, unumque rerum agendasrum summum bonum, ad alteram partem parat auditorem. Tam, inquit, ut apertius explicetur, quòd sit, expetitur. Quomodo sit inueniendum docet quum dicit, hoc continuo fiet, si opus hominis officiumque teneatur. In opere hominis summum bonum ponendam iam probat ut artificum sic hominis bonum in opere ponendam, similitum comparatio: ut artificum sic hominis aliquod opus & officium. altera similitudo: ut oculi, manus, pedis & cuiusque particula hominis manus est, sic & hominis ratio. alia similitudo. Ex his collige probat ut artificum sic hominis bonum. Aut igitur est in alendo & augendo, aut in animalis functione, aut in animi parte qua rationis est particeps. Vis enim tribus modis agit homo. Non est in alendo & augendo, quòd hoc sit homini cum stirpibus commune: non in animalis functione, quòd ea sit equo, boni & omnibus animantibus communis. Est igitur in animo ponendum, qui rationis est particeps. argumentum à diuisione, in quo duabus partibus sublatis ultima relinquatur. Animi quò rationis animus due sunt partes, una rationi parat, altera mente predata est. in utraque est hominis proprium munus, non quum animus quiescit, sed quum agit, quòd actio sit melior atque prestantior. Cic. 2. lib. de Timb. Nos beatam uitam non depulsionem mali, sed adeptioem boni iudicemus, nec eam cessando sue gaudento ut Aristippus, siue non doiendo ut hic, sed agendo aliquid considerandòue queramus. Ex ijs que dicta sunt colligit partem definitionis operis humani hoc modo. Opus hominis est animi actio que à ratione proficitur, uel sine ea non sit. Quòd autem non omnis actio rationis beatum facit, sed actio uirtutis: statuenda est in actionibus differentia, ut inuenio genere, & reperis differentis expleatur definitio. Genus est actio rationis; differentia prior, uirtutis congruens: posterior in uita perfecta, ut sit plena definitio. Opus hominis est actio animi rationalis uirtuti congruus in genere uita perfecta. Hominis actionem, & hominis probi actionem genere non differre iccirco ostendit exemplo Catharædi ut genus definitionis eius quam paulò antè declarauimus, rectè inuentum intelligamus: deinde eodem exemplo demonstrat actiones

hominis, & hominis probi differre qualitate, ut actione non cuiusvis hominis, sed boni probeque capiamus. Ac similitudine hirudinis & dicitur effici non satis esse breve tempus ad pariendam felicitatem, ut addamus definitioni, perfectum vite genus. Hanc inventionem tandem commendat, reliqua que ad eius explanationem pertinent, facilia dicit tempore adiuuante, egrediturque iterum ad ea que iam dicta sunt de ratione differendi & de principijs intelligendis. Hec de via disputationis, iam questiones paucas explicemus. Queritur quod sit summum bonum, an quid sit supra demonstramus non hic queri quid sit, quia perspicuum est, id esse quod referuntur omnia, ipsum quoque sit: in eis figurari quod sit, sive in qua re positum sit. Quamobrem τὸ πρῶτον uertimus quodnam non quidnam. Nec in hoc capite definit felicitatem, ut penè omnes falso putant, sed hominis proprium munus & officium, in quo ponenda sit felicitas. Quod si quis existimat opus hominis probi & felicitatem nihil omnino differre, maxime fallitur. Nam sententia Peripateticorum uir bonus officio sui uici potest, qui sit miser, ut delapsus in summam deformitatem calamitatemue. Adde quod felicitas sequitur actionem animi rationalis, sicut actionem architecti sequitur opus. Quod si actio fabri uel architecti non est opus eius, sed opus actione perficitur, felicitas non est actio ratiocinantis animi, sed extremum bonum quod actione consistit. Præterea ut uictoria differat a consilio & actione eorum qui tandem uictoria potiuntur, sic beatitudo ab actione eorum qui tandem beati fiunt. Est enim beatitudo finis hominis, ut uictoria scientia militaris. Beatitudo uero in bonis animi, corporis & fortune, non tamen est uirtus (ut Aristoteles ostendit) nec præstantia corporis, nec copia rerum fortuitarum. Quamuis sit igitur in actione rationis uirtuti congruente, non tamen est actio rationis uirtuti congruens. Dicit aliquis, non potest esse actio animi rationalis uirtuti congruens in genere uite perfecto, quoniam sit felicitas. Hæc igitur sunt reciproca, ac idem significant, quamobrem beatitudinis est hæc definitio. Fallax est conclusio. Non potest esse uirtus quin sit decorum ut ostendit Cicero in officijs, tamen decorum & uirtus differunt. Decorum sequitur uirtutem, ut dicimus beatitudinem actione posterio rem, quod apertius sic ostendi potest. Omnis actio (ut dictum est initio)

bonum

bonum concupiscit. Animi igitur rationalis actio bonum concupiscit. Quod tandem nonne felicitatem? Non est igitur actio felicitas. Querit ergo philosophus non quid boni sit, sed quod sit hoc ad rem subiectam, illud ad substantia rationem pertinet. Hoc querit, in qua re sit statuum summum bonum, illud quid sit ultimum rerum appetendarum. Quum duo proponat, artem & actionem, cur paulo post referimus artem non actionem, quum dicimus, Quod igitur artis cuiusque bonum est? ut sit locus ipsi que sequuntur. Nam paulo post facit mentionem de actione quam dicit, aliam in alia arte bonum, & in omni actione delectatione finis. Sic repetit ea que principio dicta sunt, omnem artem doctrinamque cum actione & delectatione ad aliquid bonum referri. Legendum autem, τὸ πρῶτον ἄριστος τὸ γὰρ δὴ, quod igitur artis cuiusque bonum est? Quæ uerba quidam ut plerique, persimè uertit hoc modo, Quid est igitur quod sibi quisque bonum statuit? hæc facimus dum relicta sententia uerba sine iudicio ueniamur. Quod est actionis bonum? id quod Aristoteles dicit τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν δὴ, id est, ut alij uertunt, agendum bonum, alij, in agendo bonum, alij, finem omnium bonorum: nos actionis bonum uocamus, quod sit actionum finis. Ostendi iam τὸ ἀγαθὸν à Cicerone nunc actionem, nunc officium, nunc rem gerendam uocari, quem si imitari uelimus, hic τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν officiorum aut actionum, aut rei gerende finem dicemus. Non potest aptius dici quam actionis bonum, id est quod referuntur officia, aut ut Iulianus interpretatur, quod ex actione laudabili manat. Dubitatur an sit unum summum bonum an plura? Non dubitat quidem, sed quoniam multi sunt fines, & in illis quidam propter se petendi, quodque de summo bono uariae sunt antiquorum sententia: querit utrum sit unum summum bonum, an plura, ut illa extremorum multitudinem ad unum tantum bonum referamus, quæ ratione demonstratū fuerit, unum esse ultimum rerum appetendarum. Cur omne genus instrumentum concludit in ea que referuntur ad aliud? Omne instrumentum comparatur ad aliud aut molientiam, ut frenum, hasta, machina: aut iuuandum, ut galea, murus, fossa. Instrumenta sunt diuitia, & tibia, diuitia ad sustinendam rem. & domū: tibia ad canendum comparata. Optimum finis est ne aliquid perfectum? sanè comparatur omnes reliquos quibus est sua perfectio. Necessè est

igitur ut quum omnes adsint, nihil ei desit. At is unum quomodo cadant omnia? virtutes, scientia, artes liberales, instrumenta, bona corporis & fortuna? vt seruus domino subministrat, sic ista omnia subferuiant ei qui summum finem adeptus est. vt nullus homo sit omnino homo, tamen esse potest, cui nihil desit, qui que satis habeat ac si esset omnis homo. is perfectus est. perfectum dicimus cui nihil desit, eorum quae pertinent ad id genus perfectionis. si extremum perfectum simpliciter est id quod propter ipsum semper, nunquam propter aliud expetendum, prater deum nihil erit perfectum. ut, erit felicitas ea de qua nunc agitur, perfectum in rebus humanis erit perfectum. De dijs & beatitudine post mortem hoc in loco non agitur. Dic igitur perfectum simpliciter in rebus humanis. At huiusce uita felicitas propter aliud petitur a nobis. propter quid? propter eam quam speramus aeternam beatitudinem. Quid tum? Quid hoc falsum, nunquam propter aliud appeti felicitatem. Non est, si quiescas ubi philosophus te quiescere nult, si que te limitibus tuis contineas. Est aliud quod optare possis, sed hoc opta, quod hac in uita comparare liceat. Cetera permittite dijs. Quid stulti non optant? sapientis est agere quoad licet, non ignauiter optare, quum a morte nulla sit uia bene merendi. Dum tempus est, id assequamur quod hac in uita propositum est bonum, quod etiam per se est quammaximè appetendum. Non magis facio quod nonnulli dicunt in hac philosophi uerba, longe aliter a Christianis proficiendis esse finem. Nihil asserunt quod non sit omnibus perspicuum, nihil inducunt cur Aristoteles debeat improbari. Genera finium quos sunt tria, unum quod semper propter aliud expetitur, ut domus, finis architecturae; alterum quod propter se & aliud optatur, ut scientia, studiorum finis; aliud quod nunquam propter aliud quaeritur, ut felicitas. Quum beatitudinem dicit habere satis ac sufficere, censetne felicitati felicitate nihil omnino deesse? Nequaquam. Nam cui nihil omnino desit, nisi deo optimo maximo? qui (ut dicebat Hippodamus Thurinus) a nullo uirtutes edoctus bonus est, nulla fortuna duce felix, natura bonus, natura beatus, & talis semper fuit ac erit: sed ita indicat felicitati felicitate nihil deesse ad bene beatque uiuendum in civili societate. Nihil deerit autem (si stoicis credimus) quum uirtus affuerit. illis enim placuit uirtutem ad beate uiuendum

uiuendum seipsa esse contentam, quia nihil bonum esse nisi quod honestum esset, existimant. Nihil deerit opinione temperaticorum, si animi, corporis, & fortuna bona adsint, non omnia quidem, sed satis multa ad beate uiuendum, primum uirtus & ea quae in ratione posita est; & ea quae moralis uocatur: deinde ualendo, uires, & honesta forma: postea satis opum ad alendam familiam, ad ornandos deos, ad amicos adiutandos, ad remp. sustinendam. Ischomachus apud Xenophontem, Mihi, inquit, iucundum suauēque magnifice deus ornare, & amicos, siquid opus, adiutare, & urbem per me non esse rebus inornatam. si quid desit ut capillus pulcherrimus, uobis Melanis, celeritis Achilles, forma Niveli, sacra uia vlysi, suauitas Nestoris, diuitia Cresi, non ideo homo non erit felix, cui suppetent ea quae diximus, quia ut multa desint, nihil tamen deest ad beate uiuendum. sic accipe illud auctoritas Aristotelicum, quod nonnulli parum Latine sufficientiam dixerunt. Certus est modus qui satis est ac sufficit ad bene beatque uiuendum, qui que perfectus est, tamen si permulta non continet bona quae possunt homini contingere. Cur hoc adiuget, Dicimus autem quod satis est ac sufficit, non ei soli qui in solitudine uitam agit, sed & parentibus, & liberis, & uxori, ac omnibus amicis ciuibusque? Loquitur hoc in opere de beatitudine uiri ciuilis, non eius qui se totum contemplationi & solitudini tradidit. Vt autem beatus erit, & eius habebitur inops & mendicis, qui neque se, neque liberos alere nec uxorem poterit, nec amicos quam fuerit opus excipere, nec in commune aliquid afferre. Vt sit igitur honestus, bonus & idoneus ciuis, necesse est ut habeat opes, non quibus omnes propinquos, amicos, ciues alat. his (inquit Aristoteles) aliquis terminus finisque statuendus, sed quibus eos nutriat quos debet, amicos excipiat, ciuitatem cuius est pars, adiuet. Nihil refert utrius iam partem habeat, an cottidie pariat, an bene meritis honeste utatur rebus amicorum. Magnas opes non expetendas esse dicit Aristoteles ipse. Κρατὸς πλεὺς ὀδύνηται ἰδέσθω κακῶν ἂν πλεονεχῆται ἢ πλεονεχῆται ἢ καλλίον ἢ ἄλιον ὀρθὸς ἔβιος. Melius est ad felicitatem pauciora possidere, quam multa cum inuidia. Etenim pulchrior & suauior est hac uita. De diuitijs hac Plato lib. 1. de rep. ego quidem ut hoc assequamur, status pecunie uerumque possessione plurimi esse facienda.

non homini culibet, sed equo bonoque. Nam si quis inuitum neminem circumuenierit aut sefellierit, si quis neque deo sacrificia, neque homini pecuniam debeat, ut perterritus eo proficiatur, magnam partem facultatum possessioni acceptam referre debet. Affert & alia utilitates multas. Hac ille. Fertur à Menandro praclare dictum, μακάριος ὅστις οὐκ ἔχει καὶ πῶτον φέρω. Beatus quisquis opes habet ac mentem. Is enim rebus suis utitur probe, quā possit officium. Hoc pacto descendit sunt omnia, atque diuitis ferenda. Hac scripsimus, ne quis diuitias aspernaretur omnino, quod multum ambitiose factantibus sunt diuitia, si recte futurus uti. psal. 61. πλοῦτες ἔσονται ἐν ἡμῖν, καὶ ἡσυχία καὶ εὐφροσύνη. si affluant diuitia, ne ad illas animus adsciat. Diuitias non improbat, auaritiam damnat. Quod si quis contemplationi deditus, aut uitam diuinam secutus diuitias abiicit, non ideo repudianda sunt uiro ciuili diuitia. Demosth. δὲ ἐν γρηγορίου, καὶ ἀπὸ ἐν τῶν οὐκ ἔστι τῶν ἀκόρων ἡ δόξα. Pecuniis quidem opus est, sine quibus nihil necessarium fieri potest. si felicitas est summum bonum, quā potest augeri? qui alio cum bono numerari? si statureretur ea felicitas, cui nihil omnino deesse, cuius generis est deorum beatitudo, nihil annumerari posset. Quom uero ponatur ea qua homini in cōsociatione multorum deest, enenire potest, quis omnium miratur ei quicquam adici posse? & inueniri multa bona sine quibus homo beatus esse possit, quom multi sint reperti, qui nihil haberent, & omnibus bonis abundare se dicerent? Dicit aliquis, si felicitas multis gradibus augeri potest, plures erunt summi supremique fines. Demus istuc, si omnes sint generis ciuilem. Vnum est genere summum bonum: gradus autem diuersi, ut hic sit felix, ille felicitior, alius omnium felicitissimus: unus perfectus, alter perfectior, alius perfectissimus. Nec summū bonū dicitur, quod nō possit augeri, sed quod ipso genere sit ultimum rerum appetendarum. Hic de rebus non subtiliter, sed (ut antè monuit) pingui minerua loquitur. Cur ad explicandū hominis opus & officium ducit ab artibus similitudinem, quom ratio prior sit artibus? Eines artium cadunt in sensum, ut frenum, nauis, calceus, ensis, domus, hominis officium ratione magis quā sensu percipitur.

percipitur. Notiores igitur artium fines. Vtitur & similitudine particularum propter eandem causam. Oculi munus, uidere: manus, corpora prehendere atque tractare: pedis, ambulare: auris, audire: pulmonis, spirare: iecoris, sanguine conficere: hominis id est mentis humana, ratiocinari, intelligere, agere cum uirtute, contemplari. Cicero 2. lib. de Nat. deorum, posteaquam multa de natura humana disseruit, ostendit uim rationis hoc modo: Quid uero hominum ratio? non in calum usque penetrauit? soli enim ex animalibus nos astro rum ortus obitusque cognouimus. Ab hominum genere finitus est dies, mensis, annus: defectiones solis & luna cognita, predictaeque in omne posterum tempus, quae, quantae, quando futurus sint. Quae contuens animus accipit cognitionem deorum, ex qua oritur pietas, cui coniuncta iustitia est, reliquaque uirtutes, ex quibus uita beata existit, par & similis deorum: haec tullius. Tria esse genera uiuendi notius est quā quod multis explicari debeat. unum commune stirpium & animalium, ὅρα τῶν καὶ τῶν φυτῶν ἡ δόξα dicitur, id est alens augensque uita. Viuunt enim stirpes, aluntur ducto è terra succo, & incrementum anima beneficio quam nonnulli uegetatem appellant. Alterum commune hominum & bestiarum, αἰσθητικὴ ἡ δόξα, id est, uita sentiens uocatur. Animalis proprium sentire. Sentium communiter homines & bestia uirtute anima quam uulgus sensitiuum nominat. Aliud hominis proprium, νοητικὴ, quo à ceteris animalibus distinguitur. Aliter & crescit homo uelut stirpes, sentit ut bestia, utitur ratione ut deus. An sint in eo tres anima, an una trinum fungens officio, non est hic querendi locus. Altrici animae munus est, alere, auerere, generare. Quod ut faciat, alimentum trahendum, conficiendum, segregandum, ut impurius eijciatur, purius alendus partibus adhibeatur. Opus est ei nutrimento quasi materia, calore uelut instrumento. Haec autem facultas naturalis appellatur. Est altera quae dicitur animalis, tertia uitalis. Animalis in cerebro collocatur, unde nervi qui dant animantis sensum, procedunt. sedes uitalis est cor, uita principium, à quo fouetur calor & cōcitur motus. Omne animal aliquo motu agitatur, ac duos minimum sensus habet, tactum atque gustatum. Animus superior uōs à Cracis, mens à nostris uocatur. Eius partes, cogitatio, intelligentia, ratio, memoria, quibus cerebri

partes uti propria sedes tribuuntur à Physicis. Animus inferior in corde *Dujus* dicitur, id est, animus ad inscendum aptus: in icore equa, id est, appetitus, cuius sunt quatuor perturbationes, dua ex opinione boni, laetitia, cupiditas: dua ex opinione mali, aegritudo, metus. Mens habet rationem, appetitus non habet, sed audit illam. Quae nis est orationis huius, vnaeque res à propria virtute rectè perficitur: propria & familiaris cuiusque rei facultatem dicit in hac sententiam. Est aliqua propria certaque rebus singulis facultas & causa per quam bene & probe fiunt, ut domus aum capit ab architectura per quam perficitur, oratio à rhetorica, sermo rectus à grammatica, corporis educatio ab anima nutritiva. Ab aliena virtute siue facultate res haud rectè conficitur, ut à grammatica syllogismus, à rhetorica demonstratio, à fure domus, ab architecto calcuus. Quum sint igitur in homine tres virtutes siue facultates, una alit, altera sensum motumque tribuit, alia ratiocinatur. Itaque homo quia homo est, hoc est, ut distinguitur à stirpibus & beluis, nulla virtute minus hominis subire potest, nisi & sua, & propria, & familiari, quae rationis est facultas. alioqui equus gigneret leonem, rubus uvas, viola malum punicum, terra pisces, mare elephantos. Hoc ergo dicit, opus hominis à propria facultate, id est, à ratione rectè conficitur, ut à sua virtute res singulae. suntne plures virtutes, an vna sola? plures sane. Quam dicit optimam perfectissimamque vnderiam, quae in veri cognitione consistit, & maxime naturam attingit humanam. vnderentia (ut ait iablicus) ceteris virtutibus praestit, & illi utitur, ac velut oculus mentis, praescribit alijs ordinem, modum & opportunitatem. Quam vitam vult accipere perfectam? an vsum uitae absolutum, an eius vitam qui ad maturos pervenit annos? an diuturnum vivendi tempus? Hac de re uariant sententiae, nec hunc nodum expedire promptum est. Ea de re Cicero 2. de Fin. Neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata duci solet. Nec appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta. Neque enim potest quisquam aliàs beatus esse, aliàs miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam quum semel est suscepta vita beata, tam permanet, quam ipsa illa effectrix beata uita sapientia, neque expectat ultimum tempus aetatis. De sententia philosophi dicendum,

endum, non esse expectandum uitae finem, sed ante mortem beatum dici posse, qui agit uirtute perfecta, bonis externis satis instructus: ex beato mix miserum fieri posse, quia uirtus perfecta non facile mutatur, fieri tamen posse, ut si incidere in vriam calamitatem. Hac de re plura decimo capite huius libri. Vita genus perfectum dico, quum uirtus est perfecta atque diligenter agit, nulla repugnante grauiore fortuna. Euftratus in hac re non sibi constat, ut mihi uidetur, & alind alibi censet. Dicit aliquis, si uirtus in rebus aduersis & infirmis est perfectior, cur additur illud de fortuna? laudabilior est sane & praeio dignior, sed philosophus uidet neminem hac in uita beatum uocari, qui grauiore fortuna laborat, nec habet rationem uitae sempiterna, sed mortalis huius & caduca in qua fortuna multum potest. Quid est quod ait de circumscriptione summi boni? summum bonum quasi primis lineamentis informatum, postea multis ornamentis illustrandum, ut imaginis primis lineis expressa multis ac uarijs coloribus ornatur. Quid importat tempus adiumentum? res omnes diuturnitate temporis inuenta, expolitaque sunt, ut artes & scientia à tenui principio profecta, beneficio temporis aucta sunt & perpoluta. Felicitatis igitur breuis illa descriptio ut cetera omnia, augeri tempore, confirmarique potest. Non hoc dicit (ut quidam putant) tempus in definitione beatitudinis esse ponendum, sed commendat inuentionem felicitatis, expolitionem minoris facit, quod sit cuique facilis mediocriter ingenioso & erudito, quodque temporis decursu nullo negotio possit augeri. Fertur dictum Thaletis, ο χαρος ωφειλεταις ακαιρω, διεκουδ γαρ το παντα. Omnium sapientissimum tempus, inuenit enim cuncta. Inuenit, hoc est, dat inueniendi occasionem, & inuentionem adiunat, quod Aristoteles adiutoris nomine explicat. hoc modo, tempus omnium parens. Vidatur in Olymp. Χαρος ο παρτων παρησ. Tempus omnium rerum parens. Beatitudinis explicatio tempore confirmabitur, si quis plura quam tradiderit Aristoteles, conscribere uolet. Quid est angulus rectus? Euclides sic explicat. οταν δε αι ωρθι γωνιαι τω ορθω γωνια, ορθαι εαν, α δε γωνιας καθ' αυταις α τωις, id est, si quae continent angulum lineae sint rectae, lineis interceptis angulus uocatur rectus. Hunc geometres, quia spectator est ueritatis, & artes mathematicas procul à re-

bns exercet, intuetur, non ut opus conficiat ut domum, sed ut sciat, quid & cuiusmodi sit. habet aut architectus, ut qua recta uult esse ad angulum rectum dirigat, intuetur. Quam suis limitibus se quisq; continet, nec euagatur extra fines suos, princeps opus non fit accessione minus. Quam uero qui tenne tractat argumentum, nihil non extrinsecus inducit, ut nonnulli poetae solent, res propria alio qui per angusta rebus alienis ornata vel obruta potius laet. Monet igitur, ut se quisque suis finibus contineat. De principijs cap. 4. Inductio quid est? Cicero sic definit primo libro de Inuentione, Inductio est oratio qua rebus non dubijs captat assensionem eius quicquid instituta est: quibus assensionibus facit ut illi dubia quadam res propter similitudinem earum rerum quibus assensit, probetur: hoc in Topicis sic explicat. sunt enim similitudines quae ex pluribus collationibus perueniunt quod uolunt, hoc modo: si tutor fidem prestare debet, si socius, si cui mandatis, si qui fiducia accepit, debet etiam procurator. Haec ex pluribus perueniens quod uult, appellatur inductio, quae Graece παραγωγή nominatur. Haec ille. Ex his collige, inductioem esse multorum similitum collationem, quae tandem peruenit eod quod uult. In inductione cognoscuntur principia quae multis similibus collatis probantur, ut haec, si paribus paria demas, erunt paria quae manebunt. Si paria paribus adiungas, paria manebunt. sensu percipiuntur colores, figurae, soni, odores, sapor, frigida, calida, sicca, humida, leuia, grana, ex quibus physici multa probant. Coniunctioe noscuntur artes, mores, utilia, inutilia. Alia aliter nota sunt, ut definitione, qualis est haec, punctum cuius nulla pars est. Quae uis est horum serborum, principium uidetur totius esse dimidium & amplius? prouerbum est, ἀρχὴ ἡμεῶν πικρὸς, principium dimidium totius, quod uorat. sic explicat, Dimidium facti qui caput habet. Aristoteles adducit in haec sententiam. Cui nota sunt rei principia, rem altera ex parte cognoscit, & amplius. Diog. Laert. refert haec dixisse Pittacum Mitylensium, quum agri parum accepisset. Delectu electione, ut capite primo. Male conuertitur consilium, quod ostendi in primam caput, quaquam gloriarum nouus interpres quod multos hoc nomine fecellerit. sermo transferitur) Cic. de Orat. sed si placet, aliud sermonem transferimus. Qui optimus est) alij genere

neutro

neutro utuntur, falsi meo iudicio genere nominis Graeci πλος, quod qui non respiciunt hic frustra diuersis generibus abutuntur. Nam de summo fine loquitur Aristoteles. Persequendus) πλος διακτὸς. Finis persequendus id est expetendus. Pettitur a nobis) sic conseruet ne idem toties repeteretur: idem est finis expetendus, petendus, appetendus, persequendus, legendus, eligendus. bona leguntur sine delictantur, mala reijciuntur. sic loquitur Cic. de Legibus. Accessio fieret) Cic. Accessiones fiunt ex fortuna & dignitate. Cognatos) ἀφ' οὐνοῦ; dicimus uos, ἢ ἰσθῶν, ἢ οὐκ ἰσθῶν, id est filios aut nepotes, aut cognatos. Cognati nomen hos omnes amplectitur. Continuo fiet,) τὰ τε ἀλιωνδὸ σημαστικὰ σημαστικὰ. Tibicinis) ἠθάλα. Casum tertium mutatim in secundum, quia facilius est oratio, & hic loco patrij usurpatur. Opus) officium. Viri, sed famam extendere facti, hoc uirtutis opus. Est etia quod opera perficitur. Exterminanda) ἀφαιρέσιον, ἀφαιρέσιον exterminare. Rationem habentis) Cic. de Nat. deorum, Homo habet sensum, & rationem, & orationem. Altera habet illa) ὁς in Graeco ponitur, sed omisitum quod aliquando παραλείπει est ac redundans. mente praeditum) ἀφ' οὐνοῦ; mente praeditus sum, uel mente concipio. Duplitem) sic loqui Cic. supra demonstrauimus. In actu consistit) Quintil. lib. 2. Iudicandum est rhetorice in actu consistere. Magis proprie) Cic. Magis proprie nihil possum dicere. Idem genere) Cicero de Inuentione, utrunque genere idem est. sic proprie redditur ἢ ὠτὸ ἢ ἡδὴ, non sic, in eodem genere ponimus. in multis obseruau) quari nescio quid alienum, quum proprium minimè deesset. id fit, quia dum uitat stultitium, in contrarium curruunt. Fugunt ἀνευροογίας, cadunt in asfectionem. Praclare.) Cic. Epaminondas si fidibus praclare cecinit se dicitur. Ver enim nec una facit huiusmodi prouerbum: Circan scriptum) breuiter summatisque descriptum. Informare) ἀσθῶν τῶν πῶσται, primis lineamentis informare. ἀναχρηστικὸς) colores & expositionem addere. Ne dicas cum quibusdam, erimum ponendum fuit oculis omnium, de pinguedine que pingui quadam uinerna, tum postea referendum. Quid ineptius? Pronchere) πρὸς ἀγαθῶν promouere, amplificare. Articulatim distinguere) διαρθρώσει non coacerrare significat ut quidam arbitrat, sed articulatim distinguere. Cic. sic

loquitur, Ea nunc articulatim distincteque dicuntur. Allata in crementum
ta) Cic. de Finib. Negat enim summo bono afferre incrementum dicitur.

Principes opus iud est destinatum, propositum. A accessio) quod extrinsecus assumitur, magis ob 297. & quod attingitur alterius causa.

Cap. 8. CONCLUSIO est oratio, in qua ex rebus non dubijs id quod dubitatur, efficitur. Hec Cic. de Divinat. Ratio, id est probatio, constat ex propositionibus quae sumuntur ad faciendam fidem. Ratio ante rationibus est: rationis conclusio demonstrat quod est proprium hominis officium, in quo beatitudo poneretur. Ut magis ac magis sua confirmet sententiam, dicta veterum refert, et quoad licet, eorum virtutem autoritate. Virtutem principio ad docendum comparato, in quo paucis quae dixit, quaeque dicturus est, exponit. Deinde causam affert cur aliorum sententias inspiciat, nepe ut appareat quid veri quidque falsi contineant, utrumque sumatur, falsum repudietur. Postea commemorat multas antiquorum de bono sententias: unam de triplici bonorum genere commendat ad antiquitatem et assensu philosophorum, quae res animi dicit esse primas et optimas. Haec in re suam convertit, hoc modo: Quae bona sunt in animo, summa dicimus atque maxime bona, actiones animi virtuti consentientes sunt animi bona, summae sunt igitur et optimae: in optimis est summum bonum: in illis actionibus igitur recte ponitur felicitas. Alteram paucos explicat, quia perspicua est atque manifesta. Nam qui dicunt bene vivere et bene agere felicem, et felicitatem esse vitam probam actionemque laudabilem, ab Aristotele nihil dissentiant. Aliam de virtute, de prudentia, de sapientia, de virtute cum voluptate, sic applicat ad negotiorum praesens: Qui ita sentit, ut vel unam virtutem, vel plures dicant esse felicitatem: actiones animi bonae, sunt quaedam virtutes, nos igitur ut illi, in virtutibus ponimus felicitatem. Quod autem dici possit virtutem esse in possessione et habitu non in usu et actione, opponit illud, actuosam esse virtutem: nullamque premium mereri, nisi concertet, ostendit sumpto ab olympijs exemplo. Et quia nonnulli cum virtute inveniunt voluptatem, docet et in actione virtutis esse voluptatem. Id est ex arte faciat, ponit haec propositionem: bonorum vita per se suavis atque iucunda. Rationem addit, in affectionibus animi dicitur oblectatio. Haec argumento confirmat a simili ducto: Ut equus equorum

studioso;

studioso, spectaculum spectandi cupido iucundum est: sic et iustitia et virtutis amanti, virtus suavis esse iucunda. Quod autem obijci possit, ijs actionibus multitudinem minimè delectari, quod sunt graues et seueræ, occurrit: ac docet non esse spectanda quae multitudinè placeant, propterea quod non sunt naturalia, sed quae amantibus honestatis grata sint, quia natura suaui dulcique sunt. Ac quoniam aliud alijs est voluptati, distinguit genera voluptatis, unum facit aduetitium, quale est in cibo, potu, venere, aspectus tactusque rerum pulchrarum suauumque, alterum animo familiare et quasi domesticum, quod ex actione virtutis percipitur. Hoc esse bono viro iucundum probat hoc modo: Nemo iustum dixerit eum qui iustis actionibus minimè gaudeat: nemo liberalem, qui liberalitatis officijs non oblectetur, et item de ceteris rebus: Non est igitur vir bonus, qui non delectatur honestis actionibus: quod si ita est, virtutis actiones erunt per se ipse non modo gratae atque iucundae, verum etiam et bonae et honestae. Quia sic ista coniunxit, occupat id quod dici possit ab aduersario, non esse coniuncta, sed velut Apollinis oraculo diuisa. Id ad illorum sententiam, qui rerum externarum affluentiam volunt adungi, dicit opus esse bonis externis, ut diuitijs, quia sunt instrumenta: ut liberis, amicis, honesta forma, claris natalibus: quod ista si desunt, beatitudinis inquinant puritatem. His rebus et suam confirmauit sententiam, et apertius suscipit quae docuit id quod breui definitione complexus erat. quod principium dicit in hac oratione. Hoc igitur principium quale sit exquirendum. Quia paulo ante loquebatur de principio, παλάμη φαυλήν λέγει οὐδ' αὐτῶν ἄνθρωπων ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄλλο οὐδ' ἄλλο, id est, principio multa de quibus quaeritur, declarari, et continuo addebat οὐκ ἄλλο οὐδ' ἄλλο αὐτῶν, non verum id αὐτῶν ad felicitatem de qua multis iam versibus non erat facta mentio, sed ad τὸ αὐτῶν quod erat verbum proximum: et hoc eo libentius feci quod ante nonnulli fecissent, quod quae ratio sententiae constaret. Dicit enim principium definitionem humani officij, quam superiore capite tradiderat: ut sit. Hoc igitur principij, id est ea definitio operis humani quae ut principium statuitur, et fundamentum nostrae felicitatis, quale sit exquirendum, hoc est videndum recte sit constitutum. Hoc modo a toto genere principij, descendit ad illud de quo agebatur in pra-

sentia, & propter quod de principio habitus erat sermo. Nec est absurdum definitionem vocari principium, quum principia demonstrationum sint definitiones, ut inquit Analyt. post. lib. 2. Quod si definitiones non demonstrantur, rationibus tamen & conclusionibus reperitur. si quis acute inspiciat, videbit Aristotelem non querere quid alij senserint de felicitate, quippe qui iam eum tractauerit locum, sed illam boni circumscriptionem, quam nomine principij uocat, a liorum sententis confirmare uelle, quod qui non intelligebant, & ueritas non ad ἀρχὴν sed ad διδασκαλίαν male retulerunt: atque relicto quod erat in oculis, aliud de quo non agebatur quasi seruit. Nos ita res coniungimus. Quia principium plusquam rei sententia ualeat, curandum est, ut bene definitur. Est igitur exquirendum an hoc principium nostrum sit probe definitum. Hoc modo superiora & ista iunguntur. Ergo δὲ male reddatur atque, & λόγος oratio. sic enim uertit quidam, Atqui cognoscenda felicitas est non ex conclusione solum, sed ex quibus conficitur oratio, quum de rationibus quas attulit hic loquatur philosophus. Idē male uertit τὰ ἐξ ἁπλοῦς congruit, ἀλλὰ φωνὰ dissentit, ἀγαθὸν bonum, καὶ εὐδαιμονία in fortuna & temeritate, & alia per multa, qua suo loco dicemus. relictis enim proprijs & rectis impropria sequitur & praua. Quae uis est orationis huius? Quae rebus insunt, omnia uero consonant, & c. In referendis aliorum sententis, apparebit quid uerum quidque falsum sit. Aut enim quae dicunt de summo bono, sunt in illo, aut non insunt. si sunt, omnia consonabunt: si non, discrepabunt. si dicunt in esse quod non inest, res & oratio discrepat. si id in esse quod inest, uerba rebus consentiunt. si quod nos sentimus illi, nostram confirmant sententiam, si aliud, re inspecta refutantur. Quae rebus insunt, ut felicitati, omnia uero consonant, hoc est, quum dicuntur in esse, non repugnant orationi, sed coherent inter se & uere in esse dicuntur. A falso uerum continuo discrepat. Discrepat enim contraria, & prope admodum magis elucet. At ueritas (ut aiebat Democritus) in profundo demersa latet. sic est, si non inspiciat & inquirat. Ea de causa diligenter est uidendum, quae qualisque res sit, & quid de ea multi sentiant, ut partim ratione, partim auctoritate uis & natura cuiusque rei probetur. Genera bonorum quot sunt? Vnum Zenonis

& stoicis,

& stoicis, qui dicunt honestum quod est, id solum bonum esse, quaeque nihil praeter uirtutem in bonis ducunt. Cic. 3. lib. de Finib. Quam uellem, inquit, ut te ad stoicos inclinasses. Erat enim, si cuiusquam, certe tuum nihil praeter uirtutem in bonis ducere. Ab Academicis & Peripateticis tripartita inducitur ratio bonorum. Idem lib. 1. de Fin. Ita tripartita ab Academicis inducitur ratio bonorum. Atque haec illa sunt tria genera, quae putant plerique Peripateticos dicere. Id quidem non falso. Ea sunt autem maxima, quae in ipso animo, atque in ipsa uirtute uersantur. Idem in eodem libro de Academicis loquens. Constituebantque extremum esse rerum expetendarum & finem bonorum, adeptum esse omnia a natura, animo & corpore & uita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus: ualitudinem, uires, pulchritudinem in toto: in partibus autem sensus integros, & praestantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, uim in manibus, claritatem in uoce, in lingua etiam explanatam uocum impressionem. Animi autem quae essent ad comprehendendam ingenii uirtutem idoneae: caeque ab ijs in naturam & mores diuidebantur. & quae sequuntur. Haec sententia uetus, utpote quae sit ueteris Academia. ei philosophi assentiuntur, Plato, Speusippus, Zenocrates, Academici ceteri, & si qui sunt antiquiores. Bona animi, Nature acerbiss, memoria firma, scientia, philosophia, uirtus. Bona corporis paulo ante numerata. Externa, diuitiae, amici, propinqui, affines, honor, gloria. In animi bonis maxime statuetus est finis. Sic enim, inquit, finis ponitur in animi bonis, non in rebus externis, de quo Cic. Tus. quinta. Sint sane, inquit, illa genera bonorum, dum corporis & externa insecuta homini, & tantummodo, quia sumenda sunt, appellantur bona. Alia autem diuina illa, longe lateque se pandant, caelumque contingant. Quinam dicuntur bene uiuere & bene agere felices? ut ait Diogenes Laertius interrogatus quid esset optimum in praesentia, benefacere inquit. Testis Diog. Laert. sed & id confirmant docti & indocti, ut dictum est capite quarto. Solet enim uulgus eum dicuntur felices qui bene agit & qui recte uiuit. Cur ueteres in numerum retulerunt? quod iustitiam diuorum? quod recte uiueret, recteque ageret. Cur saturnum, qui regnauit in Italia, maxime coluerunt? quod iustitiam exerceret, pacem componeret,

i j

utilia perageret, sic uiuere ut tum aureum saculum esse uideretur. Quid fuit cause cur in honore tanto essent Curij, Fabricij, Mummij, Catones? Erat eorum uita proba, & actio laudabilis. Hoc populus sentit, hoc uidet, & beatos esse iudicat qui sic instituerunt uitam. Nec istuc repugnat loco superiori ubi dictum est, imperitam multiu dinem capi uoluptate & rebus ijs que cadunt in sensum. Aliud uulgus extollit, aliud sequitur. Videt ea que recta sunt, sed omnia ferè utilitate meritur. Facendum esse tamen Aristotelem de sapientioribus hic potius loqui, quam de fæce plebis, & hominibus indoctis, quoru iudicium parui admodum facit. Omnes qui fuerunt in aliquo numero, quacunque in re posuerunt felicitatem, uitam probam, actiones que laudabiles magnis laudibus extulerunt, miseramque uitam putauerunt que sceleribus esset inquinata. Euripides, Τὸς ἄνθρωποι οὐ σπῶν, Qui uiuunt, bene agere & beneficia conferre debent. Epicte- tus, Τὸν γὰρ τὴν κακίαν ἢ πλοῦτον ἢ ἡλικίαν, Morti fatius quam uitam uere malè. Plato de Rep. Δικαιοὶ δὲ αἰὲν ἐφίλει, καὶ οἱ δὲ οὐκ ἔστιν ἔτι καὶ οὐκ ἔστιν ἀεὶ ἐξ ἡδονῆς ὁ ἀδίκος. Iustissime sunt amice dñj sint, inquit. Erit igitur dñs inimicus uir iniustus. Quot re- peries eiusmodi sententias apud antiquos? quot apud recentiores? Nō opus est hoc in loco morari. Nemo sanè metis dixit eum felicem qui malè uiuere atque ageret, improbe. Quisquis improba facta laudat, ut bona & honesta laudat. Excipit tamè Arist. quum dicit, Verè. sūt enim perditissimi nonnulli, qui uita probant, uirtutes improbant. sed ij non sunt in hominibus habèdi. Bene uiuere & bene agere nō dicantur uno modo. Bene uiuit, & qui faciliè & commodè uiuit nō aduersante fortuna: & qui iuste & probè uiuit. Bene agit is cui scèda fortuna est, & is qui iuste, probe, sapienter agit. Philo sophus dixit hic bene uiuere & bene agere pro eo quod est, iuste uiuere, & age- re quod oportet. alioqui sententia nihil eum inuaret. Quamobrè male uertit quidam δὲ πρὸς τὴν secundam rebus perfrui. Quid hoc ad phi- losophi mentem? ualèd pōt oblitus sui, reddat honestè agere. Eὐ τὴν autem transfert beatè uiuere: ut sit, beatus beatè uiuit. quasi tū in- epè locutus sit philo sophorum princeps, & aliorum sententiam ad suam confirmandam non exposuerit. Qui ponunt felicitatem in uoluptate, aut in honore, aut in diuitijs, aut ualitudine corporis, di- cuntne

cuntne beatitudinem esse uitam probam actionemque laudabilem? Quidam dicunt eum beatum qui sic agit ut uoluptatibus perfruat, dolorem uitet, aut ut ab omnibus honoretur, aut ut rem copiosam possideat, aut ut ualitudine perpetua gaudeat. Carita loquutus est, Omnia que de felicitate queruntur? Temporibus eius magna erat de summo bono dissensio. Quòd igitur inuestigaretur, non esset inuè- tum, hoc usus est genere loquendi. Dicit aliquis Tam fecerant Acade- mici tria genera bonorum. Quid tum? An in uno an in pluribus, an in omnibus statere felicitatem deberent, neciebant. Quibus cedo, felicitas uideatur esse uirtus? quibus prudentia? quibus sapientia? stoicis uideatur esse uirtus: sed quomiam Aristotele mortuo inualue- runt, querendus alius author. Is erit Socrates, ex cuius sermonibus uarijs uaria sunt quasi disseminata scèta. Socrates, ut est in Gorgia Platonis, quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdicæ filium qui tum fortunatissimus haberetur, nōne beatum putaret? Haud scio, inquit, Nunquam enim cum eo loquutus sum. An tu aliter id sci- re non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Perfarum quidem rege ma- gno potes dicere, beatus ne sit? An ego possem, quum ignorem quam sit doctus, quam uir bonus? Quidem in eo sitam uitam beatam pu- taui: ita profus existimo, bonos beatos, improbos miseros. Videtur hic uitam beatam in una uirtute ponere, in quo multos habuit imita- tores. Dion autem prudentiam, uias uero sapientiam summum bonū dixisse fertur. sed & alij fuerunt qui quū uiderent prudentiā esse uirtutum maximam, sapientiamque omnium rerum moderatricem, in ea statuerent beatitudinem. Adde quòd omnes propè dixerunt, solos prudentes, atque sapientes esse felices. Hæc ipsa, id est uirtutes prudentiam, sapientiam, dicunt esse felicitatem, qui in omni uirtu- te ponunt illam. Voluptatem cum honestate Dinomachus & Calli- pho copulauit. Alij & externarum rerum affluentiam inueniunt. Hinc illud Menandri, beatus cui mens est atque res copiosa. Qui felicitatē in uirtute ponunt, in prudentia, in sapientia, sunt pauci sed illustres uiri, propterea non aspernandi: qui uoluptatem aut diuitias adiungunt: ij multi & antiqui, quamobrè audiendi. Is qui omnē uirtutē uel unam aliquam dicunt esse felicitatem, ratio consona est. Que ratio? Ea que ostendit actionem uirtutis habendam pro uirtute. Ari-

Stotelis oratio qui dicit in actione virtutis felicitatem esse ponendam, non videtur coherere cum eorum sententia qui virtutem dicunt esse beatitudinem, sed eius ratio cohaeret. Nam si virtutis actio non aliud est quam virtus actiuosa, & virtus in actione maxime laudatur: eadem erit huius & illorum sententia. Cur haec addit? Non parum refert in possessione an in usu, in habitu an in actione summum bonum esse dicatur. Vult hominis bonum esse non in possessione tantum sed & in usu, non in habitu solum sed etiam in actione, quia potest aliquis habere virtutem qui nihil agit, habitu manente. Quod virtus actione perficitur, non us est laudabilis, cui habitus atque possessio virtutis est, sed qui utitur virtute, & quod illa iubet, peragat. Non parui refert igitur in usu & actione, an in possessione & habitu ponat summum bonum: hoc enim modo dissentiant ab Aristotele, illo, cum eo consentiunt, qui non vult inutilem esse possessionem, & habitum otiosum. Quid est cur ducat ab olympis similitudinem? vires & formam comparat cum possessione & habitu: est enim virtus in animo, quod decor & robur in corpore: certamen elegantium & robustiorum cum actione bonorum confert, illud ad gloriam, haec ad felicitatem contendit. Ut ij qui non certant, nulla corona donantur, etiamsi formosi ualidique sunt, sic otiosi non assequuntur felicitatem, quamuis habeant virtutes, & bonis animi praediti sint. Quale fuit certamen? Alij currerebant quadrigis, alij bigis, alij singulis equis: alij pedibus, alij saltu contendebant, alij cestro, alij disco. Victores oleastro coronabantur. Is honor apud Graecos olim maximus. Honorat. sunt quos curriculo puluerem olympicum Collegisse iuuat: metatq; feruidis Euitata votis, terrarum dominos eucht ad deos. Committetur id certamen anno quoque quinto in ionis honorem ad Alpheum flumium iuxta urbes elin, Pisam, Olympiam. Ab Olympia nomen habet Olympiorum. Erant alia certamina, sed haec potius non minauit, quod essent omnium maxima. Pindarus, Μάτ' ὀλυμπία σφαιρὰ σφίρειται ποταμῶν δαίμονες. nec olympiaco certamine praestantius ullum dicemus. Voluptatum genera quae sunt? vnum quod ad corpus, alterum quod ad animum pertinet. Voluptas corporis in uenere, cibo, potu, ludis: in ijs quae sensibus percipiuntur, visu, auditu, odoratu, gustatu atque tactu, cuiusmodi sunt forma decentes, colores pul-

chri,

chrisuantes odores, iucunda uoces, boni saporis, qualitates sententibus dulces, ut frigus aestuanti, calor frigenti, humor arescenti. Architas Tarentinus nullam capitatiorem pestem quam corporis uoluptatem hominibus dicebat a natura datam, cuius uoluptatis auida libidines temere & effrenate ad potiendum incitarentur. Haec Cicero de Senectute. Huius tamen uoluptatis est quidam naturalis modus, quo sine uitio frui licet. Voluptas animi in discendo, in contemplanda natura, in recordatione benefactorum, in administratione consilij, & in alijs generis eiusdem. His de uoluptatibus hic agitur quas constat esse naturales, & bonis uiris persuasues. Nam cum uoluptas & oblectatio sit in affectibus animi, & cuique iucundum sit, id cuius est studiosus, ne mireris si quae natura suauia dulciaque sunt, hominibus honestatis amantibus grata sint atque iucunda. Cur uoluptates multitudinis pugnae dicit? Eustratius existimat ea quae sensu percipiuntur, quia subeunt iudicium partis ratione carentis, non esse natura iucunda, ut equum, uinum piscem: propterea ab alijs aliud amari, ut ab hoc dulcia, ab illo amara. At uero de bonis animi idem quoque dici potest: alius extollit prudentiam, alius philosophiam, alius artes mathematicas, alius theologiam, alius celeres animi motus, alius lentos & quietos. Adde quod natura multas dedit sensibus uoluptates, quas esse naturales quisque uidet, & Cicero multis explicat libro de senectute. Non igitur pugnant quod in sensum cadunt, quodque trahit sua quaeque uoluptas. Quae uoluptates ergo pugnant? Ad quas fruendas ut dicebat Architas libidines temere & effrenate incitantur, ut nimia uoluptas ueneris, cibi, potus, uenandi, currendi, ludendi, garrandi. Haec multitudini, quae modum seruare nescit, placent, bonis uiris nunquam placet. Haec quidem pugnant, primum quod naturae aduersantur atque rationi: ex quo fit ut a bonis uituperentur, ab improbis laudentur, atque bellum graue & ingentem perturbationem concitent animo: deinde quod eidem nunc placent, mox displicent, ut turpis amor de quo Terentius. In amore haec omnia inuisus uita, iniuria, suspiciones, inimicitiae, inuidiae, bellum, pax rursus. Videtne pugnam? Quia non est hic naturalis amor, non semper est idem. Alij detestantur aleam, mox recurrunt ad illam: dulce bellum in expertis, expertis amarum. Scitum est illud Democriti. οἱ μὲν

ιδωτα) βεγετα) , αι & λιπυα πομαι. Voluptates breues, dolores multi sequuntur. vt frigida pugnant calidis, sic voluptas & dolor. Hoc modo improbe voluptates pugnare dicitur. Quod addit tandem, si uir bonus recte iudicat, in hanc sententiam dicitur. Actiones uirtutis non modo bonae & honestae sunt, uerumetiam gratae atque in uita de. Ac quolibet harum rerum, id est bonitas, honestas, uoluptas inerit maxime bonis actionibus, quia sic uir bonus iudicat: qui quomodo sit recto iudicio, & honesta uita praeditus, recte iudicat, nec ab honestate dignam uita separat uoluptatem. Quod epigramma Deliacum dicitur: Quod ut oraculum Delius Apollo, qui uersibus respondebat, edidit. At hoc epigramma Theognidis est poeta, qui antiquior est Aristotele. Nam Theognis natus est Olympiade quinquagesima nona, Aristoteles, nonagesima nona. An Theognis accepit ab oraculo, an potius praecleara diuinaeque sententiae Apollini tribuebantur? Est hoc ut opinor Theognidis, sed Apollini falso attributum, quod Tythias sal-lax undique uersus corrogaret, & diuinis esse mitiretur, quodque superstitio ueterum multa Apollini daret, quae non erant eius, ut illud Ennianum, Aio te Aecida Romanos uincere posse. Dicitur hoc distichon appellari Deliacum, propterea quod multi non minoris facerent, quam si Delius Apollo tradidisset. Continet enim praeclearam sententiam, in animi bonis iustitiam pulcherrimam, in corporis ualitudine optimam, in fortuna, suauissimam esse cuiusque suam uoluptatem, quae ut sint diuersae atque naturae distinctae, in unam tamen felicitatem conuenire uult Aristoteles. Aut dicendum scriptum fuisse. Delius in templo Apollinis, ut tria genera felicitatis proponerentur, quae sit unum uerum atque summum. uos uersus sic reddidi, ut supremum gradus teneretur, quod quomodo esset perdifficile, coactus sum iustitiam more Hesiodi uocare dicens, quod fecit ante me uideus. Quam uult accipi mobilitatem? famae ne an generis? Nobilitate generis, quae est generis uirtus. in qua non habenda ratio diuitiarum, aut potentiae, sed uirtutis eius quam quis a suis uidetur accepisse. Quid? ignobilis non potest esse felix? potest, primum beatitudine quae mortem sequitur, deinde felicitate quam parit in solitudine contemplatio, sed non erit plane beatus in uita ciuili. Quia si ignobilis ut pauper, contemnitur, nec ita splendida sunt res eius. Quamobrem ut actione uirtu-

tis sit

tis sit beatus, tamen nescio quomodo felicitas ea uidetur inquinata, aut saltem minus ampla atque splendida. ciuitas non existimabit eum ciuem esse omnino felicum, qui sit in opes, quia caret instrumentis ad bene agendum: qui sit deformis, quia uidetur atque despicitur: qui sit ignobilis, quia est in contemptu multorum: qui orbis, quia solatio & haerere uero caret, nec suo loco relinquit ciuem: qui prauos habeat liberos, quia patri sunt tristitia & dedecori: qui amisit bonos, propterea quod lucrum & orbitate patri reliquerunt. qui aut improbos amicos habeat, aut bonos amisit: illi enim molesti grauesque: hi desulero sui deserti conficiunt. Haec incumoda non omnino ciuilem beatitudinem auferunt, sed quoadmodum labe & nota maculant. Veruntamen dicuntur ab alijs. (summa) xvela tu tu. Hoc uerbi refertur ab alijs in ordinem ad uerborum, sed & nomen accipi potest. Facta) ελεγειας. sic dicimus factum ut Graeci ελεγειας ελεγειας. hic male reddiderunt officium. In hanc sententiam dici potest Cic. factum est senatus in meam sententiam. Consonat) Hoc utitur uerbo Cicero, quanquam relegatur ad barbaros ab eo qui nihil aliud loquitur quam Cicerones. Actio laudabilis) ελεγειας, ελεγειας iustitiam, id est actio laudabilis. sic interpretatur Eustratius. Affluentiam) abundantiam Errare tota re) Cic. In eo non tu quidem tota re, sed temporibus errasti. Consonat) consentiens. utitur Cicero. Nam loco uirtutis habenda quae uirtuti consentit actio. Του τως γαρ εστιν η κατ' αυ τω ελεγειας, id est, huius uirtutis est, & ad uirtutem pertinet ea quae ei consentit actio. Verbum uerbo reddere nolui, ne obscurior esset oratio. Qui sic reddunt) Est enim ei actio consentanea, non intelligitur hunc locum. Ducitur) habetur, existimatur. Ad quod refertur eiusmodi rei studiosus) ελεγειας ελεγειας. sic Aristoteles loqui solet de ijs quae uelutina nominant, unde quis accipit nomen. Ea dicuntur ab aliquo referri: propterea sic translati Graeca, quae alij male conuerterant. Ad aliquod referuntur haec. ελεγειας, ελεγειας, ελεγειας, ελεγειας, & alia generis eiusdem. Quicquid sunt haec, aliorum sunt, & ab alijs capiunt nomen, ut penniger a penna, aliger ab ala. itaque longe aberrat qui Graeca uertit hoc modo: cuius rei quisque cupidus est, ea delectatur. Ad summam) ελεγειας. Cic. Ad summam non possunt istae sic abire. Quae multitudinis incunda sunt, ea quidem certe pugnant) ελεγειας

κ

Græci dicunt vulgus, siue imperitiam multitudinē: quod qui nesciūt, hunc locum sic inuertunt, Ac plerisque repugnans ac nocent in cuncta res. En qui Aristotelem tuēt, quem miseris modis confoderunt. Et item de cæteris rebus Cicero, Et item de cæteris rebus. Liberum filiorum & filiarum. Cicero hoc uerbum concidere solet, ut Act. 3. in Verr. ἀναξία autem ut ostēdit in arte rhetorica, est bona proles, non omnes liberi, ut alij uertunt. Sic ἀναξία & ἀναξία uidentur opposita. ἀναξος, cui satis multa liberorum bonorum copia. ἀναξος, cui nulli sunt liberi. solitarius Cic. solitarius homo, in agro uinam agens. Orbis cui nulli sunt liberi. Quint. lib. 7. rarus liberorum aut orbis sit, plurimū distat. Aut interierint boni) boni uel liberi uel amici, sic enim distinguedum. Commoditatis ἀναξία & ἀναξία, quando opportune & commode uinitur & cum delectatione. Qui dicunt hic prosperitatem, loquuntur obsecris. Uno eodēq; ordine habeant Verg. 2. Aeneid. si omnes uno ordine habetis Achiuos. Eorum sententiam qui secundam fortunam dicunt esse felicitatem, sic complectitur sophocles, Εὐδαίμωνος, οἱ αὐγαῖς ἀγαθῶν αἰῶν, id est, felices, quibus atas nihil gustauit mali.

Cap. 9. HOMINI summum esse bonum felicitatem, & eam in actione uirtutis esse positam, dictum est. Quæ sit eius causa nūc inquiri, propterea quod alij in scientia ponant, alij in uirtute, alij in diuitijs, alij in honore, alij fortuna attribuant. Ex tam uarijs antiquorū sententijs dubitatio affertur, an discā possit, ut scientia, in qua Ilerillus summum bonum dicebat esse: an affuescendo comparari, ut habitus uirtutis, quem nonnulli dixerē beatitudinem: an alio quodam genere exercitationis acquiri, ut honor, ut diuitia, ut bona ualētudo, quæ diuersis exercendi generibus & comparantur. & retinentur: in ijs rebus autem nonnullos posuisse felicitatem supra demonstratū est: an adsit aliquo deorum fato, ut philosophia, de qua Plato in Timæo, οὐ μόνον ἀγαθὸν οὐτ' ἄλλ' ἀγαθὸν ἔστι παρὰ θεῶν & ἀπὸ θεῶν. Sed et ἀγαθὸν, id est, Quo bono nullum optabilius, nullum præstātius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur: An sorte fortuna accidat, ut uolunt iij qui felicitatem & fortunam secundam in eundem redigunt ordinē, de quibus paulo antè mentionem fecit. Deorum munere dari nec aperte confirmat, quia non est

non est huius instituti, inquirere quæ dentur a deo mortalium generi: nec contra negat, quia uidetur absurdū, quod optimū est non dari, quod nihil est, dari, quū ab optimis casus res optime proficiantur. Itaq; ut neq; planē cōfirmet, neque profusū refutet, sed rem tantam in aliam disputationem referret, utitur syllogismo quem Græci dicunt ἀποδεικνύει, hoc modo: si quod aliud concessu deorum munus hominū generi datum est, consentaneum quoque felicitatem a dijs esse datam, & eo magis, quo cæteris hominum rebus melior est atque præstantior. Quod autem diuinū dicimus & diuinitus missum, & id quod est egregium atque præclarum: felicitatem diuinam uocari posse confirmat, quia, ut non mittatur a deo, sicuti dictitabant iij qui prouidentiam tollebant, tamen res est diuina, id est eximia atque præclara. id hoc modo probat, præmium uirtutis est optimū, diuinum, beatū. Felicitas est præmium uirtutis, Res est igitur optima atque diuina. Felicitatem uirtute aut aliqua disciplina aut exercitatione comparari neque statim afferit, propterea quod alia bona sunt necessaria: neq; inficitur, quia statuit eam maxime in actione uirtutis: sed hoc dicit, si uirtute aut disciplina aut exercitatione quaeritur, multorum communis esse potest. cuius afferit causam, ab omnibus ijs posse comparari, quibus facultates integra sunt. Iactenus suscipiendū sententiam, nec temere & incōsulto. Sed nostri artifices qui Aristotelem explicant artem, multo aliter sentiunt, ac subtiliter ostendunt, & à Deo tribui, & uirtute parari, & id Aristotelem confirmant: quos si in omnibus quæ committunt, emendare uellem, in immensum cresceret opus. Beatitude enim non esse fortuna attribuendā ut demonstrat, statuit hanc propositionem, Bonum maximum pulcherrimumque attribuerē fortune, admodum inconcinnum est & absurdum. quæ propositio, quoniam rationem habet conuenientiam, enthymema dici potest, ut sit, absurdum est felicitatem temeritati fortune adscribere, quia bonum est maximum pulcherrimumque. Hoc ita confirmat: Quæ secundam naturam sunt, quàm possunt optime fiunt, & item quæ ab arte & omni causa efficiuntur, optime præstunt: quæ fortuito cadunt, non eodem modo fiunt. Melius igitur attribuerē felicitatem naturæ hominis bene constitutæ, quod est Dei munus naturam gubernantis, aut arti quæ discere

potest homo, aut optima cause qualis est virtus & eius actio, quam fortuna variat, & in malū quam in bonū procliuor. Quod autē ante demonstrata sequentibus faciunt aditum, quia ut ait in rhetorici, ἡδὴ γὰρ τοὶ βέλτεροι τῶν ἀλλοτρίων, καὶ σωφρονεῖν ἐν συμμιχρῶσι καὶ πᾶσι τοῖς, utitur ijs que antea tradidit, felicitatem esse in actione virtutis, virtutem non esse fortune, finem scientie civilis esse summum bonum, scientiam civilem non expectare fortunam, sed primo quoque tempore instituitur & legibus bonos cives efficere. Ex quibus vult effici non esse fortuna beatitudinem. Tam ut suam definitionem probet, ac simul assumptum maniat, addit neque bestias, neque pueros esse felices, quia non sunt participes actionum virtutis, quum sint participes fortuna. unde apparet ab ijs actionibus, non à sorte beatos effici. Et quia dici posset eos non esse beatos, qui fortune carent, occurrit, que bona supersunt, inquit, alia necesse est inesse, alia velut instrumenta inuuant, hoc est, felicitatem posui maxime in actione virtutis: addidi bona corporis et fortune quibus eget virtus, non quod in illis statuerem summū bonum, sed quod bona corporis necesse est inesse, bona fortuna velut instrumenta inuāt: ut fabro viribus opus est & malleo, nemo tamen optimi fabri bonum collocat in viribus & malleis. Ad extremum ostendit pueros non esse felices, opus est, inquit, virtute perfecta, quia in eius actione summum bonum ponimus: & vita genere perfecto, quia multa sūt in vita mutationes, ut si in actione virtutis ponatur felicitas, ante mortem possit acquiri non à puero sed à viro: si in fortuna, in tot rerum mutationibus, & in tanto metu futuri nec à puero nec à viro. Cur in numerandis causis deum & fortunam posuit in extremis locis? principio collocavit ea quorum principia sunt in nobis, propterea quod ad nos magis pertinent: deinde addidit eas causas que non sunt in nostra potestate, fortunam, cui veteres multum tribuebant adeo ut deam facerent, & omnipotentem uocarent, ut ostendit illud virgilianum, fortuna omnipotēs, & ineluctabile fatum, reliquit postremam, quia non erat sapientis id quod est homini summum in hac vita bonum, fortuna, tam uaria, tam inconstanti, tam mutabili attribueret, sed ei aut nihil aut parum deferre: de quo sic Euripides. Οὐ γὰρ πῶς ὀφθαῖς ἐν τύχῃς βιβάνω τὰ ἴσθ' ἔν' ἀνδρῶν δαίμων

δαίμων ὀφθαῖς ὀφθαῖς, id est, nō est cur in cui prospera fortuna successit, existimetur semper eandem retinere posse. fortuna, inquit, Cicero 2. lib. de nat. Deorum, amica uarietati constantiam respuit. Cui maxime cause tribuenda felicitas? Concurrunt omnia que philosophus enumerat, disciplina, consuetudo, exercitatio, deus, & fortuna. Non enim felix, qui nihil didicit, qui bene agere non assuevit, qui caret exercitatio uel corporis uel animi uel utriusque, quem deus non adiuvat, qui rebus fortuna desitutus est. itaque natura summus audi sciendi, agendi, exercendi, deos uolumus nobis propitios, & fortunam secundam: sed felicitas (ut ante dictum est) animi bonis maxime tribuenda, itaque in illis magis quam in ceteris hæret hæc disputatio. si fortuna explet felicitatem, & Peripatetici ponunt eam in bonis animi, corporis, & fortune: quid est cur eam non uult in casu haberi? bona fortuna dat felici uelut instrumenta, non quod in ijs numerandum sit ultimum rerū appetendum, sed quod si desint, impediunt felicitatem. fortunam nimium mutabilem & incertam nō existimat felicitatis esse causam, tamen si explet beatitudinem. Quid? illi rādem uidetur omnia deferre, quum dicit, opus est genere uita perfecto, quandoquidem multe sunt in uita mutationes, uarięque accidunt euentus. & que sequuntur. Non quemadmodum fortuna felicitatem turbare potest, ita & illam genere, potest efficere, ut homo ne sit beatus, non potest efficere, ut sit beatus, quia nō dat uirtutes & animi bona, nec tam petenda quo multa largiatur, quam timenda, ne asperius sentiat. Opus est igitur genere uita perfecto, id est: uita iam stabili & firma quoad fieri potest, ubi iam uirtus tam altas egit radices, ut contundi aut impediri nequeant, nisi à fortuna grauissima. Quæ si acciderit ut Priamo, non omnino faciet miserum uirum bonum, cui uirtus est incolumis, sed efficiet, ne iam dicatur beatus. sic explicādum puto locum philosophi contra interpretum sententiam, qui existimāt hoc Aristotelem dicere, meminim in hac uita beatum, quod sit obuius homo incommodis ludibrijs que fortune. Resutantur uel ab ipso uel à se. aliud enim dicunt in decimum caput, aliud in septimum & nonum, nec sibi ipsi constant. vitam perfectam non accipiunt uitam ad extremum spiritum perductam, sed quam facillē aduersa fortuna disturbare non potest. Quod

si quis existimat ultimum vite sine expectandum, dicat Aristotelem non hic de sua sed aliorum sententia pronunciasse, qui fortuna: multa tribuebant. Cui disputationi congruenter erit illud de munere & concessu deorum: Ea de re nullum scripsit hic libro. Plato præceptor eius dixit deum esse omnium rerum conditorem, omnium bonorum authorem, omnium quæ sunt principium, medium, finem: a deo omnia gubernari, a deo non mala fieri, a deo omnia cognosci, omnia curari. Locos præferre nisi breuitatis studerem. hic autem putauit nullum fuisse mundi principium, & plura nature quam deo contribuit, siue quod naturam explicandam suscepisset: siue quod non ita peregrinatus esset, ut Plato, ut quid Ægypti, quid alij populi de deo sentirent, intelligeret. Nullus, quem sciam, est apud eum locus, qui planum faciat quid hominibus dij dent, quid industria & labore comparandum relinquunt: hoc uidet non esse disputationis huius: aliud remittit, ut ad disputationem de prima causa, de natura deorū, de promittētia diuina, de veterum theologia & religione, quæ, quum miris erraret modis, perdidit socratem, posteriores philosophos ne quod sentirent eloquerentur, exterruit: quæ res eum mouit ut diceret præmium uirtutis optimum, diuinum, beatū. Videbat omnia ferè interire, uires, formā decorū, celeritatem corporis, amicitias, affinitates, diuitias, monumenta quæ trophæis, sepulchris, adificijs essent tradita, honores popularis, triūphos, pōpas, & alia generis eiusdem: unā bene factorū recordationē manere, uigere, florere, nūquā uenescere, magis ac magis augeri: rerū ceterarū præmia caduca, huius aeterna: illarū mortalia, huius diuina: illarū misera, huius beata. Theognis, Γενεῖς ἀρχήσιν Ἰεὸς εἰδὼς εὐδαιμονίας ἄλκιον

Ἐδλοῖ, ὅς οἱ αὐτῶν βέλτερος οὐκ ἔστι,
οὐκ ἔστι. Ἀρετῆς δ' αἰεὶ καλὸς οὐ ποτ' ἄλκιον.

Deus improbis multis dat honores atq; diuitias copiosas, quæ nec habenti, nec amicus profunt: uirtutis inuētē gloria nūquā peribit. Videbat & uirtuti deberi felicitatē, quæ nihil hac in uita melius, nihil diuinius, nihil optandū magis. Quos dicit πτωχομένους, id est mancos, debiles, et nulla facultate captos: eos quibus interea sunt animi corporisq; facultates, qui nullum patiuntur aspectū qui sit impedimētō quo minus uirtutē consequantur. Sunt enim multa uitia quæ mentē auferunt,

auferūt, aut maximē impediunt, ut cephalæa, hemisrania, phrenitis, lethargus, interperies cerebri, quæ uel memoria ledit uel rationē, uel uirantq; uertigo, morbus comitialis, melancholia, lycæthrophia, apoplexia. In his est uitium corporis, quod hebetat mētē. sed & animus per se laborat: ut in attonitis, lymphatis, amātibus. Quapropter errāt ij qui omne uitium de quo agitur, in corpore esse putāt. Ea quæ proficiūt a natura, ab arte, & omni causa, cur fieri quō optime dicuntur: Hippocrates naturam dicit solerē, iustam, artificiosam, prouidam, sollicitam, ut quæ miranda perficiat, isēte partiatur, callide efficiat, utilitates promideat. Id uidere licet cum in alijs, tum in partium corporis humani collocaē, de qua multa Cicero de Natura deorum, multa Galenus libro de usu partium corporis humani. Cicero de sensibus, Quis, inquit, opifex præter naturam (quæ nihil potest esse callidius) tantam solertiam persequi potuisset in sensibus? Idem in eodem libro: Zeno censet artis maximē proprium esse creare & gignere, quōdque in operibus artium nostratarū manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficiere, id est, ut dixi, ignem artificiosum magistrum artium reliquarū. Atque hæc quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi uiam quandam & seētā quam sequatur. Ipsius uero mundi, qui omnia complexu suo coerct & continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix & prouida utilitatum opportunitatumq; omnium. hæc ille. Ars imitatur naturam quoad potest. Itaque opera nature sunt absolutiora quam manus. Nulla ars (inquit M. T.) imitari solertiam naturæ potest. Quod si artifices imperiti frequētē errant, ars tamen non errat ipsa, sed ad id quod est optimum, contendit. & si ageret semper aliquid perfectum & expolitum ederet, ut grammaticæ sermonem, rhetoricæ orationem, architectura domum. Præter artem naturamque sunt cause tum bonorum tum malorum, ut auaritia causa furti, ambitio cædus, intemperantia morbi, impietas sacrilegij, uirtus bonæ actionis, prudentia cognitæ ueritatis, fortitudo contempti periculi. De causis bonorum loquitur Aristoteles, quæ quanto sunt præstantiores, tanto meliores pariunt effectus. Quæ scientia ciuilis summam diligentiam adhibet ut præstantes & bonos ciues & ad res honestas agendas idoneos efficiat

scientia civilis duo sunt genera, unum quod versatur in legibus, alterum quod in administratione republicae. illud Plato tractat in libris de legibus, hoc in opere de republica. De scientia civilis scripsit Aristoteles libros centum viginti octo qui perierunt, restant octo qui πολιτικῶν nominantur, quos in Latinum sermonem conuertimus. Apud nos regis est haec sententia, quam partitur & dividit multis, alijs dat administrationem belli, alijs provinciarum, alijs uectigalium, alijs consilij publici, alijs iudiciorum, alijs aliarum rerum. Nam multas magnasque partes habet respublica, nec ab uno omnes constitui seruarique possunt. Vtrunque genus diligentiam adhibet ut bonos ciues efficiat. Civitas inquit Aristoteles in Politicis statuitur ad uisendum, constituta uero facit ad bene uiuendum. Vlpianus, Iuris precepta sunt haec, honeste uiuere, alterum non ledere, summi cuique tribuere. Plura hisce de rebus Aristot. 13. cap. 7. libri politicis. Quum de mutis animantibus diceret, cur potius bouem & equum nominauit sunt bos & equus animantia nobis omnium utilissima: ille ad arandum, hic ad onera ferendum & ad bellum. Colamela lib. 6. Nec dubium quin (ut ait Varro) ceteras pecudes bos honore superare debeat. Nulli animantibus mutis tribuenda felicitas, quia sunt rationis expertia. Alijs alia sunt praestantiora, meliora, generosiora, utiliora, nullum beatum, quia ratio principium beatitudinis abest. Quod philosophus a bestijs ad pueros uenit, id eo facit, quod pueri tametsi rationis particeps sunt, ea tamen nondum utuntur: sed bestiarum more, cibum, potum, somnum, uoluptatem sequuntur. sunt tamen pueri senes, quos felices appellare possis quum partes felicitatis suppetunt. sunt etiam senes pueri, quos nemo beatos existimat. Pueri felices uocantur, nobiles, diuites, pulchri, robusti, animosi, temperantes, ingeniosi, dociles. Haec sunt enim particulae felicitatis. Quenam dicit heroicis tempora & res heroum id est illustrium uirorum qui uelut dij aut semidei habebantur temporibus Argonautarum, & tempore belli Troiani. Ea sunt etas heroum. Cic. 5. Tuscul. Etiam heroicis atatibus Vlysem & Nestorem accepimus & fuisse, & habitos esse sapientes. inter Heroas igitur Vlyses, Nestor, Achilles, Diomedes, & alij principes Graeci, quorum bellum in Priamum scripsit Homerus, & fabulis aspersit. Calamitatem Priami & mortem expressere tragici, ut Euripides

pides

pides in Hecuba. Haec igitur mens Aristotelis, ueri potest ut homo maxime diues & fortunatus in calamitates magnas senex incidat, ut ferunt poemata de temporibus rebusque gestis Heroum scripta, qui Priamum oppresserunt. De Priamo Cic. Tuscul. 5. Quinquaginta filijs Priamus orbatus, & quibus decem & septem iusta uoxore nati. illum tanta progenie orbatum quum in aram confugisset, hostilis manus interemit. & paulo post. Non male ait Callimachus, Multo saepius la Chrymasse Priamum quam Troilum. De morte Priami uaria traduntur. alij dicunt a Pyrrho domi captum, & inde in siguum tractum, & ad tumulum Achillis orbatum fuisse. Alij in quibus virgilius iuxta aram Iouis extinctum, Troianam incensam, & prolapsa uidentem Pergama, tot quondam populus terraeque superbum regnatoris, Asiae. Dubitatio affertur Cic. Dubitationem afferunt. Melius sic redditur ἔπεσθαι, quam sic, existit questio. Ascendendo Cic. ut fremitum assueceret uoce uincere. Deorum fato uisus fatum est, & pars hic pro fato ponitur aut dono. Fatum uero dicitur etiam deorum decretum. Statius de uoce Iouis, Et uocem fata sequitur. Exponit uoluntas, dei decretum atque donum. Consentaneum) Vulgo rationabile. Ceteris rebus praestantior) ἢ ἀρεσίων ἢ βέλτισον. si gradu secundo comparationis utatur, addendum nomen, ceteris. Alioquin felicitas non esset in rebus humanis. Quare male sic uertitur Rebus humanis melior est. sed hoc forsitan alij, &c.) sic Graeca uerbo, nec inepte. est qui non audeat ita loqui sermonis ignarus, id est que sic uertitur, sed haec non sunt huius disputationis. quasi necesse sit, ut si non sint huius, alterius sint propria. Atque multorum commune esse potest) ἢ ἂν ἂν ἢ ἀλλοτρίων. Improbe sic uertitur haec. Latè pateat necesse est. est aliquid proprium quod latè patet. Capti debiles) Cic. Quae uolens membris omnibus captus ac debilis. secundum naturam) Cic. de senect. Omnia quae secundum naturam sunt, sunt habenda in bonis. Inconcinnum) ἀσυνμυλλῶς proprie inconcinnum id est inconditum & discrepans, ἄρῃ τῷ μέλους. Male conuertit qui magnum scelus conuertit. Quiddam) πεισῆς τινος, aliqua ratione constantem. Mutationes sunt) Cic. Fit magna mutatio loci, non ingenij. Ferunt fabula) ἀσθενῆτα. hoc usus est uerbo, quod res praefatae sunt fabularum similes, & a poetis descriptae. Fortunus) hoc uerbum

in numero multitudinis prosperitates significat & diuitias, interdum casus aduersos.

Cap. 10.

QUIA supra demonstrat, eum nec dici nec haberi felicem, qui in triami calamitates incidit, fierique posse, ut homo in arumnas graues incidat senex: a ambigi potest, utrum non modo non triamus, sed etiam alius nemo, quoad uiuat, dicendus sit beatus? hoc igitur querit, & eo magis quod unus sapiētium solon affirmauit ante obitum neminem dici posse felicem. Quā sit haec ambigua quaestio, propterea quod dubitari potest, an statim a morte, an post obitū semper dicendus sit beatus: utraq; parte ueritas. Nam primū qua pertinet ad mortuorū beatitudinē, quia quā de felicitate huiusce uitae loquatur, mortuorū felicitas aliena est a proposito, & priore loco tractanda, ut ad institutū cōuertatur oratio. Quia quae demonstrata sunt pro certis habetur, & ante demonstrat, in actione uirtutis esse potendā felicitatē, eo nūc utitur argumētō. Si felicitas est actio quaedā, (ut est) in mortuis autē nō est actio: felicitas haec nostra ad mortuos non pertinet. Quod autē sic respondere posset aduersarius, hominem mortuū dici beatū non quo mortuus agit, sed quod tū sit extra mala calamitatēq; cōtinuō occurrat hoc, inquit, habet aliquā dubitationē, id est, mortui non uidetur esse extra mala calamitatēq;. Id sic ostendit dilectate, Aut mortui sentiunt, aut nō. si nō sentiunt, tamē aliquid illis & honestum & bonū uidetur accidere posse, ut homini uiuenti nō sentienti, aut dormienti, aut tam lōrē summoto, ut res suorū non possit audire, qui, si uxor liberiq; misere perierint, si uidetur infelix, aut si ignominia notati proximi, uel ipse qui non sentit: cōtra beatus idem, si & nihil patitur ipse, suis propinqui & affines feliciter agant, si uerō sentiunt, suorū mutationes sentiūt. Ergo quō posteri multis modis uariēt, alij parētēs suos imitētur, alij degenerēt, alias erūt beati, mortui, alias miseri. Itē quod aduersarius diceret, res posterorū ad mortuos nihil pertinere, dicit, hoc uidetur absurdū res propinqorū nequaquā ad parentes, ne ad illum quidem tēpus, peruenire, id tan quā notum relinquit, & se ad partem alterā cōuertit, sumit initio quod ab aduersario dici potest, a morte beatum quēpiā dici posse, non quo tum sit beatus, sed quod ante felix esset. Id refellit entymemate. Absurdum, inquit, eum qui sit beatus, nō uerē

dici

dici beatū, quā quae res insunt, de ijs quibus insunt, uerē dicantur: et (ut dialecticorū uerbis utar) proposito de praeterito uerā, habuerit aliquando propositionē de praesenti uerā. Dicit aliquis, id facere mutabilitatē fortunae. Propterea sic ratiocinatur. si casus fortuna sequamur, eundē beatū rursusq; miserū saepe dicemus, et more Chamaleōtis mutabilē: non est igitur cur in fortuna ponatur felicitas, quod in ea nec bene nec male uiuere positum sit. sed felici optatur fortuna quod eius indiget humana uita. Locus est, Felix bene beateq; uiuit, in fortuna non est positum bene uiuere: non est igitur in ea felicitas. In quo ponetur in quibus in uita beata, inquit, principatum obtinent uirtutis actiones. Qui probas istuc? sententia solonis, felicitas res est firmissima, & ideo in temeritate fortuna minime ponenda, sed in re stabili firmatq;. Nulla autem in re mortalium tanta firmitas, quanta in ijs actionibus quae a uirtute proficiuntur. Obtinet igitur principatum uirtutis actiones. Assumptum probat ex comparatione: scientia sunt habitus firmissimi, actiones uirtutis sunt firmiores quod in ijs beati maxime & assiduissime uiuunt, quod scētia, non eas actiones, delet oblitio. Inerit igitur beato firmitas. Itaq; decenter & concinne fortuna feret. Id consequēs est, ut si beatus sit firmus, non facile mutetur, si bonus, perspicat ac gerat res uirtuti congruētēs. At temēda fortuna. Aut erit aduersa, aut secunda, si secūda, uitam efficiet beatiorem. Si aduersa, aut erit admodum grauis, aut leuis. si leuis, nullum habebit ad uitam momentum. si grauis, ledēt inquinabitq; felicitatem, tamen in ea uirtus patienter omnia ferēs elucebit, nec unquam res improbas committet, ut nemo bonus imperator facit aliquid indignum se, sed rem bene gerit pro facultate copiarum: quod si ita est, adeptus felicitatem nunquam miser erit & infelix. At si in triami calamitates incidit, non erit felix. Fateatur, non quo beatus sit mutabilis, sed quod interdū fortuna grauitas iniquet felicitatem: tum nec beatus erit nec miser. Tandem definitione explicat qui sit beatus. iis qui definitioni addant, qui sic uiuentus est, & bene & ratione moriturus, nec refugatur, nec omnino consentit, quia nec felicitas attribuenda fortuna, nec plena beatitudo fortuna caret. Quae solonis est de felicitate sententiā Quindius 3. lib. Met. eam exponit, & res filiorum nepotumq; ad parent-

l ij

tes pertinere dicit. Iam stabant Thebae, poterat iam Cadme uideri exilio felix, soceri tibi Marsque uenitq; Cōgierant, huc adde genus de coniuge iusta, Tot natos natusq; Et pignora chara nepotes, Hos quoq; iam inuenies, sed scilicet ultima semper Expectanda dies homini est: dicitq; beatus Ante obitū nemo supremāq; funera debet. Prima nepos inter res tot tibi Cadme secundus Causa fuit lufus. de Actaeone loquitur, qui fuit nepos Cadmi Thebarū cōditoris. Cræsus rex Lydori (ut narrat Herodot. lib. x.) captus à Persis, ad Cyram perducitur, quum regnasset feliciter annos decem et quatuor. Quum Cyrus eum cremari uisū inisset, Cræsus in pyra solonis memor, à quo neminem in hac uita beatum dici posse audierat, inuenit, ac ter solonem nominauit. Cyrus ut audiit sententiam atque rationē solonis, Cræsum liberat, et honesto loco collocat, habita ratione imbecillitatis humanæ. Ea de re Cicero lib. 2. de Finibus. Quum semel est suscepta uita, tam permanet quādam ipsa illa esse etrix beata uita sapientia, neque expectat ultimum tempus ætatis, quod Cræso scribit Herodotus præceptum à solone. Hac sententia confirmare licet Aristotelem qui nō putat extremum tempus ætatis expectandū. solonis sententiam probat sophocles, ἐν γὰρ πῦρ ὅς περ ἀσπότης ἀλβίστου τῆρος ἀσπότης, περὶ οὐτῶν παρλαδῶς ἡδὴ βίος διακτερεῖται. Non debemus unquam uiri fortunati sortem dicere felicem, antequam uitam finierit. huc pertinet illud simonidis, Nullus omnū reprehensione et calamitate uacat. Et illud Dionysii tyrāni, Nemo iudicat hominem mortalem beatum antequam bene obijisse cognouerit. Esripides, γὰρ ὁ σὺ πῶτ' ἐπιπῆ ἰδὲ κτὶ οὐδὲν βροτῶν, περὶ δὲ θεῶν τῶν πλεθόντων ἴσως. Mortalium neminem dixeris beatum priusquam discesserit ē uita, ac uideris extremum. Hesiodus, ἀλλοτε μὲν γὰρ πῶτ' ἀλλοτε μὲν, dies interdum nouerca, nōnunquam mater. Hac exempla multāque similia demonstrant neminem dicendum beatum qui pendeat à fortuna: quam obrem philosophus illi nō attribuit felicitatem. Vix autem solon unus sapientum, qui leges Atheniensibus tulit. Cur absurdum uidetur mortuos arbitrari beatos esse? Existimant Aristoteles animas interire? Non existimat, id quod uel ex hoc loco facillē colligi potest. Aliquid (inquit) honestū bonūque uidetur esse homini mortuo. Absurdum si mutetur is qui

migrat

migrat ē uita, et sit aliās beatus, aliās miser. Absurdū res propinquorum ad parentes nequaquam peruenire. Paulo post, Videtur ergo res amicorum tam profpero quā aduersa mortuis aliquid asferre. Idem lib. 3. de anima. ἕξει δὲ καὶ ἐν μίον τοῦ δ' ἰπὸς ἐστὶ, καὶ ἐν μίον ἀδύνατον ἕξει ἀλδον. id est, Mēs separata illud est solum quod est, hocque solum immortale et æternum. Itac omnia et alia permulta, quæ proferrem nisi breuitati studerem, manifestō demonstrant quid de natura animorum senserit Aristoteles. Non igitur hoc negat, mortuos aliquot posse dici beatos, nec inficiatur eos sentire, sed non eo modo beatos appellari, quo qui sunt in corpore, nec eodem modo sentire qui corpus reliquerint. Itaque potius agendum est de ijs quo pertinent ad uiuos, quia hoc susceptum negocium est. Quid est conuenienter rationi uitam deserere? hominem beatum conuenienter rationi uitam deserere est non honeste mori tamque beate quā ante uixit. id sit, quum fortuna grauior non interuenit, sic, ut homo pereat in undis, in flamma, in cruce, in tormentis indignis: quumque ratio sic imperat, ut neque deseret moribūdus, neque mortem extimeat, neque diuellatur ægre, neque sensum uimque mentis amittat, sed ut bene beateq; deccat. Est enim consentaneum rationi eum bene beateque mori qui uitam cōfecerit beatam. Qui nam uita genus pro dignitate consequuntur? Loquitur de bonis uiris à parte felicitatis natis, qui tum uitam pro dignitate consequuntur, quā fortanam uirtute dignam reperiunt, ut qui diuitias habent satis multas, nomen celebre, honestum locum in ciuitate, amicos pares, inimicos nullos ut impotentes, liberos probos, familiam bene constitutam. Hoc enim uitæ genus dignum bono uiro, ut improbo contrarium. Absurdum res propinquorum nequaquam ad parentes, ne ad ullum quidem tempus, peruenire? Cur addit illud, ne ad ullum quidem tempus? Quanto quis est genere propinquior, tanto quidē charior esse debet, ut filius patri charior quam nepos, nepos autē quam pronepos, et sic deinceps. Est igitur modus adhibendus, ne res longius euagetur: id quidē fit in hac uita, ut in quinto sexto ue gradū uix propinqui esse uideantur. Itaque si non ad omne tempus, saltem ad aliquod, res propinquorum ad mortuos perueniunt. Redundum est ad id quod prius in dubium uocauimus. Quid illud est? sententia

l ij

solonis, ante obitum nemo dicendus est beatus. Ex ea qui cognosci potest id quod nunc queritur? Queritur in qua re ponenda sit felicitas. Sententia solonis ostendit in re firma stabilique ponendam. Nam quod res mortalium varia sunt atque mutabiles, neminem uult ante uocari beatum quam peruenierit ad finem. siqua igitur in humana uita beatitudo est, atque ea in re optima firmissima que statui debet, in actione uirtutis est ponenda, quia nihil est in rebus hominum neque melius neque firmitus, ut argumentum planum facit. Hoc modo cognosci potest id quod queritur. Itaque paulo post ita scribit. Testificatur & confirmat hanc sententiam id quod in dubium modo uocauimus. Nulla quidem in re mortalium tanta firmitas inest, quanta in ijs actionibus que a uirtute proficiuntur. Cur beatitudo in re stabili collocanda? Nemo beatus esse potest qui timeat ne breui sit miser. quid fieret, si felicitas non esset in tuto? Itaque stoici in una uirtute ponunt uitam beatam, quod ea solum uideant in fortuna potestate non esse, cetera mutari, & sepe nunc in hanc nunc in illam partem reuolui. Cur cum qui pendet a fortuna, Chameleontis similem esse dicit? Ut Chameleon subinde patitur coloris mutationem, sic homo fortuna. Cernus Africa propemodum sola non gignit (inquit Plin. lib. 8.) at chameleontem & ipsa, quantum frequenter India. Tigra & magnitudo erat lacerti, nisi Tigra essent reuera & exceliora. latera uentri inueniuntur ut pisces, & spina simili modo: eminent rostru, ut in paruo haud absomle suillo, cauda praelonga in tenuitate definit & implicans se superius orbibus, unguis aduanci, motus tardior, ut testudini, corpus asperum ut Crocodilo, oculi in recessu cauo, tenui discrimine, praevalides, & corpori cocolores, nunquam eos operit, nec pupilla motu, sed totius oculi uersatione circumspicit. ipse celsus hianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quam acris alimeto, circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior. Mutat namque eum subinde, & oculi & cauda & toto corpore, redditurque semper quencumque proxime attingit, prater rubru candidique. Quid est causa cur actiones uirtutis dicatur esse firmiores quam scientia, quam scientia sunt habitus animi qui diu permaneant? Videtur Aristoteles afferre causam, quam dicit beatos in actionibus uirtutis maxime & assiduis-

sime ui-

sime uiuere, eam esse causam cur eas nulla debeat obliuio. scientia (ue hic dicuntur) sunt contemplationis, non actionis. Actio magis exercet hominem quam contemplatio. Nam qui nouit oeconomiam nec administrat, is exercetur minus quam qui nouit & quotidie rem familiarem administrat. Non est igitur mirum, si, quum beatus assidue uirtutes exerceret, actiones eiusmodi maxime retineat atque seruet: facilius obliuiscatur aut Arithmetican, aut geometriam, aut dialectice subtilitates. Ut uirtutes sunt habitus, ita quoque scientia, & ut haepossunt excidere, sic & ille nisi exercetur. Quamobrem non comparat uirtutes cum scientijs ut firmiores, sed actiones uirtutis que continuantur a beato. Itaque uerum est actiones uirtuti congruentes, quando continuantur, esse firmiores scientijs que in contemplatione uersantur. Cur beatus dicitur quadratus? Ut corpora quadrata firmiora sunt & aptius iacent, ac proiecta semper quadrata basi nituntur, ita beatus firmus est, & a fortuna iactatus uita firmitate nititur. Et ut in numeris, laudatur quadratorum cubus propter soliditatem, quia (ut ait Macrobius) solidi corpus efficit quod expector uocant: ita laudandus est beatus, quia solidus & firmus. Est autem cubus, numerus solidus cui latera sunt paria, ut terna sibi imposita, ut quaternae. sexdecim faciunt cubum quadrati, non enim triquetrum, & ita deinceps. Nec a numero perfecto ducitur translatio. Arist. 3. Rhet. τὸν ἀγαθὸν ἀνὸν ὄψον φανερὸν ἔστιν ἡσυχίαν, ἡ τὰ φροσῶν, ἀμφοῖν γὰρ πλάνα. Quum uir bonus dicitur quadratus, est translatio. Vtraque sane perfecta res est. Quum fortunae casus dicuntur opprimere & inquinare beatitudinem, idne sic accipiendum est, a fortuna tolli felicitatem? Nequaquam. si felicitas est in actione uirtutis, dum manebit actio, manebit & felicitas. sed quod fortunis eget humana uita, datur beatitudini fortuna comes. Quae si nimis aspera & aduersa ruat, primum impedit actiones: ut inopia liberalitatem, seruitus magnificentiam, animi perturbatio prudentiam, nis fidem, necessitas legem uiolat. Deinde quod erat pulchrum splendidumque, tenebris obducit & inquinat, adeo ut homo iam miser esse uideatur. At si resineat uirtutem, in medijs malis elucebit, nec erit omnino ociosa. & si impediatur, non id fiet boni uiri culpa. Non erit igitur mi-

fer. sed neque dicitur fallax, quòd actioni fortuna sit impedimentò.
 fuit robis exemplo, qui videbatur omnium felicitissimus: ubi grauior
 impetum fecit aduersa fortuna, miserimus omnium uisus est, atque
 suam calamitatem descendit ipse. Tamen non erat miser qui uirtutem
 tenebat, quique paratus erat aduersa ferre, qui prospera tulisset. Ita-
 que philosophus hac præclare, Nemo beatus poterit effici miser, quia
 nunquam res odiosas, iniurias, improbasq; committet. Inter miserum &
 beatum reperit medium quiddam, ut sit tempus quo nec miser ho-
 mo sit, nec beatus, ut quum graua patitur insons. hominem gene-
 ri huius, comparat cum bono imperatore, cui fortuna sit aduersa,
 qualis fuit Aemylus Paulus in clade Cannensis; cū artifice, qualis fuit
 Archimedes in expugnatione Syracusarum. Neuter horum fecit in-
 digna se, nec à sapientibus habitus est miser, sed fortiter agentibus
 fortuna defuit que priorem inquinauit beatitatem. Cur dicit opus
 esse longo tempore ad recuperandam beatitudinem? ut ut stabili
 & firmus fortuna lucente non facile deturbatur, sic deturbatus
 non facile erigitur. Tac vtriamque diu iuxisse post acceptam calami-
 tatem: quando lenisset dolorem de morte liberorum quando illum
 quem intulissent filia captiua? quando regnum crexisset? quando
 priorem fortunam recuperasset? Non sine causa dubitat hic an ita
 deiectus restitui possit. Nam ut possit, magnis rebus & tempore lō-
 go opus est. Quid sibi uisum quom dicit, Dicemus beatos, at beatos ho-
 mines. Quia felicitas est alia deorum, alia mortalium, distinguendū
 est. Dī non immutantur, non egent, non patiuntur ludibria fortu-
 na, non laborant fame, siti, calore, frigore, morbo, maestitia, senectu-
 te, peste, bello, discordia: in eos nihil possunt fures, raptores, piratae,
 furiosi, mors acerba. Non metuant ne felicitas auferatur. Non am-
 bigunt quid se fiet, sed in eadem beatitudine, in eadem sede perpetuo
 manent. Infinita sunt mala quibus agitatur hominū uita. Quapro-
 pter si dicuntur esse felices, non eo dicuntur quòd fruantur absolu-
 ta felicitate, sed ea quam mortalis homo in tanta mutabilitate rerū
 comparare potest. An igitur πικρὸν εἶναι. Terentius, An ego toties
 de eadem re audiam? Erit qui putat nos sic interrogare non posse:
 quamobrem sic uertit, Queret aliquis num. Non uidet Ciceronem
 posuisse An in principio, nec semel aut iterum. Videndum qui finis
 crit)

erit) ἄλλος ὁμοίως. Malim sic uertere, quàm sic, expectandum ex-
 tremum tempus sit, non tamen Graeca uer-
 tebat, sed utebatur eo genere orationis quod aptum uideretur. Resi-
 mi indicant ij qui existimant illum uirum qui Graecos ferè semper
 deprimebat, eorum sequi uerba uoluisse. & credunt idem sibi quod
 Ciceroni, licere, quâsi Cicero fuerit interpres, quoties idè dixit quod à
 Graecis audisset, aut in eorum libris legisset. Mihi quidem uidetur
 interpres insanire, quum eo relicto cuius uerba debet interpretari,
 corpus sequitur passim testaque lutoque. Extra malà Cic. in epist.
 multa occultari possunt, ut extra uinā sunt eam qua impedit. Hoc
 habet aliquam dubitationem Cic. si factus illud habet aliquam du-
 bitationem. ἔχει καὶ εὐτο τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν πικρῶν. Ist qui malit ita con-
 uertere, Quamquam de hoc quoque est dissensio. ex quo apparet,
 quàm diligenter propriam interpretationem quaeserit, ut illud ta-
 ceam, plus decem uerba Graeca hoc in loco negligeret pratermississe.

Quemadmodum uiuenti ἀπὸ καὶ εὐ εὐδμ. ἢ πῶς, ut ait Nesti-
 chius quod εἰς interdum significat. Ignominia Cic. Omnibus igno-
 minijs appetitus. . . Temporū disiuñctiū interuallū) εἰς ἀποσπασμῶν.
 hoc uerbum dicit interuallum & spacium, ut quod uoluentibus
 annis interijcitur. Ridicule quidam conuertit, in rebus aduersis. In
 dubium uocauimus) sic Cicero: quod Graeci dicūt ἀπεραδία, peius uer-
 titur, quod quaesitum est. spectandus est finis Cicero, nihil nisi sem-
 pitemum spectabat. Rectum uerum & equum. Non dubitat sed
 interrogat Aristoteles quom dicit, An casus fortuna sequi rectum nõ
 est? ἢ an, non, atqui. Testificatur. Cic. Testificabar sententiam meā.

Assiduisimè) Cic. de Clar. Orat. Assiduisimè mecum fuit Dionysius
 Maenes. ἀνωγεινὰ τὰ μάλ' ἐδωκεν. Nulla unquam de-
 lebit obliuio Cicero. uidetur esse causa) Alij sic legunt, εὐτο γὰρ
 εὐκαιρῶν αἰτίῳ, pro eo quod est, simile est causa. Alij sic, εὐτο γὰρ ἰσ-
 κῆν αἰτίῳ, id est ea uidetur esse causa. hoc uerò melius. Vsq; qua-
 e) πῶς τὸ πῶς τὸς. ali recte conuertitur. ἀμυλαδῶς, concinne de-
 terique. Momentum Cic. Nullum habet momentum ad beatam ui-
 tam. In ijs honestis elucet) Cic. Nisi ut in causis & in foro eluceat.

Possessione mouebit) Cicero, sed moueri possessionibus negant
 oportere.

Cap. II.

QVVM supra demonstrauerit absurdum uideri res propinquorum ad parentes nequaquam pertinere, & in definitione beati fortunam propinquorum non includerit: quæri potest an res aduersa filiorum, nepotum, posterorum, mutare possint felicitatem suam hominis uiui sue mortui. Ea de re nunc differat, negotiumque paucis absolvit. Confirmat quod antè dixerat de fortuna propinquorum, & utitur enthymemate ex propositione & rationibus duabus. Propositio, Propinquorum & amicorum fortuna pertinet ad nos. Ratio prior, si nihil pertinet, id ab amicitia nimis alienum uidetur. Secunda, si quis existimat nihil pertinere, contra communem opinionem pugnat. Deinde occurrit illis qui dicerent, doce igitur quos dicis propinquos & amicos, an uelis omnes accipi, an paucos, quàm uarij sint fortuna casus, quinam felicitatem mutare possint, qui non possint, qui pertinent ad nos, qui nihil pertinet. Hæc, inquit, omnia singulatim distinguere longum sit & infinitum. Quod autem singula & infinita non cadunt in artem, sed genera & finita, dicendum erit uniuersæ, ut sit expressa quadam non subtilis hæc doctrina. Iam quid sentiendum sit de fortuna posterorum, docet. & quia similia multum ualent ad docendam, similibus utitur. Ut, inquit, res aduersa qua beato accidant, alia momentum habent ad uitam, alia sunt leues ac faciles: ita res amicorum nonnulla momentum habent ad uitam parentum, nonnulla sunt leues quæ aut nihil aut parum ledunt. Aut igitur grauiores accidunt uiuis, aut mortuis, ut Priamo uiuo mors suorum, regni excidium, Tantalos mortuo funesta domus Atrei & Thyesta, si uiuis, multo grauius ledant, quia uiuis infirmior est natura, aut quia sentiunt. Si mortuis, multo minus, quia aut non sentiunt, aut quam sentiunt minus mouentur. Id ostendit similibus comparatione. Ut leuiora sunt que a tragedijs exprimuntur, quam quæ reuera flagitia committuntur, ita leuiora que pertinent ad mortuos, & talia ac tanta ut neque ex beatis non beatis, neque ex miseris beatos efficere possint. Hæc non confirmat argumentis aut quia (ut antè dixit) satis est in multis, si res esse demonstretur: aut quia de felicitate a morte non agit in his libris. sentiunt ut mortui? sensus interdum pertinet ad corpus animalis, ut quum Cicero dicit, Omne animal sensus habet, sentit enim calida & frigida, & dulcia & amara, nec potest

ullo

ullo sensu incunda accipere, & non accipere contraria. Hoc modo non sentiunt mortui, ut pote qui non habeant corpus. sensus aliquando ponitur pro sententia & intelligentia mentis, ut à Cicero ne, Oratio ad animorum sensus exprimendos reperta. Hic sensus etiam ad mortuos pertinet. Et Epicurus quum dicit mortuos sensu carere, loquitur de sensu quem alij ponunt in animo separato. Ex quo planum fit, non inepte dici mortuos sentire. Sentiunt ne que geruntur hic apud nos? Veteres putabant tam sentire quum ab alijs audirent. Eam sententiam secutus Virgilius dicit. Ergo nuncius ibis pelida genitori. illi mea tristia facta, Degereremque Neoptolemem narrare memeto. sed & uocabat mortuos ac si audiret uocati. Verg. Animamque uocabat Anchisa magni, manesque Acheronte remissos. Animos immortales esse certum nobis est ex oraculo, nec dubium est quin sentiant, & possint ea que uel à deo, uel ab alio de uiuis ostendantur, cognoscere, uel nullo referente, si qui uersentur in terra, aut in aère. sunt ne de rebus mortalium solliciti? ut non sit sollicitudo grauis & molesta, tamen aliqua cura de nobis. ostendit ille dies apud D. Lucam, qui suos fratres uiuos moneri uult ne quod uenit ipse tormenti, eodè tandem perueniant. Cur hoc dicit, posterorum fortunas & amicorum omnium nihil ad nos omnino pertinere, ab amicitia nimis alienum uidetur? si amicus est tanquam alter idem, non minus amici rebus quàm suis permouetur. sic esse M. Tullius ostendit in libro de amicitia. Ipse se quisque diligit, non ut aliquam à seipso mercedem exigit charitatis sue, sed quod per se sibi quisque charus est. quod nisi idem in amicitiam transferatur, uerus amicus nunquam reperietur. Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem. Id Aristoteles scribit 1. 3. lib. nono. vir bonus haud aliter in amicum, quàm in seipsum animatus est. quia amicus est tanquam alter idem. Idem efficit illud proverbum, Μία ψυχή ἐσθ' οὐκ ἑσθ' ὁμοῦσι. Animus unus in duobus corporibus. Et illud Euripidis, ὅστις ἕκαστος καὶ ἄλλοις τοῖς ἀνθρώποις ὄντος ἑσθ' ὁμοῦσι ἀνθρώπων. Qui suis amicus optima tribuit, is in suum commodum sapit. Et illud Chilonis, ἕδδ' τὰ δεινὰ τῶν ἀλλοτρῶδων παροῦν, ἕδδ' τὰς ἀτυχίας ταχέως. Ad amicorum conuiuia lente, ad calamitates celeriter accede. In eandem sententiam Homerus, Πάσι φίλοις κλειομένο, ἃ γὰρ ἔ-

m j

est: *ἡ δὲ δειότης*. *Luceamus* Patroclum, is honor est mortuorum. Ad-
 de & *περὶ ὑπερβολῶν* pro nobis, τοῖς ἄλλοις κατὰ. Amicorum com-
 munita sunt omnia. quæ nox est Pythagorica ab omnibus comprobata.
 Hæ sunt amicitia leges à natura præscriptæ, quæ aperte demon-
 strant res amicorum ad nos pertinere. In amicis autem primi sunt ij
 qui debent esse charissimi ut filij, nepotes, propinqui. Quam dicit
 communem opinionem? *ὁδὸς* hic interpretatur communem opinionem,
 quia quum de natura amicitia à sapientibus explicata dixerit, reli-
 quum est ut confirmandi causâ adiungat omnium opinionem. Nemo
 sanæ mentis quanus rudis & rusticus, existimat res suorum ni-
 hil ad se pertinere. suos tuentur omnes, extollunt, summos esse vo-
 lunt, laborantibus succurrunt, captos liberant, mortuos lugent, &
 honore persequuntur. tunc conspiciunt totius familiaris, hinc sacra cõ-
 munita, celebritates nuptiarum, invitationes, imagines, luctus com-
 muniti, exequia. *Virgil. Æneid. 6.* loquens de Misenò Ergo omnes ma-
 gno circum clamore fremebant, præcipue pius Aeneas. Corpus quæ la-
 uant frigentis & unguunt. Fit gemitus, tum membra toto desleta ve-
 ponunt. Hoc officium socio se debere putant. Nec mirum hoc esse stu-
 dium nobis, quum bestia sint amoris huius participes. Alia magis, in-
 quit, alia minus ad nos pertinent. Quam magis pertinent: hæc quæ
 sunt filiorum quam quæ nepotum, & nepotum quam pronepotum:
 & ita deinceps. veterum amicorum quam nouorum, honorum quam
 malorum, quæ magis augent aut imminuunt honorum. Loquitur Ari-
 stoteles tam de bonis quam de malis, tam de uiuis quam de mortuis.
 Quæ propter dixi, alia magis ad nos pertinet, non autem ad mortuos,
 quia paulo post ostendit de quibus loquitur, nempe de uiuis & mor-
 tuis. quod qui non animaduertunt, rem omnem ad mortuos transfe-
 runt. paulo ante quum dicit euenire multa late uariæque distincta,
 accipe tam bona quam mala, ut sit, propinquis & amicis nostris eue-
 niant bona multa, & mala: quumque sint multa & bonorum &
 malorum genera, quæ nostris eueniant, necesse est ut late uariæque
 distinguantur. Quid interest inter uniuersæ & rudis mineruâ dice-
 ret uniuersæ dicere est genera tantum persequi dicendo, species atque
 singula relinquere: ut si legumlator dicat, Neminem ferro inuadito,
 nec explicet quanto & quali. Nam potest acui ferris, annulo, hamo,

cultro,

cultro, pugione, ense, uomere, ligone, ferro acuto, obtuso, longo, breui,
 graui, leui, suo, alieno. sunt alia differentiæ prope infinita, quas lex
 non explicat, sed uniuersæ iubet. Id est uniuersæ summamque dice-
 re. Agere uero crassa mûsa & rudis mineruâ est ea quæ subtilia sunt,
 atque difficilia & à cõmuni sensu procul posita relinquere, ualga-
 riâ facilia, perspicua loqui. subtiliter distingat, si gradus omnes
 agnationum cognationumque distinxisset, affinitatû genera, ami-
 corum uarias species, fortuna & casus in animum, in corpus, in externa
 bona. si res omnes quæ perturbare animum possunt, enumerare uo-
 luisse. Quod hoc erat loquum & infinitum, & à proposito ualde alien-
 num, maluit uniuersæ & mineruâ pingui dicere, tales esse fortuna
 casus in rebus eorum quos habemus charos, quales sunt in negociis
 nostris. Amicis eius omnibus inquit, haud secus ac ipsi eueniant. cur
 addidit hoc uocabuli, omnibus eorum quæ pertinent ad nos alij sunt
 agnati, alij cognati, alij affines, alij familiares, alij necessarii, alij ci-
 ues & tribules. Ne multos enumerare cogeretur, uno uerbo cõple-
 xus, amicos omnes breuiter dixit. Quæ sunt flagitia iniusta ac gra-
 uia quæ tragædijs exprimitur? immania scelera principum & no-
 bilium, ut Hercules occiderit uxorem & liberos, ut Thæceus ampu-
 tauerit linguam Philomele quam cõstrauerat, utque filium suum
 pro obsono comederit, ut Orestes interfecerit matrem, quæ propter
 adulterum mortem attulerat marito, ut Thyestes incestum commi-
 serit in uxore fratris, ut frater Atreus illi filios coxerit, ut Polynece
 & Etheocles Oedipi filij mutis uulneribus conciderint, & eorum
 soror Antigone quod iniussu tyrani Creontis sepelierat eos, sit inter-
 fecta: ut Medea fratrem dissipauerit, filios interfecerit, ut Thæceus fi-
 lium suum Hippolytum dederit equis distrahedum. Eiusmodi sceler-
 ra narrant Sophocles & Euripides in tragædijs. hæc autem ratio cõ-
 parationis, ut ea quæ aguntur in scena minus mouent spectatores,
 quam scelera quæ reuera committuntur, ita fortuna aduersa minus
 mouet eum qui mortuus est, quam qui uiuit: utque rebus aduersis
 grauisime vexati nihil aut parum mouentur à morte quæ calamita-
 tes ipsorum narrantur in theatro, misere cruciabantur uiui: sic mor-
 tui non magnopere turbantur propter ærumnas suorum, uiui multo
 grauius, quod adsunt, uident, sentiunt, dolorem corporis & ani-

m ij

mi ferunt. Ant certe comparanda contraria hoc modo, vt res mortuorum quum aguntur fabula, parum compositos viuos, sic tragœdia & calamitates viuorum leuiter ferunt mortuos. Verisimile, inquit, si ad mortuos perueniat quicquid, aut simpliciter, aut illis esse tenue. quid differunt hæc, aut simpliciter, aut illis simpliciter est tenue & exiguum, quod perse leue atq; paruum. ut centum aureos uel comparasse, uel amississe, illis exiguum: quod tamen si suapte natura graue est, atq; magnum, non tamen illis graue & magnum, ut unum amicorum uel regem esse factum, uel a regno deiectum. Fortunas hoc uerbum in numero multitudinis in uerâq; partem sumitur: Cicero pro Sylla, & Sylla & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine ullo remedio permanere. Hic Aristoteles τῶνδε dicit tam secundas quam aduersas. Falluntur ij qui uertunt, res aduersas.

Contra cōmunem opinionem) sic Cic. dicit contra communē opinionem ratione pugnare. Late uarietq; Cic. Numerus huius generis late & uarie diffusus est. Vniuersę singularem et uniuersę contraria Cic. ponit, ut Aristot. καὶ τὰς καὶ τὰς ἁλλοῦ. Enimvero) sic cōuerto à dō, quod nōnulli tanquam otiosum reliquerūt. Est quū à si confirmat. Momentū & pondus) Cic. id est maximi momenti & ponderis. Quasi leuiores facitiores que) Εὐλαφροτέρους τὸν καὶ. Illud uoxat comparat leuitatem cum pōdere, propterea addidi illud, quasi ut eam redderem comparationē quam alij pratermiserāt. Haud se-cus) huiusmodi, comparat hominem beatum cum amicis: quod alij non animaduertentes & uisus ut inutile relinquunt, Refert) Cic. Refert etiam qui audiunt, senatus an populus. Antē cōmissa tragœdijs exprimantur. Hunc locū non intelligit qui uertit hoc modo, ut res iniqua & nefanda in tragœdijs ante tractentur, an ueritatē. Quicquam) οὔτις, id est τῶνδε. Ex ijs que diximus.) Illud, ex ijs, alij referunt ad sequentia, ut sit, si quid ex his ad eos perueniat. sed aptius referunt ad antecedentia, nam colligit hæc ex tragœdia similitudine.

Alioqui si neq; tenue sit, neq; exiguum. simpliciter) dicit Cic. quū quid sua in cōsideratur, ut hic, quod qui nō uidet, ἀπὸ δε inepte transferit omnino. Tale ac tantū) Cic. Tale ac tantū insu-randū. Qui erāt) & ceteras præsentis est tēporis & præteriti imperfe-cti. Ita & eatenus) hic cōuertit ἢ τῶνδε τῶνδε sunt aduerbia.

PRIMVM tractauit quæstionē, an sit in rebus humanis summū bonum, deinde quid sit, & in quo sit, quique beatus appellātus, & quando. superest quæstio, qualis sit. Quærit igitur qualis sit beatitudo. Quod autem felicitas est in bonis animi, que sunt aut facultates, aut habitus: si constat eam non esse facultatem, necesse est ut sit in habitu, ut est in actione uirtutis & habitu agente. quia uero talis habitus est duplex (aut enim refertur alio, aut non refertur, ac laude uel honore afficitur) recte negat esse facultatem, & querit habendane sit felicitas in bonis laudatis, an potius honoratis? Nā que sunt in animo, aut sunt affectus, aut facultates, aut habitus. si felicitas nec affectus est nec facultas, sed habitus, querendum tandem qualis sit, an laudabilis, an dignior quàm qui tantum laudari debeat. Describit inquit quid sit laudabile, nempe quod est aliqua prædium boni qualitate, & ad aliquid quodammodo refertur. sunt hæc proprietates eius quod afficitur laude. Descriptionem confirmat exemplis. Virū iustum, fortem, bonum, robustum, celerem, certe qualitate esse, ad opera & actiones honestas & utiles referri. Ad eiusdem rei confirmationem sumit exemplum contrarium, deos improprie laudari, quod eiusmodi laudes soleant ad nos referri, ridiculæq; sint si referantur ad nos. Ex ea descriptione & eius demonstratione colligit, optimis summisque non congruere laudem, sed aliud quiddam maius atque præstantius. Conclusionem munit consuetudine loquēdi, qua utuntur ij qui deos, qui uiros diuinos, qui felicitatem uerbis ornate contendunt. Probat & Endoxi testimonio, qui uoluptatem summum esse bonum uideri uolebat, quod quum bonum esset, laude non extolleretur. Docet tandem quid inter laudem & encomiū intersit, ut intelligamus neque illam, neque hoc ad felicitatem pertinere, nec in ea dissimilitudine explicanda diutius immoratur, quia non est huius instituti. Ad extremum sic ratiocinatur. Felicitas est principium, huius enim causa æquius omnes omnia. Non autē principium causam que bonorum honoratum quiddam statuum atque diuinum: Felicitatem ergo dicimus in bonis honoratis habendam. sic quæstio propofita dissoluitur. Vt facilius intelligamus ea que dicuntur à philosopho, querendum primum, quid differat laus, encomium, & honor. Ostendit ipse in arte Rhetorica, Εἰς δ' αὖτε πρῶτος

λόγος ἰμφορῶν μίχαδος ἀριτίας. δει δὲ τοῖς ἀρχαῖς ἄδη δεκνί-
ται, ὡς ἑσιώταται. τὸ δ' ἰμώμιον τῆν ἔραρον ἔστι, id est, *Laus est oratio*
quæ magnitudinem virtutis ostendit. Quapropter ostendere debemus
res gestas virtutis esse. Encomium vero est operum. Τιμὴ δ' ἔστι μὲν
αἰσίων διδρυτικῶν δόξων, τιμώταται γὰρ δικαιοσύνη καὶ μολύσα
διδρυτικῶν, μίχα δ' τιμῶν, ἑσιώται, μολύσαι δ' ἐστὶν ἡρώ
μολύσαι, γέρε, μίχων, πρὸς ἑσώται, τὰ φοι, αἰσίων, ἑσιώται δὲ μολύσαι. τὰ
βαρβαρικά, οἷον πρὸς κυνίσους καὶ ἑσώταις, δόξων τὰ πρὸς ἑσώταις
τιμώται. id est, *honor est beneficia atque benignæ existimationis indi-*
cium. Nam iure et præcipue afficiuntur honore qui beneficia con-
tulerint. Partes honoris autem, sacrificia, monumeta, versu comprehē-
sa et oratione, premia, loci consecrati, primi confessus, sepulchra,
imagines, alimenta publica, et quæ tribuuntur à barbaris, ut quam
procubunt adorantes, et assurgunt honoris causâ, quibus adde quæ
apud singulos sunt in honore dona. Idem ad Eudemium, Οἱ ἑσώται
τῶν ἀριτίας. Ἐστὶ τὰ ἑσώται, καὶ τὰ ἰμώμιον τῆν ἔραρον. Laudes sunt
virtutis operum causâ: Encomia sunt operum verumque gestarum. Ex
his apparet virtutem proprie laudari: quod Cicero confirmat in par-
titionibus oratorij, Omnis, inquit, aûs laudandi vituperandi que ex
his sumetur virtutum vitiorumque partibus. Et Quintilianus, Animi
semper vera laus. si quid aliud laudetur, Laus omnis ad virtutē de-
bet referri, ut quod bonis corporis et fortuna recte sit usus is qui
laudatur, quia (ut ait Cic. de Orat.) Vera laus vni virtuti debetur.
Hoc verbo nonnunquam abutimur, συμκαίειν, inquit Arist. ἑσώται
πολλῶν οὐ μόνον ἀσπράτων ἢ ἑσώται, ἀλλὰ καὶ ἀψυχῶν. Fit ut laude-
mus frequenter non hominem modò vel deum, sed etiam res inani-
mes. Cic. Nunquàm igitur satis laudari digne poterit philosophia. En-
comij nomine raro utuntur Latini, tamen nobis utendum fuit, quòd
verbo proprio carebamus. ponitur interdum pro laude. Aristi. n. 2. bet.
τὸ γὰρ ἄν τὸ συμκολληθῆναι ἑσώταις, τῶν τε μετὰ τὰ ἑσώται τῶν ἀψύ-
χων μίχων τε. Quæ in consilio suadere licet, dictione mutata ner-
tuntur in laudes. Encomia proprie sunt operum, ut labyrinthi, pyra-
midum, mansolei, colossi, statuarum, et item rerum gestarum, ut quæ
facta virorum fortium extolluntur et splendore orationis exornā-
tur. Encomia dicta sunt ἑσώται καὶ μολύσαι, hoc est, à micis, ubi recte
præuque

præuque facta predicabuntur. Honor ad deos maxime pertinet,
quod Cicero ostendit scribens ad Atticum, ἄνθρωπος ἀγαθὸς τῶν ἑσώται, id
est *diuinum bonum honore esse. sed et homini tribuitur. est enim*
præmium virtutis iudicio studioque civium delatus ad aliquem. Ex
his efficitur laudem esse virtutis, encomium factorum, honore be-
neficij diuini: propterea felicitatem improprie laudari, quia nec est
virtus nec ad virtutem refertur: non ἰδὲ καὶ μολύσαι, quia longe di-
stat ab operibus et factis quæ ornantur encomio, sed honore affici,
quia diuina res est. Quod si quis aliter loquitur, et τὰ ἑσώται est, et
impropria ratio loquendi. Cur felicitas non est in facultatibus ha-
benda: in eo libro, qui est τὸ πρὸς ἑσώται καὶ μολύσαι, sunt hæc. In animo
sunt perturbaciones facultates, habitus. Perturbaciones, ira, metus,
odium, desiderium, emulatio, misericordia, et affectus eiusmodi,
quos solet comitari dolor et voluptas. Facultates autem, per quas hæc
pati dicimur, ut per quas irasci, dolere, misereri possumus. Habitus ve-
ro sunt, quibus ad hæc bene aut male affecti sumus. Aristoteles prin-
cipio 2. lib. Eth. scribit. Eorum quæ nobis à natura tribuuntur, primò
facultates accipimus, deinde actiones reddimus, id quod in sensibus
aperitè videtur. Ex ijs apparet facultates esse quasdam virtutes, quas
potentias uocant, quibus instructi aliquid possumus, qualis est fac-
ultas videndi, audiendi, cogitandi, reminiscendi, irascendi, cupien-
di, gaudendi. His animi facultatibus attribuantur partes corporis: ut
anima cupienti iecur, irascenti cor, reminiscenti alterius cerebrum,
conspicienti prius, videnti oculus, sentienti neruus. Facilitatem non
esse talem facultatem certum est. Vacultas interdum ponitur pro ar-
te, quæ certis præceptis non continetur, qualis est medicina, atque
rhetorica. Cic. Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes di-
stributa est. sic Eultratus vis accipit facultatem, sed errat, quia lo-
quitur Aristoteles de animi facultatibus, in quibus habent sedem
perturbaciones et habitus. Id omne quod laudatur, ad aliquid re-
fertur. Ad quid? Ad actiones, inquit, et opus quod efficit, ut iustus
ad iuste facta, fortis ad pericula suscepta, bonus ad honestas actio-
nes, robustus ad ea quæ viribus corporis geruntur, celer ad eas utili-
tates quæ percipiuntur ex cursu, clemens ad ueniam datam, et item
ceteri ad aliquid boni honestique referuntur. Quale genus hoc re-

ferendi? virtus, ut ante dictum fuit, est actus: scilicet tum laudatur, quum aliquid agit quod honestum sit ac utile. Itaque nemo laudat eum qui nihil agit, quique nunquam demonstrat quid habeat ipse virtutis. Ergo spectat usum laudator, & eo refert laudes. Hoc igitur referendi genus, non est aliud quam ratio spectandi quid boni commodique attulerit aut afferat id quod laudibus ornare contendit. Cicero 2. de Orat. Qui laudabit quempiam, intelliget exponendum sibi quid sapienter is quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuste, quid magnifice, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut fecerit aut tulerit. Hæc ratio referendi. Aliud est igitur esse preditum qualitate, aliud ad aliquid referri. illud dicitur habitum ut virtutem & scientiam, aut facultatem, ut ingenium, aut affectionem, ut misericordiam: hoc vero pertinet ad actiones & effectus. potest esse qualitas qua non referatur: non potest referri, quin ipsa sit. Quod si queratur, cur potius mentionem fecerit de qualitate quam de quantitate, quum magnitudo laudatur in propria causa est. Virtus, cuius est propria laus, est qualitas. adde quod fusiuse qualitatem vult accipi quam in categoriis, ut omnia complectatur accidentia quæ cadunt in laudem. Deorum laudes ad nos relate, cur videntur esse ridicule? sunt qui interpretantur ad nos deorum laudes referri, quum dicitur sic laudantur ut homines, & cum mortalium genere comparantur, ut si dicantur pulchri, celeres, divites, fortunati, fortes, iusti, clementes, pi. isti non videntur mihi perspicere quid philosophus loquatur. Quum probare vult ad aliquid referri laudes, sumit illud, Deorum laudes quum referuntur ad nos, ridicule videntur. rationem offert, hoc fit, inquit, propterea quod laudes ad aliquid referuntur. Hoc igitur sibi vult, deos non esse laudandos quia qui laudat eos, eas laudes referunt ad se, quod dicitur multa dederint homini, mentem, sapientiam, virtutes, artes, usum elementorum, calorum, animalium, stirpium, rerumque omnium: quasi deorum perfectio summa sit, propterea quod multis rebus hominem cumulatum voluerint, quod eum multis donis ac beneficiis augere possint, quod ei dederint omnia. sic enim referunt ad se laudes eorum, quod existimant omnia facere deos propter hominem. id vero philosophus ridiculum putat, eos qui summi sunt ac perfectissimi, ad minores referri, quam minora ad perfectiora sunt referenda, ut

ita, ut homines ad deos, non ita contra. Quid ergo? deum non laudabimus? Non est laudandus ut homo, nec laudabilior habendus quod homini per multa dederit, quod res egregias perfecit, quia si nihil istius fecisset, rarus esset, quævis est. Nec laus eius cum homine communis, nec opera facili laudabile, nec illi sit usque decessio, nec ulla penitus accessio. Opera dei, potestatem eius & magnificentiam demonstrat, beneficia bonitatem, tarditas utrisque clementiam, ultio iustitiam. Hæc efficiunt, ut cognoscamus & amemus, non ut oneremus indigna laude, qualis sæpe viris mediocribus attribuitur. Quocirca ridicule Quintilian. de laude suorum deorum loquitur, qui vult invidiam, parentem, progeniem laude affici, quasi magna sint hæc in diis: quique Domitianum immam tyrannum ponit inter deos. Melius Cicero, Roges me quid & qualis sit deus: auctor utar simonide, de quo quis quæsisset hoc idem tyrannus viro, delibenter ad causam sibi unum diem postulavit: quum idem ex eo postridie quæreret, biduum petiuit. quum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque viro quæreret cur id sciret, quia inquit, quanto diutius cogito, tanto mihi res videtur obscurior. Nolit vir sapiens effurere nequid ridiculum, quod diuinam attenuaret maiestatem. idem de diuinatione: Esse præstantem aliquam aternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo nondum orlo que rerum celestium cogit confiteri. Non conamur, inquit, Horat. grædia, dum pudor, imbellisq; lyre musa potens utat laudes egregie Cæsaris & tuas culpa deterere ingeni. Non audeat vir eloquens hominem laudare ne imminuat eius amplitudinem. Equus audeat leues nigras effundere, quasi deus eiusmodi laudibus oblectetur? Deus honore summo prosequendus, suspiciendus, admirandus, metuendus, ut pater hominum & deorum, ut princeps principum, ut conditor rectorque omnium rerum, ut immortalis, æternus, immensus, infinitus, perfectus, omnibus numeris absolutus, omnipotens, beatus, ut solus bonus, solus sapiens, solus pulcher, solus diues, ut principium & finis, in quo summa maiestas, summa amplitudo, summa dignitas, ut is quem non capit humana coniectura mentis. Alia quod est in tua potestate, lauda, si bona sunt & honesta: denum quem pro dignitate explicare non potes, venerare, suscipe, procumbens adora. Alia est in eo iustitia quam in homine, alia

fortitudo, alia magnificentia, alia virtus & bonitas: quapropter eū nunquam digne satis homo laudare poterit. abiciat ergo se, & eum summa religione colat. Quod si laus est minor quam qua pertinet ad felicitatē, certe multo minor est amplissima Dei maiestate. Quale est illud Eudoxi? De Eudoxo facit mentionē Cicero lib. de Divinat. 2. Ad Chaldeorum monstra veniamus, de quibus Eudoxus Platonis auditor, & in astrologia iudicio doctissimi hominum facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit, Chaldeis in predictione, & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minime esse credendum. Is (ut ait Diog. Laert.) patria Cnidius, cōditione pauper, operam dedit Archita Geometra, Philistioni medico, Platoni philosopho, legesque suis tulit. Dōnebat summum bonum in voluptate, quam quī defenderet in eos qui dicerent eam à sapientibus non laudari, & iccirco non uideri ultimum bonorum: aduersariorum dicta arripuit, & in eos retorfit, Quis voluptas, inquit, sit bonum, nec ut est uestra sententiā laudatur, necesse est summum esse bonum, quia nec deus nec summum bonum laudatur. Eudoxi de voluptate sententiam nō probat Aristoteles, aut (ut uult Diogenes) filius eius Nicomachus, sed argutum responsum uiri, qui res summas non laude sed honore dignas ostendit. Qui sunt ij qui encomijs operam dederunt? ij qui qui uocabantur sophiste, & in scholis rhetoricas profitebantur, ut Andocides, Antiphon, Gorgias, Isocrates. Quod illi uersarētur in declamationibus, & in genere ὡν δὲ λέξις & ἰγρομασιας, quodque rhetores essent non item philosophi: potius eorum fuit in explicandis rhetorica preceptis exponere quid laus esset, quid encomium, quam philosophorum qui rem magis quam uerba tractant. Quam felicitas sit finis & ultimus finis, cur dicat esse principium? itaē alibi quaestione explicauimus. Eadem felicitatis principium finisq; dicenda: principium, quod eius causa omnes agunt omnia: finis, quod ad eam cetera bona referuntur. Descriptis δὲ οὕτω describo, expli-co, desinio. Laudatus Cic. Latius sum laudari me abs te, pater, laudato uiro. Honoratus idem, presertim honorata & suburbana. Honoratum & laudatum ponit ut nomina pro laudabili & honorabili. Qui timet uerunt gloriatione dignum, nec Aristotelem nec Ciceronem intelligunt. Cicero uirtutem etiam gloriosam dicit, & bea-

tam ui-

tam uitam gloriatione dignam, quod de misera uita nemo possit gloriari, sed de beata. Quero, inquit, quis aut de misera uita possit gloriari, aut non de beata? de sola igitur beata. Ex quo efficitur, gloriatione (ut ita dicam) dignam esse beatam uitam. Aristoteles nō querit an gloriari possimus de beata uita: de omni re honesta gloriari licet. propter uirtutē (inquit Cicero) iure laudamur, & in uirtute re-cte gloriamur. In facultatibus & facultates dicimus quas uulgo potentias uocant. Quidam sciolus dixerunt conuerit, ea qua ipsa non sunt per se bona, sed esse possunt. uult haberi disertus, quando facit ut intelligentes nihil intelligat. Idem ubi ponimus qualitatem, dicit affectionem, nec intelligit uirtutem maxime laudari, qua nō est affectio, sed habitus. ubi dicimus, optimis summisque non congruere laudem, maualt hoc, ut quicq; optimum est, ita minime ad laudem ualet. quasi optimum quicque non ualet ad laudem ut nimium tenue, non quod omnem superet laudem. ἴσως ἀγαθόν, reddimus, & ut summam dicam, bonum uirtum: sic est uis orationis graeca. iste δὲ ἴσως ad rem nihil putat attingere, nec intelligit Aristotelem sic praedere longam enumerationem. ubi dicimus deos felices, scribit fortunatos, quasi dii sint in potestate fortuna. Hoc sapienter uidit Theologus. uiros diuinus. Cic. Homo diuinus in dicendo) beat. Terent. in Eunuch. Equid beo te? bestii, mei uia à Chryside. ille nofter sic, diuino honore afficit. Idem male reddidit ευτυχιστον primas partes tribuisse. coniunxit cum uerbo ἀριστον, cuius uim nō intelligebat.

HACTENUS de felicitate, propterea quod ad eam referuntur uirtutes, generatim disputatum est. iam partes eius explicanda, quia genere descripto, ad partes ex ordine ueniendū, ut & genus magis intelligatur, & partitione facta ueniat ad extremū. Quam uirtus sit optima pars beatitudinis, ad eam primum deueniendū fuit, & in ea maxime commemorandū, propterea quod hic agitur de moribus, & de uia longa qua tenent ad felicitatē, perquirenda nobis uirtus, inquit, ac consideranda, quod ne sine causa facere uideatur, rationē anteponit. In definitione felicitatis posita esse uirtutem, dicendum quid sit et quam multiplex, ut ratio felicitatis aperius explicetur. alterū inquit, hanc de moribus scientiam esse partem ciuiliū disciplina: ciuilem disciplinam considerare uirtutes, ut ciues bonos efficiat, & legi-

Cap. 13.

bns audientes hoc probat exemplis Minon & Thyrigi, qui plurimum laborarunt ut suos efficerent bonos, quibus leges ferebant. Propositio est, virtus est nobis consideranda: rationes duae, quas diximus. Colligit e secundâ, de virtute differendū esse pingui minerva rudiq; doctrina, quia dictū est tertio capite, in rebus honestis iustisq; quas inquirat & intuetur ars civilis, tantum esse discrimen & errorem, ut exquiritur ratio non sit in eo disputandi genere quaerenda. si scientia civilis, inquit, est hac inuestigatio, non est, talis erit, qualis ab initio proposita est inquisitio, hoc est, neque subtilis, neque exquiritur in rebus mathematicis, sed probabilis & perfecta quoad finem ac patitur rei natura. Quonia virtus est varia ac multiplex (nā & in dijs, & in animalibus mutis, & in stirpibus, & alijs rebus aliqua virtus esse dicitur) nunc ut ad rem proprius accedat, ostendit non de omni virtute, sed humana rātum esse dicendum. videndū, inquit, quid sit humana virtus, id ratione confirmat quum dicit: Nō omne bonū quarebamus, sed humanum, quod est humana felicitas. Quod autē virtus humana duplex est, una corporis, altera animi: distinguit, & utram velit explicare demonstrat, nempe eam qua animus est praeditus, causam affert, felicitatem non esse in actione corporis sed animi, distinctione facta, quia medici corporis, rectores animum curant: utrisque suam dedit partem: & ad quos maxime scientia morū pertineret, ostendit, ut ad eos qui ad societatem civitatis apti sunt, & temp. capeffunt, quandoquidem munus est eorum cives efficere bonos. eos cum medicis comparat hoc modo. Ut medici qui ex arte curare volunt, & oculos & totum corpus habere cognitum debent: sic qui dant operam civitati, debent reip. quasi corpus, & animum quasi oculum cognoscere, hoc simile. Deinde ut exhortetur ad hanc disciplinā, ponit imparia, animū magis esse cognoscendū, quia disciplina civilis melior est quā medicina & honoratior. Quod si docti praestitūq; medici studium & operam multā in corporis cognitione ponunt, optimi rectores civitatum summā ponere debent in animi virtutibus, que cognoscendū. Quoniam autē duplex est animi cognitio, una subtilis & acuta, quā sibi philosophi attribuant, qui de animi substantia, natura, vi, facultatibus, immortalitate disputant: altera minus perfecta, sed quoad satis est ad mores atq; virtutes: utrā debet habere

moderator

moderator civitatis, docet. Quā scripti sint de anima libri, in quibus multa explicantur quae ad hanc rem pertinent, ad eos remittit, ut inde sumantur ea quae scientia morum conveniunt. Quae ut deligere possit, breviter, & summatim repetit quae praesenti negotio accommodantur. Haec ergo summa de felicitate dictū est, quae est in actione virtutis, ut ea comparetur de virtute dicendum, non de omni sed humana, non de omni virtute hominis, sed ea quae est animi, non de omni virtute animi, sed ea quae singulos cives, & universam civitatem efficit beatam, haec de virtute dicendum non subtiliter, quod est contemplationis, sed populariter, quod est actionis, quoniam hic agitur de vita civilis quae actione perficitur. Sic optime descriptus ordo, nec deterior qui sequitur. Quia vis animi duplex est, una rationis expertem, altera particeps: hanc divisionem primam statuit. Animam rationis expertem, quum sit in stirpibus, in animalibus tum imperfectis tum perfectis, communem, non humanam esse dicit: communē, quia trium generum est: non humanam, quia non ostendit bonū malum, & agit quo tempore humanus animus quiescit. Hanc paucis explicat ut ab instituto & moribus alienam. Trater eam, duas esse facultates probat argumento à continentibus incontinentibusque sumpto. Continens pugnat in perturbationem & eam vincit: incontinens pugnat ac vincitur. pugna duorum est aut multorum. Partem rationi male obtemperantem comparat cum membro corporis dissolutio, quod moventi resistit, ut similitudine rerum partes inter se dimicantes apertius ostēdat. Eandem rationis esse partem quoad modum, quatenus patet illius imperio, demonstrat eorū sermo qui dicunt patris habendam esse rationem, & eorum qui admonent, obviunt, adhortantur. Ex animi divisione voluit ostendere virtutū distinctionem: distinguit igitur virtutes, alias statuit in mente, alias in animi parte quae perturbationibus agitatur. Explicata felicitate, proposita materia de qua postea dicendum sit, imponit huic libro finem, & in secundam reicit secundam disputationem. Felicitas est actio quaedam animi perfecta virtuti consuetanea? Cur nō omnem virtutem sed perfectam voluit accipi? virtus (ut saepe iam diximus) est actio, & actione perficitur: felicitas non est in habitu virtutis ocio, sed in actione quae virtutem perficit, id est in virtute perfecta.

Habitus laudabiles (ut ait in extremo capite) sunt uirtutes, sed imperfecta si non agant. quapropter in ijs non ponitur felicitas. Adde quòd opus est longo tempore, & longa consuetudine bene uiuendi, si uelis esse felix. agendo uirtus increuit & firmatur, ususq; longo fit perfectior. itaque nò statim in omni uirtute sed in perfectione uirtutis statuenda beatitudo est. τυχὸς αἰ εἰς ἀγαθὰ πλοῦτος, καὶ δὲ μὲν ταῖα ἢ εὐδαιμόνιος. Virtus, inquit Iamblichus, est animi perfectio, uita modus optimus, rationis, mentis, cogitationis, summa actio & integerrima. Talis est uera uirtus atque perfecta, prima summaque pars felicitatis. quapropter ea cognitio, multò clarius perspicitur felicitas. Posteaquam dixit de uirtute esse differendum, cur statim loquitur de moderatore ciuitatis & de legumlatoribus sic πολιτικὸν id est uirum ciuilem, dicit eum qui scientia instituenta ciuitatis & regenda praeiudicatus est. ἄνθρωπος ἀδύνατος πολιτικῶν, enim cui uera est atque perfecta ratio moderanda ciuitatis, qualis est uir optimus sapientissimus, & administranda reip. experientissimus. De tali uero statim facit mentionem, propterea quòd scientia ciuilis est haec inue stigatio, id quòd paulò post dicit, ἢ πολιτικὸς ἔστιν ἡ ἐκείνου ἔργον, & multis explicauimus in huius libri caput secundum. Quum dixisset igitur perquirendam esse uirtutem, proximum erat ut cuius esset haec inuestigatio, demonstraret. Quòd autem legumlatores magenam dederunt operam ciuitati, còtinuò de his loquitur. Veteres & claros commemorat, Minòs, qui Cretensibus leges uelut de consilio Iouis, tulit. Lycurgum, qui Lacedaemoniorum leges condidit. Ererunt alij qui tulerunt, ut Hippodamus Milesis, Draco & solon Atheniensibus, Zaleucus Locris occiduis, Charondas Catanis qui sunt in Sicilia, Philolaus Thebanis, Androdamus Chalcedensibus. Hos uno uerbo còplectitur, ne longius digrediaturs a proposito. Omnes studuisse uirtuti uerisimile facit habita ratione finis. Nam quum uellent ciues efficere bonos & legibus audientes, & hoc sine uirtute perficere non possent, necesse fuit ut uirtuti maxime studerent. Dicit aliquis, si uirtutis inuestigatio ciuili scientia attribuetur. Nam quum uellent ciues efficere bonos, alia ciuilis non uideo quid huic arti relinquatur. Nihil ei planè detrabitur, ut nec homini quum refertur ad animal. scientia ciuili.

tia ciuilis, est genus moralis, species, generi forma attribuitur, nihilominus proprietatè seruat. Disciplina ciuilis est inuestigatio uirtutum, quia uersatur in genere. scientia morum est eandem inuestigatio, quia uersatur in parte reip. uirtutes maxime tenere debent ij qui reip. administrare uolunt: itaque primi nominantur, deinde qui huic tantum reip. parti consulunt, ut philosophi morales, quos nominare nihil est necesse. Est enim cuiusque id nosse quòd proficitur. d. inde singuli, quos dicit faciendos esse bonos, quòd non fiet sine cognitione uirtutum. Tunc igitur ostendit qualis esset ac quanta traditio morum, quòque referri deberet. si resp. est summa rerum, nec aliud habet quòd minus expetat quàm ciuium bonitatem: ut ab omnibus uirtus & cognoscatur, & exerceatur necesse est. Illud ergo praclare dicit Epichantus Pythagoricus, μὴ γὰρ ἀρετὰ πᾶσι τὸ ἀγαθὸν ἀδύνατον. sola uirtus regenda hominibus praeficienda. Cur autè legumlator uelit ciues efficere bonos, nò est difficile cognoscere. Legum finis est, malorum cautio, bonorum perfectio. Nec iterum explicandum cur pinguiore causa de uirtutibus uirtusque disputandum sit: diximus in tertium caput, rebus orationem accommodari oportere. Videamus igitur an alia sit uirtus praeter humanam. Alia uidetur ponere, quum reuocat nos ad humanum bonum, humanamq; uirtutem. Euthraticus ponit uirtutem πολιτικὴν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀρετὴν ἀρετῶν, id est ciuilem, purgantem, ratiocinantem, exemplis utentem. Errat meo iudicio, quia nullam ponit qua non sit generis humani, si alia nulla est, quid opus erat hoc profiteri non de omni, sed humana tantum uirtute dicendum? Est alia sane. Cic. de Finib. In sensibus est sua cuique uirtus. sensus est in bestijs, in illis igitur uirtus. Plant. in Anulul. Ego uirtute deum & maiorum nostrorum diues sum satis. Cic. de Legib. Nam nec arboris nec equi uirtus qua dicitur (in quo ab utriusq; nomine) in opinione sita est, sed in natura. Aristoteles in Rhetoricis saepe dicit τὴν αἰσθητικὴν ἀρετὴν, id est, corporis uirtutem. Corpus autè bestijs est, nec sine uirtute. Ex ijs apparet, omnibus rebus instam à natura uirtutem, & hoc nomè tā apud Graecos quàm apud Latinos late patere, sed proprie de habitu laudabili dici. Aliud esse bonum quàm humanum ostendimus in primum caput. Nec dubium quin alia sit felicitas, ut anaxagorae deij

summi. In virtutibus corporis numerat Aristoteles ὑλίας, καὶ λογί-
 ούς, καὶ ἄσους, διὰ τὴν αἰσθητικὴν, id est bonā a naturam, pulchri-
 tudinem, proceritatem, validam robur. virtutes corporis cognoscere
 debet orator ut laudet, medicus, ut seruet, magister campi ut exer-
 ceat augeatque, paterfamilias, ut eis commode utatur. Qui dat ope-
 ram reip. nosse debet animum quodammodo) Cur illud adicitur, quo-
 dammodo? Explicat Aristoteles, quum dicit, animum cognoscendū,
 horum causa, id est propter mores atque virtutes, & quoad satis est
 ad ea quae modo quaeruntur: quia penitus perspicere, & accurate
 subtiliterque perquirere non est eius qui temp. administrat, sed eius
 qui in contemplatione philosophiaeque versatur. Quum difficile,
 arduum & operosum sit de animo disputare, nec sit civilis scien-
 tia proprium, vult ut ea quae pertinent ad mores, a moderatore civiū
 intelligantur, cetera omittantur, ut an sint distinctae animi partes
 ut corporis, an tantum cogitatione distinctae, ut in ambitu circuli
 concavum & convexum, & si qua sunt generis eiusdē. Ista sume-
 re licet ex libris de anima. Libros ὁμοιωτικῶν appellat (ut vult Cicero)
 qui sint populariter scripti. Verba sunt eius s. de Timib. De summo
 autem bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scri-
 ptū, quod ὁμοιωτικῶν appellabat, alterum limatius quod in commen-
 tarijs reliquerit, nō semper idem dicere videtur. Cellius lib. 20. cap.
 4. Exoterica dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem
 argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Acroamati-
 ca autem vocabantur in quibus philosophia remotior subtiliorque
 agitabatur: quae ad naturae contemplationes disceptationesue dia-
 lecticas pertinebant. Videntur hi dissentire inter se, sed non dissen-
 tiunt. Vterque dicit libros ὁμοιωτικῶν simpliciores magisque popula-
 res fuisse, ἀκροατικῶν ὁμοιωτικῶν limatioribus subtiliorisque. An quos habe-
 mus de anima libros, sint ὁμοιωτικῶν an non, iudicent alij. In ijs sa-
 nē multa populariter & dilucide dicuntur, ut omnia quae cadunt in
 sensum. In huius verbi interpretatione falsus esse videtur Eustratius
 qui crediderit ὁμοιωτικῶν dicta, quod ad aliquem qui quassisset, scri-
 pra extra communem auditionem fuerint. Multo melius Ammonius
 in categorijs Aristotelis, qui ὁμοιωτικῶν dicit ad utilitatem imperitiae
 multitudinis esse conscripta. Ne remoretur nos questio, utrum par-
 tes animi

tes animi distinctae sint uti corporis particulae. Non est hic (ut sentit
 Arist.) disputandus locus. Animi ratione praeditū dicimus immortale
 & individuum, quod & Arist. fatetur. Alle igitur nō re sed cogitatione
 tantum dividitur. Animum rationis expertem qualis est in stirpibus
 & bestijs, mortalem scimus atque dividuam, quapropter eandē pati-
 tur quam corpus divisionem, id quod truncato serpente videre licet.
 Veteres ea de re nō mediocriter diffensisse Cicero scribit Acad. 4. Te-
 nemus nē, inquit, quid sit animus, ubi sit, denique sit ne? aut ut Di-
 caearcho visum est, ne sit quidem nullus? si est, tres ne partes habeat,
 (ut Platonij placuit) rationis, irae, cupiditatis, an simplex unūque sit?
 si unus & simplex, utrum sit ignis an anima, & an sanguis, an ut
 Xenocrates, mens nullo corpore, quod intelligi quale sit vix potest:
 & quicquid est, mortale ne sit an aeternum? Nam in utraque parte
 multa dicuntur. Magna fuit illa controversia temporibus Aristotelis
 & etate superiore. In ambitu circuli distinguuntur ne re ipsa con-
 nexum & concavum? ambitum circuli dico περιφραγῶν, quam vul-
 gus appellat circumferentiam. Quid sit Euclides ostendit his verbis,
 κύκλος ἐστὶ γῆμα ἐπιπέδου, ἅπλοῦ μαθηματικῶν περιεχόμενος, ἢ κα-
 λῶται περιφραγῆ. Circulus siue orbis est forma plana quam linea
 una complectitur, quae vocatur ambitus. Orbem & circulum vocat
 Cicero κύκλον, ambitum περιφραγῶν, quam male quidam vertit or-
 bem. Linea circumcircumrens si interiora spectat, concavi, si exteriora
 convexi nomine vocatur. Quum linea sit longitudo sine latitudine,
 apparet concavum & convexum non re sed tantum cogitatione dis-
 tingui. In formis autem rotundis quibus est latus ambitus, et in ce-
 lis, concavum distinguitur a convexo & re & cogitatione, ut globi
 lunaris concavum tangit aërem, convexum vero celo mercurij fini-
 tum est. Cur rectores civitatis cum medicis comparat? & cur
 oculum potius nominat? deinde quam obrem medicina minor est
 quam scientia civilis? quos tandem dicit praestantes medicos? Quum
 paulo antea duplicem fecisset humanam virtutem, unam an animo, al-
 teram corpori tribuisset, hoc vidit corpus a medicis, animum a custo-
 dibus legum curari oportere, quapropter eō venit comparationis.
 Quod autem corpus videri potest at tangi, notius est quam mens &
 animus: quam obrem si quid ex eo sumitur & apte comparatur, il-

lustrat id quod erat obscurius, quod plurimum ualet ad docendum. Oculos potius nominauit quam ceteras partes, quia ut est oculus in corpore, sic mens in animo, id quod sexto capite dictum est. Oculos igitur cum mente, reliquum corpus cum reip. multiplica corpore uoluit comparari. Non enim moderator ciuitatis hoc solum considerat quod ad mores pertinet, sed alia etiam permulta qua ciuili scientia continentur. Quapropter falli uidetur ij qui uerba philosophi sic accipi uolunt, eum qui oculos curaturus sit, totum corpus habere cognitum oportere. Non desierunt olim medici qui soli oculis daudent operam, quamquam non oculum prius, quam totum corpus, sanare licet. Quod oculum (inquit Galenus meth. med. lib. 4.) recte sanare ante totum caput non licet, neque hoc ante totum corpus, sic Aristoteles ac Plato de morborum curatione senserunt, & Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Plistonicus, ueteres uniuersi, sed quod erit hoc genus cūparandū ut is qui oculos curaturus est, totum corpus, sic qui & ciuitatem rectorus, animum cognitū quodammodo habere debet. sic enim ad animum cognoscendum totius reip. cognitio necessaria diceretur. Cur autem medicina sit inferior ciuili scientia demonstrauit in titō, quum diceret artes & scientias omnes disciplinae ciuitatis esse subiectas. Minores sanē & inferiores qua referuntur ad alias, ac totum minus est sua parte, ut ciuitas corpore. Medicos uero & rectoras, hoc est (ut supra demonstrauit de vindari sententia) doctos & praestantes, dicit antiquos, non Galenum & aequales posteriorēs ne, qui omnes post Aristotelem floruerunt. Antiqui uero, Aesculapius, Machaon, Podalirius, Paon, Hippocrates, eius discipuli multi, Critobulus qui (anauit oculum Philippi, alijque permulti, ut Diocles, Praxagoras, Plistonicus. Illi corpora secabant, & in cognitione partium operam multam ponebant, nec minus diligenter ij qui temporibus Aristotelis floruerunt. Quid inter animam alentem, sentientem, ratio cinantem interest? hanc diuisionem & partium singularem uim naturāque perspicue explicauimus in septimum caput huius libri. Inde sumenda sunt que ad hunc locū pertinent. Quos dicit factus immaturo: ἕκπερα, id est, factus in utero matris, sue sint hominū sive bestiarū. Nam cōsuetudo impetrauit, ut animal dum formatur & augetur in utero, dicitur Embryon, quamquam recenter natum

tum hoc quoque nomen seruare potest. Factus non tantum de animalibus sed etiā de fructibus dicitur. Virg. Nec minus interea fetu nemus omne grauescit. Nec solum de clausis utero uel recitibus, sed etiā de adultis. Virg. adultos educit fetus. Itaq; ἕκπερα conuertimus fetus immaturos. si factus solum reddidissent, erat ambiguitas in uerbo. fructibus immaturis opponit absolutos atque perfectos. Factus autem in utero sic alitur & crescit, ut stirpes in premio terra: quapropter ea qua uiget anima, non est humana, id est hominis propria, sed stirpium, bestiarum, hominum cōmunis. Nec quid agitur in somnijs? alimentum coquit ac conficit, sanguinem gignit, spiritus creat animales atque naturales, calorem fonet, partes in statum, arteriarū motu corpus agitatur. Animus ratione praeditus non eo tempore dormit, sed est ociosus & quietus, nisi siqui motus leuiter interueniat. Qui motus? motus humorū & flatus, qui quum cerebrum exagitat, & simulachra quadam ciuitatis, subit eorū qua sensimus ante, recordatio. Φαντασματῶν Graeci uocant, nos autem uisā. Cic. si deus ista uisā nobis prouidendi causa dat, cur non uigilantibus potius dat quam dormientibus? φάντασμα est (ut uult Macrobius) quū inter uigiliā & adultam quietem, in quadam ut aiunt prima somni nebula adhuc uigilare se existimas, qui dormire uix cepit, afficere uidetur irruentes in se, uel passim uagantes formas à natura seu magnitudine seu specie discrepantes, uariāque tempēstates uerū uel letas uel turbas lentas. Aristoteles hoc loco phantasmata uidetur paulo susius extēdere, ut etiā contineant in somnijs, hoc est simulachra, qua sic fatigat dormientes, ut ea quorum sunt spectra uigilantes agitauerunt. Meliora sunt autem phantasmata bonorum, qua a uir boni res honestas & praclaras meditantur & agunt, quarū apparet in somnijs imago. Itaque in somnijs cupiditates discernuntur, sed obscurius. Plato g. de Rep. τίς ἀρεθὲς δεσπότις ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. ἕκῃ ἀρχῆσει ἕκῃ ἀρχῆσει. sic igitur cuique inest cupiditatum species grauius, acerba, iniqua, & illis etiam qui mediocritate seruari maxime uidentur, id quod planum sit in somnijs. Theistius sic loquitur de animi quiete, uoluptate afficit animi requies & ocium, quasi pondus onusque deponentis, ac iterum recipientis. Fugere ui-

detur omnino corpus illa moriens, subterfugere dormiens. Nunc animus quasi dormientem facit. Somnus autem morti similis est, id quod cecinit Ouidius, stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago? Quamobrem mirum non est si dicitur, felices dimidiato uita tempore à miseris nihil differre. ut felix dormiens nihil sentit, ita quoque miser, quamobrem nec ille tum beatus, nec miser hic uideatur. Quam uult ostendere partes animi repugnantes, cur potius exemplo continentium & incontinentium nittitur? Hoc quale sit, apertius exponit hic libro septimo, quum demonstrat quid inter continentiam & temperantiam intersit. Contingens in cupiditatem dimicat, tandem que uincit, incontinentes certat ad tempus, sed tandem uincitur. Est igitur in utroque pugna quadam, pugna autem duorum, quapropter ueteres duellum uocabant. Ex quo fit, ut in continentibus, & non continentibus magis quam in alijs partes animi discordes repugnantes que uideantur. Εἰς ἡγετεῖς δὲ ἕνι τὰ διωκόμενα καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἡμετέρων ἡδονῶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀποκλείεται. est autem continentia posse ratione cohibere cupiditatem, que nos incitat ad fruendae uoluptates improbas. Exemplum de partibus corporis soluti quale est solutio corporis affectus est neruum. Interdum laeso neruorum principio motum corpus amittit ut in apoplexia, nonnunquam principio sano partes ab humore soluantur, ut in paresi. Aliquando soluitur una pars alijs constantibus, ut uesica. Quum membra hoc uel illo modo soluta sunt, non mouentur ad uoluntatem, sed persepe si uelis ad dexteram mouere, ad leuam contra feruntur, & ponderi non uoluntati parent. Sic ea pars animi que equi dicitur sepe rationi repugnat. Quid sibi uult, quid dicit hac, ut sit aliud atque diuersum, nihil ad rem interest? Non agit de eius quod est prater naturam, & eius quod est prater rationem dissimilitudine, ut uult Eustratus, sed de partibus animi duabus superiore & inferiore in hanc sententiam. Est aliquid in animo prater rationem quod imperio rationis aduersatur. id aliud est atque diuersum: quoniam si esset idem non ita repugnaret. Quomodo uero sit aliud à ratione, an substantia differat ab ea, an qualitate, non est hic disputandum. Nec explicare promptum est, quum sit unus & idem animus in nobis, qui fiat ut partes eius sic differant inter se. Quod

si dicat, ratio non ita ui corporis adducitur ut appetitus, qui nomine carnis à quibusdam uocatur, non omnem statim dissolueris questionem. Hoc igitur prudens omittit. Viri fortis & temperantis appetitio obedientior est rationi quam continentis. Cur ita? Contingens & temperans differunt, hic domitas habet cupiditates, sic ut iam prostrata, niſta, perditæ, nihil resistant, sed uelati captiua rationis imperio obtemperant. ille bellum gerit in uoluptates corporis, quas non omnino perdomuit, sed nunc non potest ab illis. Arist. lib. 7. καὶ τὸ μὲν βίον ὅλος, οἷος μὴ ἔχει ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ὁ δὲ ὅλος ἔχει ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. id est, Temperantibus est qui prater rationem, non oblectetur corporis uoluptatibus, contingens uero qui oblectetur, sed non ducatur. Fortis est (ut ostendit idem libro tertio) qui perfert ea que decet, quo tempore, quo loco, quo modo, quem ad finem res postulat, uersatur in periculum & in us que terrorem solent incutere. Quid fortes iam domuerunt metum, iram, precipitem audaciam, habent rationem & appetitum consentientem magis quam continentes. turbationes animi uideere fortes, non item continentes) Quid est quod indicat his uerbis? patris & amicorum non ut rerum mathematicarum quempiam dicimus habere rationem. Ostendit & in mente & in appetitu rationem dici. Cognitio rerum mathematicarum cadit in mentem non in appetitum, quapropter in mortalibus solus homo geometriae particeps est & arithmetica. bestia neque tenet numeros, neque magnitudines metiuntur. Qui dicit igitur alicui inesse rationem rerum mathematicarum, de ratione mentis loquitur, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum uidet, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque presentibus adiungit atque annectit futuras, numerat, subducit calculum, formas distinguit, paria discernit ac imparia. Habenda ratio patris & amicorum, id est, uidentium, curandam, animaduertendam quid patri quid amicis officij debeatur. Sunt qui habent rationem patris, ut quorum appetitus rationi parent: sunt qui non habent, ut qui perturbationibus feruntur. hac igitur ratio communis est mentis & appetitus. scientia sunt habitus mentis & intelligentia: Charitas & amicitia sunt uirtutes moris, que & in appetitum cadunt. ex quo fit, ut in appetitu qua-

dam ratio esse uideatur. Comparat igitur scientiã cum uirtute morali, ut id demonstrare possit. Quæ quum ita sint, quid sibi uult interpretis ille qui sic græca uerit, rationẽ dicimus compotem quidem & parentis & amicorum non tanquam mathematicorum? Interpretatur, an peruenit omnia? Qui uerba fundit, & quid loquatur nescit: insanus. Quid differunt admonitio, obiurgatio, adhortatio? admonitio est lenis, & uelut familiaris quædam ratio consilij quo uel memoriam excitamus, uel perturbationem corrigimus. Obiurgatio est castigatio quæ fit uerbis paulo diuor quam admonitio, sed tamen contumelia carens. Adhortatio est oratio qua aliquem ad agendum uehementius quasi calcaribus adhibitis, incitamus. Respicuum est autem his tribus esse locum, si quis aut consilio careat inops animi, aut perturbatus agat perperam, aut magis quam uelimus e-
 languescat: quæ uitia non sunt rationis, sed appetitus. Itaque si quis aut mouentem, aut obiurgatẽ, aut hortantem subaudiatur, sic, ut corrigatur, necesse est illius appetitum rationi parere. Nam ratio mouet, obiurgat, hortatur, appetitus audit ac ueluti parenti aut preceptori obtemperat. Distinctio uirtutum qualis sit, paulo post explicabitur: hic philosophus proponit quæ sit postea dicturus, nõ explicat, hac itaque differamus in aliud tempus, ne (quod imperiti faciunt) ubi tacendam esse loquamur, ubi loquendum taceamus. Audientes) obediẽtes. Habemus exemplum Cicero, Demestricum te habere dixisti exemplam ad imitandũ. Quidam gallicẽ nõ latine sic dici putat, quasi Cicero gallicẽ sit locutus. Inuestigatio) Cicero, Inquisitio & inuestigatio ueri, hominis propria est. Ac eo magis) Cice. Tenuitas huius eo magis elucet, uo magis occultatur. Honoratior) Cicero, Dionysius apud me honoratior fuit, quàm apud scipionẽ) Patatius. Penitus perspicere) adũ τὰ ὄρα, penitus uel logosime. Nihil ad rem interest) sic Cicero. Quidẽ certe) ἄλλ' οὐ ualet ἄλλ' ἄθ, alij male uertunt igitur, alij rursus, uo etiam saepe uacat. In somnis) Cicero, is uera & certa cernit in somnis. Particeps quodammodo) τὸν ponitur pro τῶς. Incontinentis) πλατ. in Asin. At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretij, Madidum, nihili, incontinentem, atque oforem uxoris) sicut est qui falso iudicat uerbum esse barbari, quæ propter dicit impotentem, & in septimo libro miras tenebras of-
 fundit.

fundit. Profecto enim.) Cicero. Profecto enim negare non potes te ex lege) Rutilia sortiri iudicium debuisse. sic uerbo ἀπὸ τῶς γὰρ, quod alij conuertere nescierunt. Consona sunt.) Translatio à musica concertu. Fortasse) ians. Quum dicit hoc Aristoteles non semper dubitat, sed loquitur more ueterum, senum præsertim. Nam dicit in rhetorica de senibus loquens, ἰσχυρὸν δὲ οὐδὲν, ἡδὲ ἀμείψασθαι τῶν πρὸς τὴν δίκην ἀδὲ τῶν ἡδὲ τῶν. Ac si nihil scient, dubitant, ac semper adiungunt illud: fortissim, fortasse. solertia.) οὐ γὰρ ὡς à Cicero sic dicitur solertia. sunt qui reddunt sagacitatẽ, sed minus propriẽ. solertia est acumen ingenij. Cic. Chaldaei in syria cognitione astrorum & solertia ingenuorum antecellunt. Virtutes.) μέτις & μορίς. Aristotel. Ethic. lib. 6. τῶς μὲν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἐφ' αὐτῶν, τῶς δὲ τῶς ἀγρίων. i. uirtutes alias esse moris, alias esse mentis diximus.

IACOBI LODOICI STREBÆI COMMENTARIA IN ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ. LIB. II.

S

UPERIORE libro uirtutem diuisit, partibus animi) Cap. i. distribuit. Et ut animi due sunt partes, ita duo uirtutum genera fecit. Eam partitionem, ut membra distinguat & eorum naturam declaret, nunc repetit. Quoniam uero causa antecedit, à causis initium cepit, ostenditque differentiam uirtutum mentis & moris à causis earum. Virtus rationis (inquit) ortum ex maxima parte habet è doctrina & incrementum. Virtus moris à more comparatur. differt igitur à superiore, quod & aliam habet in animo sedem: & aliam causam siue originem. Hanc à more comparari probat argumento ex etymologia sumpto quum dicit, uirtute moralem ἢ. Des dicit ab eo quod est ἢ. Des id est, mos, paulum nomine deflexo. Explicata differentia, multis rationibus confirmat nullas uirtutes morales nobis ingenerari à natura, quanquam fuerint qui dicebant uirtutes omnẽs à natura dari, ad quos resellendos tractat hanc quaestionem, ut doceat se recte causam uirtutis ostendisse. Aut enim deo naturæ tribuente, aut doctrina & consuetudine, aut fortuna, uirtus habetur. de deo prima omnium causa non est hic agendum. Suprà demonstratum est neque felicitas

tem, neque virtutem fortunæ attribui oportere: nunc demonstrandum ad naturam non esse referendam, ut relinquatur id quod tertium est. ad id valet illa nominis ratio sine notatio, de qua paulo ante diximus. Altera probatio est nihil eorum quæ natura rebus insunt, aliter affuecit. hanc propositionem confirmat sumpto corpore granum ut lapidum, & altero leui, ut ignis. homini autem mores immutantur. Non igitur secundum naturam nobis ingenerantur virtutes. Ex his effici potest syllogismus in secunda figura ductus à differentia. Quod dici posset virtutes accipi non posse, si natura desit: occurrit, non esse contra naturam quidem, ad eas percipiendas aptos esse nostros animos, consuetudine expoliri. Alia probatio: primum accipimus facultates eorum quæ nobis ingignuntur à natura, deinde actiones edimus, id quod in sensibus cernere licet. In virtutibus contra, quod planum facit ex artificio similitudine. ducitur hæc ratio à contrariis, cuius utraq; pars, propterea quod negari potest, alia ratione confirmatur. Est igitur enthymema triplex. Quod exemplo confirmat hoc modo. Legumlatores quem cives rebus honestis assuefaciunt, eos efficiunt bonos, ex quo fit ut alia re publica bone sint, alia male: virtutes igitur post actiones accipimus. Alia ratio: Virtus gignitur ex bonis actionibus, interit à malis, ex eo quod homines bene adificati, boni efficiuntur architecti, quod male, mali: non aliter citharædi, quam obrem dant operam doctoribus, quod non facerent si natura ingenuisset artes. sic efficiuntur habitus in cupiditate & ira ac ceteris affectibus. apparet igitur virtutem quæ sit habitus, à consuetudine non à natura creari. Ducitur hoc argumentum à similibus comparatione, & inductio est à multis ad unum. Ex his colligit, bonis actionibus utendum, & honestis rebus assuecendum. Cur duo virtutum genera ponuntur? Quam virtus sit habitus & qualitas animi, animus autem diuidatur in duas partes, in eam quæ rationis est particeps, in eam quæ non habet in se rationem, sed habenti parit, si in altera non omnes sunt virtutes, necesse est alias in animo superiore, alias in inferiore poni, & ut sunt ἀνωτάτων duo, sic duo virtutum genera dici. Non omnes autem una parte continentur, quandoquidem alia sola ratione & contemplatione perfici possunt, alia actione corporis egent. itaq; duo genera faciendæ. Prætereque quam doctrina pariat non-

riat nonnullas, mos alius, nec sit eadem ratio doctrinæ & consuetudinis in efficienda virtute: necesse est diuersas esse virtutes, & in genera minimum duo partiri. In animo superiore, id est mente, sunt prudentia & sapientia, in inferiore fortitudo, temperantia, iustitia & quæ pertinent ad illas. Quam superiores Academicus (inquit Cicero lib. 1. Acad.) non omnem virtutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura aut more perfectas, omnes Zeno in ratione ponebat. Ex his verbis apparet Aristotelem secutum fuisse diuisionem veteris Academicæ, nec desuisse qui existimarent omnes virtutes esse rationis, quas plerique nouant intellectuales. Theages duas faciebat animi partes, unam ducem, alteram ἡγεμόνων, id est, comitem & velut ancillam. in priore ponebat principes virtutes, ut prudentiam: in posteriore, sectatrices, ut fortitudinem & temperantiam. Addebat tertium genus mixtum in quo staturat iustitia, quæ virtutes omnes complecteretur. Fuerunt qui dicerent animi tres esse partes, unam rationis participem, ira alteram, cupiditatis aliam. in prima staturabant prudentiam, in secunda clementiam & fortitudinem, in tertia temperantiam & continentiam. In animo toto liberalitatem, iustitiam, magnanimitatem. Virtus mentis ortum habet ex maxima parte à doctrina. Cur hoc addidit ex maxima parte? Ut prudentiam magna comparetur, non doctrina modo opus est. sed etiam natura & inuestigatione. Nec enim rerum veritatem perspicere poterit tardus, hebes & obtusus, quapropter Academicus (teste Cicero) natura celeritate ad discendum & memoriam dabant, quorum utriusque mentis est proprium & ingenii, nec deses & segnis ac cognitio nis & scientia parum cupiditas assuectur prudentiam. cura, attentio animi, cogitatio, vigilancia, labor, diligentia in omnibus rebus plurimum valet. Diligentia (inquit Cicero) reliquæ virtutes omnes continentur. Itaque pars tribuenda natura, pars diligentie, pars tertia doctrinæ. Quod autem doctrina tempore longo percipitur, nec sine usu & exercitatione perfici potest: dicit hinc virtutem in ratione positam temporis indigere & exercitationis. Neque igitur sapientia, neque prudentia tota nascitur & augetur à doctrina, quippe quæ aliqua ex parte oriatur à natura & inquirendi veri diligentia, atque tempore & exercitatione perficiatur. Vir prudens (inquit Architas p. 7)

thagoreus efficitur hoc modo. Primum, si ingenio felici, memoria firma, diligentia multa praeditus, statim a puero rationibus, disciplinis, contemplationum subtilitatibus, sapientia recta det operam: tandem in rebus diuinis & humanis experientia causa uersetur. Hæc Architas probe. Sunt qui putent à mente pura prudentiam gigni ut Iamblichus, quod perobscurum uidetur. & huic disciplina parum accommodatum. si prudentia tam multis rebus eget, qui sit ut ex maxima parte oriatur à doctrina? Quædam prudentia est uulgaris & imperfecta, quæ natura plura debet quàm doctrina: prudentia uera atque perfecta, contra. Id ergo dicendum quod Quintilianus de eloquentia. si parti utrilibet omnino alteram detrahatis, natura etiã sine doctrina multum ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. sin ex pari coæt, in mediocribus quidem utriusque, maius adhuc natura credam esse momentum, consummatos autem plus doctrinae debere quàm natura. putabo: sicut terra nullam fertilitatem habenti nihil optimis agricola profuerit, et terra uberi utile aliquid etiam nullo colente nascetur. At in solo fecundo plus cultor quàm ipsa per se bonitas soli efficit. Hæc ille. Apparet igitur Aristotelem de uulgari prudentia quæ potius est solertia quædam quàm prudentia, non loqui, nec eam solum dicere doctrinam, quæ in scholâ à præceptoribus traditur, sed eam quoque quæ ratiocinando, aliud ex alio colligendo, audiendo, legendo, obseruando, agendo percipitur. Optimus est magister usus, quo sit ut sint prudentiores ij qui in agendis multis & magnis negociis diligenter sunt uersati, quam qui in studio literarum tempus omne consumpserunt. Nam tam iustitia quàm prudentia mentis est: Nequaquam. Prudentia contemplationis est: iustitia actionis: prudentia regit, iustitia regitur. Mētis est regere & contemplari: appetitus, obtemperare, & exequi. Contra, iustitia moris est non item mentis, quia assuescendo non ut prudentia, discendo, comparatur. Non enim iustus efficitur qui docetur, sed qui tempore longo iusta perficit & æqua. Nec qui rerum ueritatem nouit, is semper est iustus, sed qui nouit ea quæ recta sunt, & agere iuste consueuit. Prudentia est uidere quæ sint fugienda quæ sequenda, iustitia & aliarum uirtutum moralium est sequi mediocritatem, extrema uitare. Ex his facile est intelligere cur prudentia aut sapientia

mentis

mentis potius quàm moris esse dicatur. Vnde nomen accepit uirtus moralis? A more, id est consuetudine, quia haberi non potest, si non assuescas agere recte. A Græcis dicitur ἄδης ab eo quod est ἄδης in u mutato. ἄδης autem mos est sine consuetudo, ἄδης cōsuetudo. sunt qui putant ἄδης dici ἄδης τὸ ἄδης quod est futurum tempus uerbi ἄδης, id est mitto, quod singula uirtutes emittant aliqui actionis. Hanc notationem ut frigidam non sequitur Aristoteles, cuius orationem male multi uerterunt. Qui priores emendare uult, inuertit hoc modo. Morales ac uoluntariae moribus, à quibus nomen duxerit, quod paulum à consuetudine deflexit, omnino comparatur. Per deos immortales, quid sibi uult, Mos à consuetudine deflexit? cur addit illud uoluntariae? cur illud, omnino dicitur uitur numero multitudinis, quæ singulari esset utendum? cur ipsam rem non uerba respicit? En qui gloriose dicuntur debere se Aristotelem tueri, quem mille uulneribus cōfoderunt, quorum labores inanes suis leſtant pauci, miseri si non intelligunt, improbi & scelerati, si quæ sciunt esse praua, docent. Nulla uirtutum moralium nobis ingeneratur à natura. Cur potius de uirtute morali quàm de ea quæ in ratione posita est, loquitur, si neutram accipimus à natura? An quod ante dicturus est de uirtutibus moris, quàm rationis? Anteposit eis quidam: aut quia à teneris assuescere debemus, necdum natura prudentia, aut quia notiores sunt, magisque populares. An potius dicendum de utraque loquitur: nā quàm similitudinem ducit ab artibus quæ traduntur à docente, uidetur indicare neque sapientiam neque prudentiam conſtare natura. Et supra demonstrauit doctrina maxima ex parte attribui debere. Mihi uidetur de uirtute morali magis laborare, propterea quod plus habet dubitationis. Quis nescit hominem pudem & indoctum, qui nullo genere discipline aut exercitationis informatus est, nō esse prudentem? At multi uidentur suapte natura propensiores ad clementiam, ad liberalitatem, ad fortitudinem, multi ad uitia cōtraria. Quapropter maxime dubitari potest an eiusmodi uirtutes tribuantur à natura, quæ ambrem ueteres Academicis dicebat esse natura aut more perfici, ut supra demonstrauimus. Sunt timidi quidam adeo ut nunquam fortes efficiant, quidam tam procliuēs ad uenerem, ut nemo possit eos continere. Istos mores parit corporum uaria natura.

p 19

Alij quidem secos, alij humidos, alij frigidos, alij calidos sequuntur. Hinc medici, hinc philosophi naturales, hinc physiognomi de moribus argumenta ducunt. Non equidem negat plurimum valere educationem, sed interim locū reperit ij qui putant naturā graviter obistere, si propellere contendat. Ne mireris igitur, hanc potius tractari quaestione. Cur exēpla sumit à rebus gravibus levisibq; , ut à lapide & igni? Non debuit ea sumere quae natura iam natus parit, ut dentes & barbā, nec ea principia quae affert cōtraria, ut sanitatis & morbi, sed quae insita nascētibq; tributa sunt, ut lapidi gravitas, igni leuitas. Hae enim posita ante oculos, ac maxime naturalia, quibus nihil accidit cōsuetudinis. Sūt igitur haec idonea magis exēpla. Quod autē quispiā discreet non extrinsecus adducendam fuisse similitudine, propterea quod nō satis ostēdit res diuersi generis, accedit propius & utitur ijs quae sunt in homine ipso. Sēsus enim tribuitur à natura, qui nō assuescendo perficiuntur actiones, sensuum facultates accipe videndi potestatem, audiendi, odorandi, gustandi atque tāgendi. Hae instrumentis aptis adiutus animus perficit. Virtutes autē post actiones accipimus, ut & in ceteris artibus. Estne virtutis ars quae cū ceteris artibus cōparari possit? Quidni? Praecepta de officijs tradūtur à multis, & in artē scientiamq; referuntur. Ea vocatur *ἰδιώμη*, id est moralis, quod de vita & moribus sit instituta. Nam quum multa sint inquit Cic. de Off. in philosophia & graeua & utilia, accurate copioseque à philosophis disputata, latissime patere videntur ea quae de officijs tradita ab illis & praecepta sunt. Hae uerba demonstrant nullam esse potiore artem nullamque fusioerem. Si quis non audeat philosophos, sed domi à nutrice aut parente doceatur, accipiet, si non omnia, tamen per multa morum praeccepta, quae legumatores, doctores, uiri eruditi, consuetudo uindēt & usus populū multitudineq; docuerunt. si prudentia exoritur à doctrina, nullus habebit uirtutes omneis sine doctrina. si uirtus moralis est à consuetudine, consuetudo disciplina quaedā est. si natura non ingenuit uirtutes, eas doctrina quaedā peperit. In omnibus igitur quibus inserūt boni mores, inserit doctrina quaedā & morum sciticia. Quamobrē nihil est cur Argypophilus relinqueret uerbū, ne diceret, ut & in ceteris artibus, sed ut in artibus, quasi nulla uirtutis esset ars, quae sit maxima. Hae

Arist.

Arist. est sentētia. Virtutes post actiones accipimus, quū morū praecptionibus erudimur, ut & in ceteris artibus discēdis, uirtutes & facultates earum post actiones assequimur. Omnimē ne legumlatoriū uolūtas est ut ciues efficiatur boni? Multa sunt genera legumlatoriū sicut & rerum publicarum. ubi pauci diuites obtinēt principatum, & census habetur ratio, non eō tendit legislator ut ciues efficiat bonos sed diuites, quōd in ea Republica non ita uirtutes ut diuitiae sunt in precio. Arist. λέγει ἡλιζαχίας ἢ πλ. & ὁ πολὺς, id est imperium paucorum ad diuitias tendit. In tyrannide qui fert leges tyrannus sua spectat commodā: quales sint ciues, modo patienter iugum ferant, non laborat. In Rep. populari sepe uiri populares ferūt leges ad concitandam multitudinem, ut omnium sit aqua non modo libertas, sed etiam potentia. Apparet igitur, non omnīs legislatoris, sed boni & sapientis hanc esse uoluntatem. Hoc ipse demonstrat: adiungit enim, id qui minus recte faciunt, peccāt: & hoc re publica à repub. differt, ut quae bona est à mala. De repub. bene cōstituta ac de sapiente legislatore dixit hanc sententiam. in eam scribit haec Cicero primo libro de legibus. profero ita se res habet, ut quoniā uirtutum emendatricem legem esse oportet, commēdatricemque uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. Quae uerō bona sit re publica, tradit Aristoteles de rebus civilibus 7. lib. Positum sit, inquit, fundamentum, uitam optimam, etiam quae publicae ad ciuitates pertinet, inuētā esse cum uirtute, cui tantū rei suppetit, ut agere ex uirtute possit. Bonam ducit temp. in qua bene & beate uiuitur, in qua neq; uirtus neque res deest. Quae uis est orationis huius? Ex iisdem rebus & ab iisdem uirtus omnis & ars item nascitur & interit. Nō mihi dubiū est quin uirtus moralis actione perficiatur, & quin sit habitus agendo comparatus. Nascitur ergo ex actionibus bonis: interit ex contrarijs, ut ex moderatione uoluptatum corporis temperantia, ex eorumdem immoderatione generatur intemperantia. ubi regnat intemperantia, necesse est interire temperantiā, hoc est, nullam esse, aut quia excoriri non potuit, aut quia nata perijt. Quae sint actiones bonae & actiones mala sub eodē genere, ex iisdem rebus id est bonis actionibus generis eiusdē, nascitur uirtus, & ab iisdem, hoc est malis actionibus in eodem genere positis, interit. Nō autem

solam actiones bona & mala sunt generis eiusdem, ut virtus & vitium, sanitas & morbus, albor & nigror, sed etiam actiones bona ad unum pertinent genus, & ad unum mala. Nam singuli fortitudinis actus sunt actiones, & singuli temeritatis aut ignavia, sunt actiones. Eadem genere dicere se ostendit his verbis, Ex eo quod bene edificat boni, quod male, mali futuri sunt architecti. Bonum & malum eodem genere continentur, nempe qualitate. Iustitia ne in commercijs & pactionibus versatur? Aristoteles libr. 5. cap. 2. scribit genus esse iustitiae quod in commercijs & pactionibus versatur, de quo nunc loquitur, Quomodo facimus, inquit, ea quae ad commercia atque pactiones hominum spectant, efficiuntur alij quidem iusti, alij vero iniusti, iusti, si sine dolo malo, versentur in rebus contrahendis, ut in venditione, emptione, commodato, deposito, conducto, debito, iniusti, contra. Nominis commercij & pactionis complectere consuetudines, hoc est omnia de quibus negotij contrahendi transgrediendi causa consentiunt, qui inter se agunt, siue re, siue verbis fiant, siue nomine generis uocentur, siue proprium habeant nomen. Ad quid refert clementes? quomodo dicit, non aliter in cupiditatibus & ardoribus irarum fit: nam temperantes alij efficiuntur & clementes, intemperantes alij & iracundi? Temperantes & intemperantes ad cupiditatem, clementes & iracundos ad iram spectant. Clementia uirtus est eius partis animi qua irascimur, efficiunt ut agere ad iram concitemur, iracundia uirtus partis eiusdem ad iram precipitans. Temperantia qua partem cupidam in uoluptates malas uentem cohibet. Intemperantia, uirtus partis eiusdem, quo uoluptatibus malis frui concupiscimus. Cupiditas, siue libido, est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans: ira libido puniendi eius qui uideatur laesisse iniuria. iram in corde, Cupiditatem in icore plato collocabat. Quis fit ut actiones habitum gignant, habitus actiones? habitus est qualitas permanenter quam affectio & disturbior, qualis est uirtus & scientia, quae ubi radices erit, uix euelli potest. ut signatur uis habitus, necesse est esse quod assuescere possit, & eiusmodi suscipere qualitatem. suscipiet autem dicendo & arido. Nec enim si non sit docile, nec si docile sit & non exerceat, suscipiet. Ita grammatica, discendo praeccepta & emendate loquendo, comparatur: prudentia

dentia cognoscendo, & prudenter res agendo. Praeceptionibus igitur & exercitationibus habitum uirtutis referimus acceptum, & exercitationibus magis, quae causa est cur actiones potius quam praecptiones esse causam dixerit. Quomodo haec fixus habitus impellit nos ad agendum tale quiddam quale fuit illud unde profectus est: nec impellit modo, sed etiam nos ad id faciendum reddit aptos. Ita qui maceratur ex actionibus genuit actiones. Dicitur musica & saepe canendo fit musicus, factus autem decenter & apte canit. Quale sit hoc, explicat Arist. paulo post, cap. 2. actio prior a posteriore differt, quia quae sequitur est perfectior, sed faciem generis eiusdem. Cur magnam uim tribuit consuetudini? plurimum ualeat omnibus in rebus consuetudo. Consuetudinis magna uis est (inquit Cic. Tus. 2.) Consuetudo laborum, perperessionem dolorum efficit faciliorem. ibidem multa ponit exempla, quibus ostendit quae pertulerint pueri Lacedaemonij, uirgines Lacedaemones, milites Romanus, uenatores, pugiles, gladiatores: tandem acclamat hoc modo, Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualeat. Quintil. lib. 1. Habendum in animo semper illud Virgilianum, Adeo in teneris consuescere multum est. Seneca de benef. lib. 5. Consuetudo uitae humanae, lege omni ualentior dat aditum. Scitum illud, Consuetudo quasi altera natura & illud, Quo semel est imbuta recens seruuabit odorem Testa diu. Ex maxima parte Cic. Illi homines perdit, & ex maxima parte serui. Ortum habet Cic. Ortum habere gignique diximus. Ortum uulgus generationem uocat. Exeritationis experientia. Nominis deflexo Cic. Amnes in alium cursum cotortos & deflexos uidemus. Natura insunt Cic. Aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini. Ad superiora ferri Cic. Omnis odor ad superiora fertur. Millies in ueribus, decies millies, Verimus tamen millies, quia Latini sic loquuntur. Terent in And. Ex ipsa millies audiui. Idem in Eunuch. Plus millies iam audiui. Ad eas nati Cic. Genus hominum est ad honestatem natum. Actiones edimus, id est agimus. Cui rei testimonio est μαθησια. Cic. Cui rei testimonio sunt literae, est qui malit sic inuicere: Hoc ipsum declarat & docet. Hoc resp. differt Cic. Rhetorica & dialectica hoc differunt inter se. Citharedi boni Virg. Boni quoniam conuenimus ambo, Tu calamos inflare lenes, ego dicere uersus. & α. α. δ. ο. s. quidā

vertit claros, ne bonos dicat. Considerere) Hoc uerbum dicitur & in bonam partem. Cic. Nisi uestra uirtuti constantiaque considerem. Ardoribus irarum) Cic. Pars animi in qua irarum existit ardor. sic locutus sum, quoniam tertius casus numeri multitudinis huius non minus ira non est uisus. sic, hoc modo) οὐτω δ' ἔγωγε οὐτως. Non ita reddo, sic an secus, quia non id significat uerba graeca. sunt qui uirtuti enthymemate sophistico. Cic. dicit, sic an secus, οὐτω δ' igitur & οὐτως sic conueniunt necesse est. Vno uerbo dicam) Teret. Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis? Permagis interest) Cicero. Permagis interest quod tempore haec epistola tibi reddita sit. Parui referi) Cic. parui refert patere ostium. Cōsueſcamus) Virg. sic loquitur, ut supra demonstrauimus. Cic. semper dicit assueſcere non cōsueſcere, inquit falsus interpret. falsum quidem confirmat Cic. in Orat. Demosthenes uersus multos uno spiritu pronuntiare consueſcebat. Hic consueſcebat pro assueſcebat posuit.

Cap. 2.

QVIA ex actionibus cōsimilibus efficiuntur habitus, ut supra demonstratum est, explicata uirtutis origine de actionibus est disputandum. Opus est, inquit, de actionibus disputare, & uidere quibus modis debeant exerceri. Rationem affert, Non contemplandi sed agendi causa suscipitur haec commentatio. Eam confirmat hoc modo, Non quo sciamus quid sit uirtus, sed ut boni efficiamur, eam perquirimus. hoc probat sic, si uirtutem sciendi causa tantum, disceremus, nullus esset usus eius. Est igitur enthymema ex propositione & ratione tripartita: quod alia ratione nunit, quum dicit, actiones esse causas principes unde certi cuiusdam generis efficiuntur habitus. Vbi argumentationis huius est in causis. Nam si uirtutis habitus efficitur ab actionibus, & refertur ad actiones, uidentium, cuiusmodi sint actiones. Vbi probauit unam partem propositionis illius, Opus est de actionibus disputare, & uidere quibus modis debeant exerceri, non probat secundam, sed docet Rationis actiones qui debeant exerceri. Hoc commune sit, inquit, atque ponatur, omnium qui uirtutes sequuntur, esse, rationi conuenienter agere. hoc est, ponatur hoc fundamentum, quod communiter seruet omnes in omni uirtute persequenda, nihil ari recte, quod non sit rationi consentaneum. Queret aliquis, quid sit ratio, & qua recta dicatur. Quod

alius

est de ratione recta disputandi locus, ubi de prudentia agetur, respōdet se de ratione postea dicendum, quid sit ratio recta, & ut ad reliquas uirtutes sit affecta, demonstraturum. Dicit ille, ostende quid sit rationi conuenienter agere, ut sciamus quomodo actiones exerceri debeant, quādoquidem putas id esse quaerendū. Nulla est inquit, in rebus agendis qualis est in mathematicis, subtilis & certa demonstratio, quia non id patitur materia, cui accommodari debet oratio. Id apertius demonstrat ex similitum comparatione, ut res salubres, sic & actiones, & ea quae uita sunt adiumento, nihil habent firmitatis, id est, ut non semper eodem modo sunt adhibenda medicamenta, aut uictus ratio seruanda, sic ea quae ualent ad bene uiuendū pro tempore uarianda. Quūque sint duo genera disputandi, unum de toto genere, alterum de rebus singulis, illud facilius, quia genera sunt pauciora, hoc difficilius, propterea quod indiuina quae dicuntur, numero comprehenduntur & arte non possunt: neutrum in rebus ciuilibus sic tractari posse confirmat, ut consiās & semper eadem sit ratio qualis est in geometria. Quid ergo? Quoniam quid & quomodo sit agendum, cerō demonstrari non potest, pingui minerva demonstrandum est. sit igitur hoc praeceptum: Qui recte agere uolunt non aliter explorare debent temporis opportunitatem, atque illi qui in arte medendi gubernandique uersantur. Alterum est. Ab eo quod parum uel minimum est, interire uirtutes, operae precium est cognoscere. Hoc ut minus perspicuum demonstrat argumento à simili ducto. Cum robore & sanitate comparat uirtutes. Ex eiusmodi collatione planum facit à mediocritate laudabiles actiones generari atque conseruari: habitus ex actionibus pingui, ubi confirmati sunt, actiones parere priorum cōsimiles. Hoc pinguis est docendi genus, quia non ostendit perspicue, ubi sit mediocritas, & quatenus progredi oporteat. Non, ut alia, sic contemplandi causa suscipitur haec commentatio. Nam cetera disciplina propter contemplationem discuntur: tria sunt genera disciplinarum, unum positum est in contemplatione & inspectione, qualis est astrologia, quod non actione, sed studio perscitur. à Cracis δεσπερνός appellatur. Alterum in agendo, quod actu conficitur, & nihil operis actione perfecta relinquit, qualis est saltatio. dicitur à Cracis ἄρματα. Aliud in effectu

quod opere consummato & manente, finem capit, qualis est pictura. *πικτωρικὸν* vocatur. Quintil. lib. 2. Quum sint autem artium alie potius in inspectiōne, id est cognitiōne & estimatiōne rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu contenta, quæ *θεωρητικὴ* vocatur: alie in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ *πρακτικὴ* dicitur, qualis est saltatio, alie in effectu, quæ operis quod oculis subiicitur, consummatione finem accipiunt, quam *πικτωρικὴν* appellamus, qualis est pictura: iudicandus est rhetorice in actu consistere. Hæc quum ita sint, non omnes reliqua præter morale, propter contemplationem discuntur, sed etiã multa propter actionem, ut quas tractant artifices, ut sutores, fabri, architecti, pharmacopole: quas exercent citharadi, tibicines, musici, saltatores, pictores, plastæ, statuarij, poete, oratores, dialectici, iurisperiti. Contemplandi causa suscipitur astrologia, scientia naturalis, metaphisica, theologia, cosmographia, & quæ sola contemplatione contenta sunt, ut chironiãtia, physionomia, & quam perpheticam vocant. Hoc igitur Arist. dicit, scientia morum non ut alia quedam, sic contẽplandi causa dicitur. *Qui δὲ ἐστὶν αἰ ἀλλὰ* uertunt, ut cetera, non uidentur rem diligenter inspectisse. ceteros ut alios dici putat. Hoccine uerum, nullum uirtutis usum fore, si sciẽdũ modo gratia dicitur? Quemadmodum scientia quæ in contemplatione posita sunt, animis nostris sunt utiles atque incunde, sic etiam contemplatio uirtutis frugifera est & suauis. Id ostendit Cic. de Off. lib. 1. Ab actione uirtutis sepe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus: tum agitatiõis mentis quæ nunquam quiescit, potest nos in studijs cogitantiõis etiam sine opera nostra continere. Idẽ in eodem lib. uertam quidã ipsam & tanquam faciem honesti uides, quæ si oculis cerneretur, ut ait Plato, mirabiles amores exciaret sapientiæ. Quod autem ponit Aristoteles felicitatẽ in actione uirtutis, hoc dicit, uirtutem esse inutilem ad felicitatem civilem, si non actione perficiatur. uerum est illud, uirtutis laus omnis in actione consistit, ut enim medicorum scientiam nõ ipsius artis, sed bonæ ualitudinis causa probamus: & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, utilitate non arte laudatur: sic sapientiã, quæ ars

uiuendi

uiuendi putanda est, non expeteretur si nihil efficeret. Hæc M. T. lib. 1. de Fin. Quæ pertinent ad hanc quæstionem fusius explicabuntur lib. 10. cap. 7. Quæ uis est orationis huius, uæ quidẽ sunt causæ principes appello quas Aristoteles *κρείταις* dicit, hoc est principales, ut sit, actiones sunt causæ principales unde efficiuntur habitus, aut boni aut mali, aut maiores aut minores, aut constantiores aut minus constantes. Qualitates eiusmodi complecti nolumus, quum certi cuiusdam generis habitus, hoc est *ταῖς ἀρεταῖς* dicimus. Sãntne sole causæ? Nequaquam. Concurrat natura, studium, diligentia. Nam si duo discant artem, eidem magistro dent operam, pari spatio temporis agat, non semper habitum similem ducent. si alter sit ingenio acutiore, maiore diligentia, studio eximio, sibi comparabit habitum perfectiorem. Hinc apparet non actionem modo, uerum etiam ingenium, amorem agendi, curam, esse causam cur habitus aut scientiæ aut uirtutis habeatur. Quis ignorat alios ad uirtutem propensiores esse? uere cundiores, ardentiores, honestatis amantiores? alios hebetes, impudentes, scenes, ad turpitudinem proclines? hoc medici referunt ad temperamentum corporis, Astrologi ad motum & conuersiones Astrorum, Theologi ad diuinam prouidentiam: qui mores docent, ad educationem. Cur ita? multa sunt habitus causa, quæ distrahũtur à multis ut philosophiæ partes. Quamobrem non dixit Aristoteles, actiones esse causas habituum solas, sed principes, quod in scientijs & uirtutibus plurimum ualet exercitatio, in qua si sunt omnia, nihil & natura & arti relinquitur. Vbi postea de ratione dicitur? Libro 6. docet esse duas animi partes rationis participes, unam quæ uidet ea quæ alter sese habere non possunt, alteram, quæ perficit ea quæ alter sese habere possunt, in illis esse artem, scientiam, prudentiam, sapientiam, intelligentiam, quibus animus enunciat uerum uel affirmando uel negando: sic constare ueram rectamque rationem, quæ præscribit quam uirtutes moris sequantur mediocritatem. Ex ijs uult intelligi quid sit ratio recta, & ut ad reliquas uirtutes sit affeeta. Qui librum scripsit cui nomen est *ἰσχυρὸν ὑπελάω*, dicit in animi parte meliøre esse rationem, tumque rectam uideri, quum pars rationis expert non est impeditio quominus obeat suum munus,

q. ij

est igitur ratio recta, vis animi superioris qua vera & falsa, recta & prava, sequenda & fugienda cognoscit. Id autem facere non potest nisi sit erudita, exercitata, a malis cupiditatibus libera. sed aliud transcamus, quando quidem putat hoc in aliud tempus esse differendum. Ea qua vite sunt adiumento nihil habent firmitatis. quoniam non omnia per te, hoc est humane vite accommodata ac utilia. Ea sunt in quibus versantur actiones, ut actio fortitudinis in bello, iustitia in conuentionibus, temperantia in uoluptatibus. Nec bellum semper utile, nec conuentio, nec semper mala uoluptas. Ut ceruò demonstrare non possumus, quando & quatenus fortiter agendum sit, sed ratio uera perspicit medicoritate, sic perspicue ostendere nemo potest quando bellum sit utile, quando pax melior, quando uectigal satis magnus, sat multa copia. Nec & familia cadunt in deliberationem. De certis autem deliberat nemo. Non sunt igitur firma & stabilia, sic, ut immutari non debeant. Quanti cibi, quantum potionis (sumet homo temperans) quoad progredi oportet in cultu corporis (ornatu suppellectilis) extructione tectorum (paradis opibus) in risu ioco? ludo? in obiuuandis alij? in muneribus & donis? Hac utilia sunt, ac in illis uersantur actiones. Sed nihil istorum sic habet terminum fixum, sic modum certum, ut possis demonstrare ceruò ubi semper quiescendum sit. Plus alimenti sumeret Milo Crotoniata, quam Piso frugi, lautius uineret Crassus ille diues, quam trus inops; liberalius ornaret se Cleopatra, quam mulier priuata; uasa Corinthia deceret Iulium Casarem, non item sutorem. Non idem cultus cotidianus, & festus, non eadem mensa, non eadem grauitas in templo & in thalamo. Variantur ergo actiones & qua ad humanam uitam pertinent, personis, atatibus, conditionibus, fortunis, locis, temporibus, negocijs: nec habent certum finem, nisi quem prudens definiat. Actiones igitur ciuiles & ea qua uita sunt adiumento nihil habent firmitatis. sic ratio uictus atque medicamentorum uaria est, aliud alij salubre est, habenda ratio temperamenti, atatis, sexus, loci, temporis, calis, consuetudinis, uirium, morbi. Non idem frigidò corpori conuenit quod calido, puero quod seni, uirò quod mulieri, Latetia quod Roma, aestate quod hyeme, calo nullo quod sereno, educato ruri, quod urbano, robusto quod debili, morbo comitiali quod febre laboranti. Locum,

inquit

inquit Hippocr. tempus, etas, morbus est spectandus. Quid est cur singula res neque sub artem neque sub ullam præceptionem cadit? scripti sunt libri de singulis literis, de rebus gestis hominum singulorum, de singulis herbis, uirtutibus, uitijs, rebus, causis, medicamentis, morbis. sed enim magna ex parte referbantur ad genus uniuersum, nec tam erant quam ut de descriptionis cuiusdam uel explanationis. Singula causæ ex arte dicendi possunt agi, nemo tamen de singulis præceptiones tradere potest, quia plures sunt controuersie quam quas numero complecti queas. Quis numeret singulos morbos, singula medicamenta, singulas herbas? Dixeris abvtronum speciem, non indiuiduum dialecticam nominaueris, ut qui dicit hominem non Socratem, planetam non Mercurium, montem non Caucasum, singula res tum propter multitudinem tum propter exiguitatem non rediguntur in artem. Ars constat multis & uarijs præceptionibus ad unum finem tendentibus, in ea genera partiuur in species, composita in partes, formæ in particulas. Neutrum istorum fieri potest in singulis. si describas naturam solis aut luna, non erit ars, sed artis particula ut astrologia. Præcipere possis aliquid de parsymonia, de singulorum uero frugalitate, ut Diogenes & Socratis, non possis. Ista, quod aliter haud possumus, genere metimur, ut quum medici uictum præscribant tyberio. Debet enim qui agunt explorare temporis opportunitatem. Quomodo τὸ πῶς καὶ ποῦ οὐκ ἔστιν ἐξ-
plorare temporis opportunitatem, hoc est inspicere occasionem, ut gubernatores solent. Qui res gerunt ciuiatis spectare debent occasionem, ut leges mutant in tempore uel interpretentur, mores corrigant, quedam uitia patiantur, tormenta uariant, pretia rebus accommodent, domos, uicos, ageres, muros adificent, exportent, importent, peregrinos uel admittant uel eiciant, uectigalia uel augeant uel imminuant. Hac & alia plura temporibus immutatur. In re familiari tuenda queritur opportunitas, quando ferendum, sarriendum, metendum, quando amputanda uitis, propaganda, purganda, uua colligenda, quando pecus domari, educi, necandi, mutari debeat, quo tempore res penus deprimi, familia uestiri, matrimonia iungi. Sic & in moribus singulorum, tempus est consulendum, legendi fortiter, iuste, temperanter agendi, plus minus facies ut postulat tempus. Alij mores in bello,

in cōiunio, in sodalitate, alij in pace, ieiunio, solitudine. In his tribus humana uersatur actio, quæ scitria simili, familiari, morali dirigitur. γὰρ ἐν καλοῖς inquit Pittacus, hoc est, nosce opportunitatem, sine qua mature nihil fieri potest. Opus est, inquit, ad obscura patefacienda testimonijs perspicuus uti. Summe in uiribus corporis & integra ualitudine testimonia certiora quàm in animi uirtutibus? Num tam perspicue uidemus quæ bona malæ sunt, quàm qua sanitatem pariunt aut demoluntur? Nonne corpori sicut & animo curando facultas artis adhibetur? Et corpori medicina, sic & animo scientia morum, præcepta tradit. sed est ratio diuersa. Quæ cadant in sensum, nobis sunt certiora. Sentimus autem uires auereri aut imminui, ualitudinem bonam aut malam, non item uirtutes aut uitia sensu percipimus. hoc sit argumentum? Vterque omnes exponere morbos suos norunt, pauci rationes morum (si roges) explicare sciunt. Quid est causa? ostendit Arist. lib. 1. Politic. Non ut corporis, inquit, ita animi pulchritudinem uidere facile est. seruandam esse mediocritatem in esculentis, potulentis, alijsque rebus, docet Hippocrates Aph. lib. 2. Nec satietas, inquit, nec fames, nec aliud quicquam citra modum naturæ uel ultra, bonum est. In eam sententiam Galenus, Quum sanitas, inquit, sit mediocritas, atque moderatio quadam, omnes immoderationes quæ à medio plurimum distant, esse morbos necesse est. Cic. de senect. Tantum cibi & potus adhibendum, ut resiciantur uires, non opprimantur. Quid ait, homo timidus efficitur? Estne timor naturalis? Est quidem certe, ut in lepore, cuniculo, dama, cerno, muliere, uiro debili & frigido. sed educatio plurimum ualet. Amationes bella gerebant ut uiri. Lacææ non metuebant ferrum, sed cū uiris fortiter pugnant, quod arma tractare consueuerant. Græci, quo tempore tenebant imperium, fortes erant: quum Romani uicissent eos, & arma detraxissent, imbelles mollesque facti. In locis finitimis qui à pueris arma ferre, & hostem ferire assueuerunt, pugnant interriti: Mediteranei, si hostis adueniat, panore franguntur. Idem uideus in equis. alij bellicos tumultus non formidant assueti, alij uel frondium strepitum dererunt. Itaque satendum est, alios esse propensiores ad audaciam, alios ad timorem, sed tamen consuetudinem plurimum ualere. Quæ uis est orationis huius? Non solum

ortus,

ortus, incrementa & interitus ex ipsædem & ab ipsædem sunt, sed actiones etiam easdem causas consequuntur. Hæc sententiæ, uirtutis habitus generatur ex actionibus: idem ex actionum continuatione crescit, idem ab actionibus citarijs labefactatur, idem parit actiones quales erant ij ex quibus confectus est. itoc patefacit exemplis, & nos supra demonstrauimus. Quoniam autem) τὸ αὐτὸ οὖν melius uertitur quoniam autem, quàm sic, quoniam igitur, propterea quod non colligit rationem superiore, sed aggredditur nouam. Hæc commentatio) παραπρὸς τὴν πραγματείαν. Itoc melius quàm presens dicitur, quod Latini sic dicere consueuerunt. παραπρὸς τὴν commentatio uel opus quod commentatione perscitur. Est autem commentatio, meditatio & exercitatio. Quo sciamus) id est, ut sciamus. solet hoc usurpare Cicero post aduerbium non. Perquirimus) ἀναζητοῦμεθα, id est, consideramus, dispendamus, inquirimus. Vius) utilitas, φειλος. Po) natur) iudiciatur ut fundamentum, θεμελίωσις. Rationi conuenienter) ut possit ratio recta. Sic non semel ac iterum Cicero dicit. sit affecta) id est, sese habeat, πῶς ἔχει. Conueniat) Cic. uirtutem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque necesse est. Retēda) exigenda. Orationes) alij uertunt rationes, perperam quidem. Nam sic accipitur λόγος ut paulo antè quum diceret eam que de rebus agendis habetur orationem. Cur illic orationem dicit, hic rationem? Accurata) Cic. accuratum & exquisitum dicendi genus. sub artem cadunt) Cic. Cadum sub aspectum & tactum cadit. Elaborandum est ut) Cic. Nō tam ut profum elaborare soleo, quàm, ut nequid obsum. Rationis exquisita) id est subtilis, certa & exacta. Debilitant robur) ἀδυνατοῦ τὴν ἰσχυρίαν. Quidam sic uertit, Labefactant uires eueruntque funditus, male quidem. Vires non euertuntur funditus ante mortem. Potulenta) Cic. Ea pars oris qua esculentis & potulentis iter natura patefacit. Timidus efficitur) δειλὸς γίνεται. Male redditur sic, Tenacius putandus est, ut hæc paulo post, Audax habendus, sensus expers iudicandus est. Loquitur Arist. de ortu & incremento, non autem de opinione & iudicio. Moderatio) temperantia. Quam ultra) Cic. sed adhibent modum quandam, quem ultra progredi nō oporteat. Horat. Sunt certi deniq; fines, Quos ultra Citraque nequit consistere uirtus. Interitus) finis) Cic. Toto animæ

p

deleto, & factio interitus uniuerso. In uiribus corporis) sunt uires alia quam corporis. Abstinentia uoluptatum) dicitur ut abstinentia cibi. Voluptates continere) Cic. Continere omnes cupiditates praclarum est.

Cap. 3.

Ex actionibus habitum fieri & auferri, & à contrarijs labefactari supra demonstratum est, ut causam uirtutis, & incrementum non modo sciremus, sed etiam ad eam comparandam res honestius diligenter ageremus, ea comparata facilius actiones generis eiusdem continuarem. Quod autem queri potest, ex quot actionibus uirtus sui habitus efficiatur: quodque numerus est incertus, conuenit ad signum, id est ad argumentum ex eo sumptum quod cadit in sensum, quo demonstrat habitum uel adesse uel abesse. Voluptas, inquit, & dolor facta comitatur. Hoc ut habitum signum debet obseruari. Id uniuerse dictum, quia minus est perspicuum, deducit ad partes ut facilius intelligatur. Temperantiam sumit atque fortitudinem, propterea quod uoluptas & dolor in ijs magis apparet. Docet, cui sit habitus moderationis & temperantia, nepe ei qui à uoluptatibus corporis sese abstinet, & hoc ipso gaudet: cui non sit, ei certe, qui si caret uoluptatibus, egre fert & moleste. docet qui sit praeditus habitu fortitudinis, ille nimirum qui res graues plenaque periculi sustinet, eoque latatur. Quia uero perquam difficile est hominem tam fragile & caducū rebus in aduersis horrendisque periculis nō audere modo sed etiam letari, adiungit illud, Aut certe dolorem non capit. Habes quod tibi indicet habitum uel adesse uel abesse. Dices, Non sic omne uirtutem sequitur uoluptas aut dolor: suntque tristes & seueri quidam, sicut stoici, qui uirtuti nullam tribuant uoluptatem. Ea de causa sumit hanc propositionem demonstrandam, Virtus moralis in uoluptatibus doloribusque uersatur. Eam rationibus confirmat. una est, uoluptatis causa flagitia committimus, & propter dolorem ab honestis rebus abstinemus. utraque perturbatio, causa: illa flagitij committendi, haec uirtutis omittenda. si uirtus corrigit utranque, necesse est eam in uoluptate & dolore uersari. Haec ratio nim capit à definitione, in uoluptate uersari, nihil aliud esse, quam aut uoluptatem corrigere, aut bene agendo letari. Altera ducitur ab auctoritate. Plato dicebat, cines à pueris sic educatos esse oportere, ut

quibus

quibus deberent rebus & gauderēt & dolerent, quod nō dixisset, nisi uoluptatem doloremque uirtuti subiecisset. Alia, uirtutes actionibus affectibusque moderantur. Omnis affectus & actionis comes est uoluptas aut dolor, uirtus igitur in his uersatur. Primam syllogismi partem non probat, quia certum est actionem laudabilem à uirtute proficisci, & fortitudinem parti animi quae irascitur, temperantia ei quae concupiscit, imperare. Nec confirmat illud, Omnis affectus comes est uoluptas & dolor, quoniam omnis affectus mouetur ex opinione boni uel mali: si boni, uoluptas: si mali, dolor sequitur. Hoc uero ostēdit, Actionis comes est uoluptas aut dolor. uirtur similibus. Vt ex contrarijs adhibentur remedia corporibus: sic animi uoluptatibus adhibentur contrarij dolores. Actioni mala dolor animaduersionis & poena irrogatur, quia auctor causa uoluptatis egit improbe. locus est ex antecedentibus. Nam si ponas id quod antecedit, uirtutes in actionibus affectibusque uersari, necessario sequitur illud, uirtutes in uoluptatibus & doloribus uersari. Ratio quarta: Omnis habitus animi ad ea spectat, & in ijs sua sponte uersatur, à quibus deterior meliōne fieri consuevit. nam perspicuum est effectum ad causam pertinere, & contra. Assumit illud, habitus uirtutis propter uoluptates molestiasque sunt: confirmat ex ijs quae uulgo circumstantia nominantur, & eorum sententia qui uirtutes definebant quasdam perturbationum uacuitates: quos improbat, quoniam simpliciter enunciabant, opportunitates subtricebant, quasi uirtus sit ociosa, non effectrix rerum bonarum. A causis & effectibus haec probatio duci uidetur: sed non est ita. Colligendū enim: si uitiōsus habitus propter uoluptatem doloremue sit, habitus bonus contra fieri fugiendo malas uoluptates, non enitandō quos non liceat, dolores. A contrarijs igitur fides. si dicas, Omnis habitus animi uersatur, in ijs à quibus deterior meliōne fit: à uoluptate & dolore deterior meliōne fit, ratio est à genere ad partē. Addit & quinta, proposita laude perspicuitatis. Tria sunt expetenda, honestum, utile, iucundum, in quibus est uoluptas, quia honestum & utile iucundum est. Tria contra fugienda, turpe, inuitile, molestum, in quibus est dolor. In his rebus sex, uirtus est ac uirtutum. Virtus igitur in uoluptate uersatur & dolore. argumentum ab antecedentibus ad consequentia: ut quod supra

r ij

diximus. iucunda magis experiri (quandoquidem de voluptate hic agitur) ostendit hominum vita. Cur id fiat, hic docet. Voluptas, inquit, est animantium omnium cōmūnis, insequitur omnia quae expetuntur, nobiscum ab incunabulis est educata: virtute igitur perdomanda. Nec posuit ut doceret tria quidem expeti, sed in illis iucundum, maxime desiderari. Itaque non est separata argumentatio. Veniamus ad argumentum sextum. Affectioes, inquit, voluptatis & dolore velut norma dirigitur, alij quidem magis, alij vero minus. quapropter, in his hoc negocium versari necesse est. Id quasi notum relinquit, quia certum est omnes qui agunt, labores suis commoditatibus metiri, sed non eodem modo. Commoditates sequitur voluptas. à similitum collatione est. Septima ratio nititur auctoritate. Difficilius est (ut ait Heraclitus) cum voluptate quam cum ira dimicare. Virtus cum ira dimicat, pugnat igitur & cum voluptate, ac eo magis quod ars & virtus in re difficiliore versatur. Ex ijs colligit tandem quod probandum fumpsit, & epologo sine repetitione memoriam format. Voluptas & dolor factane comitantur? O perepretium videtur explicare quid sit voluptas & dolor, quidq; sit virtutem in voluptate & dolore versari. Omnia sicut his apertis clariora. Quid sit voluptas, explicat Cic. de fin. lib. 2. ut scias me intelligere, inquit, primum idem esse dico voluptatē quod ille vobis. Et quidē saepe quaerimus verbum latinum per graeco, & quod idem valeat. hic nihil fuit quod quaereremus. Nullum inueniri potest, quod magis idem declararet latinē quod graecē, quam declarat voluptas. Huic verbo omnes qui ubique sunt, qui latinē sciunt, duas res subiungunt, letitiam in animo, commotionem suauem incunditatis in corpore. Paullo post: In eo autem voluptas, omnium latinē loquentium more ponitur, quā percipitur ea quae sensum aliquem moueat incunditas. Hanc quoque incunditatem, si nō transfer in animum. iurare enim in viroque dicitur. Ex his collige, esse voluptatem corporis quae sensum incundē mouet, & animi quam dicimus letitiam gaudijq; nec aliud vobis apud graecos esse. in libro de senectute ponit voluptatem delectationemque in sodalitate, in curu amicorum, in sermonibus, magister consuij studio, doctriua, descriptionibus, cognitione siderum, versibus scriptis, iure ciuili, actione causarum, in omni parte rursus, in

auctoritate.

auctoritate. Est voluptas aliqua turpis, de qua idem in Officiis. Omnis voluptas est honestati contraria. Est honesta quaedam, de qua Demosthenes. Ἡ δὲ τὴν εὐταξίαν, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἡμετέρας ἀρετῆς ἡσυχίαν. Non omnē voluptatem, sed quae sequitur honestatem petere bonum est. Iusuram, ad Demonicum, τὰς ὑδρίας θύβηλα τὰς μὲν δέξας. Voluptates eas uenare quae cum gloria coniunctae sint. sic Plato in Coriis, Alias voluptates bonas facit, alias malas (vobis) αἰσθητικῆς αἰσθητικῆς αἰσθητικῆς αἰσθητικῆς. Aristoteles hoc in loco voluptatem bonā facit, ut quae temperantia sequitur, & malam, quae comes est intemperantiae, cuius causa flagitia committimus. aliam ponit in corpore, quae communis est etiam bestijs, aliam in animo, quae ex honestate percipitur. Dolor quum sit voluptati contrarius, totidem modis quot voluptas dicitur. Paucis finit Cicero de finibus, Omne id quo gaudemus voluptas est, ut omne quo offendimur, dolor. Alius est dolor in corpore, ut is qui remiserant dolores pedum, non deorat in causis: alius in animo, ut animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriam, resutandis maledictis improborum: alius iustus, ut accipi magnum atque incredibilem dolorem. Causa grauis & cum aliquo animi & iuris dolore coniuncta. Alius iniustus: sed opprimor interdum, & uix resisto dolori. facta comitatur voluptas aut dolor, & antecedit. Cic. lib. 1. de fin. Omnino rerum gerendarum initia proficiuntur aut à voluptate aut à dolore. Omne initium, omnisque virtus est uoluntaria. Qui peregit id quod maxime uoluit, caput voluptatē: qui efficere non potuit, aut coactus erit, accipit dolorem. itaque voluptas interdum sequitur honeste facta, interdum scelera atque indigna facinorosa comitatur. Apud Terentium gaudet Chaeus, quod stuprum uirginis obtulit. iamne, inquit, erumpere hoc licet mihi gaudij? Aescanius apud Virg. letatur quod fortiter Remulum occiderit. Dolor item comitatur recte facta, ut Dido apud Maronem. Non potui abreptum diuellerē corpus, grauiter fert quod hospitij iura seruarit. comitatur & maleficia, vbi apud Onidium, Turpiter hospitium lecto cumalasse ingali pœnitet. vides ut voluptas aut dolor facta comitetur. iam uideamus, quid sit, uirtutē in voluptate & dolore versari. Nonnunquam uersatur ut causa in opere faciēdo, ut quum fortitudo parit triumphum: interdum ut magistra in malis auertendis,

bonis rebus agendis, ut quum impedimento est, quo minus uoluptatis causa flagitia committamus, propter dolorem ad honestis rebus abstinemus: quum dirigat actiones & affectus, sequenda fugiendaque monstrat. Aliquando ut medicus in morbis, lex in maleficijs, ut quum medetur malis uoluptatibus, & poenas irrogat. Hæc quum ita sint, errant ij qui uoluptatem & dolorem uirtutis subiiciunt uelut materiam, neque rem multiplicem distinguunt. & qui dicunt uirtutem inherere uoluptatibus ac doloribus, & in illis consistere. Aliter uersatur in honesta uoluptate, aliter in turpi, aliter in ea qua est animi, aliter in ea qua corporis est. Habitus in aliqua animi absoluteione consistit, inquit M. T. uirtus est habitus, uoluptas & dolor non est animi perfectio & absolutio. Nec habitus inherere uoluptati, ut res affixæ qua dissilire non possunt, quippe qui uoluptatem malam propulset. Cur dicit in uoluptatibus doloribusque uersari moralem uirtutem, non eam qua rationis est? Cræcus interpres siue Aspasius, siue alius, scribit uirtutem mentis in ijs rebus minime uersari. Cui repugnare uidetur Cic. cuius uerba sunt in libro de senectute quæ deletabatur C. Gallus quum defectiones solis & lune multo nobis ante prædiceret? Quid in lenioribus studijs, sed tamè acutis? Quam grauē debat bello suo Punico Næuius? quam Truculenti Plantus? quam Psen dolo? & que sequuntur. Hæc studia tæm iucunda sunt prudentiæ. Quod si loquere de uoluptate turpi, prudentiæ, ut est in lib. de fin. in delectu bonorum & malorum cernitur. Illius est igitur deligere uoluptatem bonam, fugere turpem. Dicendum mihi uidetur uoluptatē potius in sensu poni quam in ratione mentis, uirtutem moralem in ea parte dominari, non in mente atque ratione: idcirco potius uoluptatem doloremque uirtuti moris quam mentis attribui, non quo nullo sint mentis uoluptates, aut dolores, ut in animis post mortem beatiorum aut miseris, sed quòd agitur hic maximè de uoluptate qua est in sensu. Nam gaudium, lætitia, dolor, maxor, sunt perturbaciones animi, qua non cadunt in mentē. Hæc igitur causa sit, cur philosophus dixerit uirtutem moris potius quam mentis. Quæ flagitia uoluptatis causa committuntur? adulteria, stupra, incesta, corruptela, prodigiōsa uenus & à natura abhorrens: adde crapulam, ebrietatem, comessionem, iocum effusum, ludum immodicum, luxuriam, profusionem

tionem bonorum, ueneficia adulterarum, furta iuuenum, contemptum paritum, cedes plurimorum. Cic. de Legib. lib. i. Animos omnes tenduntur insidia uel ab ijs quos modo ennumerari, qui teneros & rudes quum acceperunt insiciunt, & fluctant ut uolunt, uel ab ea qua penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium. Propter dolorem serues sumus, labores honestos fugimus, deserimus ordinem, mentimur, peieramus, furta, sacrilegia committimus, ulciscimur, nobis aut alijs manum afferimus, deseramus, impia, abominanda, execranda uerba profundimus. Efficit dolor, ut Achilles maledictis appeteret regem, turbaret consulum, in concione principi eadem minaretur, ad naues molliter fletet, præliū desereret, suos in periculo relinqueret, deinde ut seniret in mortuū corpus, & tractum uideret Priamo. Quæ scelerata tragædia narrant, ea ferè dolor commisit. Opinio contumelia parit dolorem. Dolor gignit rixas, lites, discordias, dissensiones, bella, ex quibus infinita prope mala derivantur. Quapropter rectè Platonē ab à teneris annis educandos esse pueros honestè & edocendos, ut cum uirtute gaudere & dolere sciret. Hæc eius uerba lib. 4. de rep. Οὐκ αὖ οἱ δὲ ἀρχῆς ἐλάττωσι, βίης ἀμείβοις παισὶν ἰσοματῆρας διδοῦς παιδείας μετὰ κτῆον, ἕως παρανομίαν μηχανώμενος αἰσῆς, καὶ παιδῶν βίωσι τῶν, ἰσόμενος τὴν ἀνομιαν ἐξ ἁπάντων ἀνομιῶν ἐπιφέρει. καὶ ἀδωκῶτος ἔσθι, id est, itaque quod initio dicebamus statim à teneris annis liberaliter educandi erudiendique nostri pueri, quoniam si illiberalis & improba fuerit educatio, ita ut pueri sint improbi, fieri non potest, ut in æquos bonoque uiros crescant. Idem in primo sermone de legibus disputat de uoluptatibus & doloribus ex consuetudine perferendis, & hæc tandem ponit, ἵνα μὴ οἱ παῖδες ἀπομακρυνώμενοι ἀνθρώπων, ἐλίξουσιν παῖσιν ἕστιν οὐκ ἄρα παῖδες τὰς ἰσοδυναμίας καὶ τὰς ἀνάγκας ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν ἰσότητι ἵσταται. δὴ οὐ γὰρ ἀνάγκη καὶ τὰς ἀνάγκας ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν ἰσότητι ἵσταται. δὴ οὐ γὰρ ἀνάγκη καὶ τὰς ἀνάγκας ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν ἰσότητι ἵσταται. δὴ οὐ γὰρ ἀνάγκη καὶ τὰς ἀνάγκας ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν ἰσότητι ἵσταται. δὴ οὐ γὰρ ἀνάγκη καὶ τὰς ἀνάγκας ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν ἰσότητι ἵσταται.

tura fluunt & scitent, ex quibus hateriens & civitas & quisque
 priuatus atq; animal omne, felix est, si unde licet, & quo tempore
 quantumque debet, hauriat. si verò in scitate simul & inopportune id
 faciat, contrā uiuit infelix. Quomodo uirtutes actionibus affe-
 ctibusque moderantur, & qui sunt affectus? Diximus paulò ante
 tales actiones existere quò habitus uirtutis agit, quales erant ij qui
 genuerunt illum. Quod si est, nemo dubitat quin uirtus in actione
 uersetur & eā dirigat. ut arbor si bona est, bonos parit fructus, ma-
 los si mala, sic uirtus actiones bonas, uirtutum contrarias gignit. Forti-
 tudo moderatur & præst ij que fortiter geruntur, iniustitia, que in-
 iuste, temperantia que uitate. Nihil refert utrum in illis uirtus di-
 cas, an illis præste atque moderari, si rem sic esse cognoscas. Affectuū
 genera quatuor faciunt stoici (id quod supra demonstrauimus) duo
 ex opinione boni, in quibus uoluptas & cupiditas: duo ex opinione
 mali, que sunt agritudo & metus. Bonum præfens gignit uolupta-
 tem, futurum cupiditatem: malum præfens molestiam siue agritudi-
 nem, futurum, imminens, metum. Partes agritudinis inuidentia, a-
 mulatio, obrectatio, inuiseria, angor, iustus, maxor, arumna, dolor,
 lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictio, desperatio. uoluptatis, ma-
 leuolentia latūs malo alieno, delectatio, iactatio. Cupiditatis, excā-
 descentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium. Metus
 autem, pigritia, pudor, terror, timor, paor, exanimatio, conturbatio,
 formido. Hæc & similia leges apud Ciceronē Tusculana quarta. His
 animi perturbationibus siue affectibus moderatur uirtus temper-
 rantia, inquit Cicero. Latius diffundit (ut uidetur) temperantia no-
 mē. Ad doloremque uoluptatem refert Aristoteles hos omnes af-
 fectus? Ita uidetur. Nam si rationem temporis non habeas, omnes
 perturbationes recidunt aut in uoluptatem, aut in dolorem, quan-
 doquidem nascuntur omnes ex opinione uel boni uel mali. Sequi-
 tur Platonem qui duos quasi fontes esse dicit, unum felicitatis, al-
 terum infelicitatis. Locum paulò ante transcripsimus. Vel Cyrenai-
 cos qui statuebant duos affectus, nōr & iddōr, id est labor &
 uoluptatem. eosdem ponebant & Hegesiaci, & Theodoris eos ha-
 bebāt fines. Non dicit tamen omnes perturbationes uoluptate & do-
 lore contineri, sed perturbationum comitē esse aut uoluptatem aut
 dolorem.

dolorem. si dolor est species agritudinis (ut stoici censent) non est ge-
 nus: si uoluptas refertur ad bonum præfens, non continet cupidita-
 tem. si latius extendas uoluptatem doloremque, uidebuntur esse ge-
 nera, quoniam poterunt de partibus ijs quas ante nominauimus di-
 ci, ut misericordia est dolor, angor est dolor, iactatio uoluptas est, i-
 tēque delectatio. Quòd autē posita forma necesse est conse qui genus,
 ut si homo est, animal est, rectē dices perturbationum comites esse
 uoluptatem & dolorem, ut si terror est dolor est, si odiū est, ex alie-
 no malo uoluptas est. Quomodo pœnæ demonstrat uirtutem in uo-
 luptatibus doloribusque uersari? uirtutis est emicare uitium, ut in-
 iustitia corrigit id quod committitur in humanam societatem, forti-
 tudo ignauiam & audaciam, temperantia effrenatam uoluptatem,
 religio impietatem, crudelitatem lenitas, auaritiam liberalitas &
 profusionem. Pœnæ repetuntur aut ab ipso qui scelus admisit, aut ab
 alio. Ab ipso, ut quum ieiunio crapulam, continentia libidinem, fla-
 gris indomitum corpus, cilicio carnem, lachrymis impuram uitam,
 frequentibus donis furtum, taciturnitate impotentiam lingue, la-
 bore desidiā castigat. Ab alio, ut à patre, à preceptore, à iudice, à ma-
 gistrato. Nec idem pœnarum genus: alijs satis est oburgatio, cōmi-
 natio, reprehensio: alijs pecunia aut exilio, aut plaga, aut nece mul-
 ctantur. In omnibus pœnis est dolor & acerbitas quedam, quæad-
 modum in admittendo scelere uoluptas. Quum uirtus uitam castigat
 improbam uoluptatem, & dolorem contrarium quasi medicinam
 adhibeat, non immerito dicitur, animaduersionē pœnarū demonstra-
 re uirtutē in uoluptatibus doloribusque uersari. Id ostēdit Virg. in 6.
 AEneid. Cnosius hæc Rhadamāthus habet durissima regna. Cas-
 tigratq; auditq; dolos, subiritq; fateri. Quæ quæ apud superos furto
 latatus inani, Distulit in seram cōmissa picula mortē. Cōtinuo
 fontis ultris accincta flagello Tiphphone quatit infultās. - Letitiā
 in scelere occultando posit. in castigando, flagelli sententiā. Quòd au-
 tem dicit remedia ex contrarijs adhiberi, Galenus confirmat multis
 locis, ut 8. lib. meth. medendi. Omnis à mediocritate declinatio, con-
 traria declinatione sanatur. in 7. si quid exuperat, semper in aduen-
 dum eiusque contrarium est, quoad particulam in symmetriam &
 habitum naturalem reduxeris. in 4. Quicquid rectum est, non in

animalibus modo stirpibusque, sed in alijs etiam, medium est ac temperatum. Nā cui nec demere quicquā, nec adijcere partem vel qualitatē possis, id prorsus recte se habet. Contrā, quod demi sibi aliquid adijcere postulat, id ab optimo statu iam recessit. ad quem reuerti nequeat, nisi & quod est nimium, tollas: & quod parum, adicias. In secūdo id facilius intelligas, si nō contrariorū contraria, sed quæ admodum videtur illis (de Platone & Aristotele dicit) opposita inter se remedia dicas. Ea de causā dicebat quidam, medicinam esse oppositionem & detractionem. Qui sunt habitus vitiosi qui propter voluptates molestiasque sūt: vt virtutes sunt habitus, sic & alie radices egerūt qualitates, sic & vitia sunt habitus & ij forte qui tenacius inherent, ut indicare videtur illud Quirilianum, frangas citius quā corrigas, quæ in præuū induruerunt. De vitijs ergo loquitur, quæ propter voluptates, aut molestias, aut morales sine aegritudines animi suboriuntur. Homines (inquit) sequuntur voluptates quas non licet, ut Basiphææ concubitus tauri: quo tempore nō decet, ut Troiani ninum inter pericula: quo modo ius non est, ut miles qui rebus alienis laute pascitur: ubi non oportet, ut Asiae Cilei filius stuprum commisit in templo Minervæ. sūt alia & cetera: qui peccet, cur peccet, in quā peccet: ut peccant Achilles vir fortis, propter puellam, in Agamemnonem regem, furunt dolores quos nimis debet, ut Cato minor ne ueniret in Casarij potestatem, sese iterem: quādo non sunt fugiendi, ut & Antonius & Cleopatra mori decreuerunt, quum tota Ægyptus esset integra: quo modo fugere non debent, ut Medea fugit disperendo fratrem suum: propter quam causam uitare non debent, ut Romani deleuerunt Corinthum, ne sedes esset imperij, Casar in uasit patriā ne rationes gesti magistratus reddere cogeretur. Num vitia singula sunt habitus: vt qui semel egit recte, nō est pradius habitus virtutis, ita qui semel egit peperā nō statim habitum vitij contraxit. Nemo repente fit aut bonus aut malus. Aristoteles habitus vitiosus fieri uult propter voluptates & dolores, si quis assuescat sequi frugere ut quod nō debet, aut si debet, nō eo tempore, non eo modo, non eo loco, non ea de causā. Quinā definiunt virtutes perturbationum uacuitates: stoici motus animi & affectus vitiosos esse uolunt, nec sapientem putant eum qui mou-

TUR. QUAM

tur. quā sententiam Cicero refert Tusculana quarta. vt turbationibus autem uacuis animus perfecte atque absolute beatus efficiat. Vbi reprehendit Peripateticos qui turbantur animos necesse esse dicunt: Mollis, inquit, & eneruata putanda est Peripateticorum ratio & oratio qui turbantur animos necesse esse dicunt, sed adhibēt modum quendam quem ultra progredi non oporteat. Paulo post: Quid quōd idem Peripatetici perturbationes istas quas nos extirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas: Quorum est talis oratio: Primum multis uerbis iracundiā laudant, cotem fortitudinis esse dicunt, multoque & in hostem & in improbum tuum uehementiores iratorū impetus esse. Alia permulta in eandem sententiā dicit, quam fuisse neterum Academicorum scribit, Acad. quest. lib. 4. Philosophus arguit aut ueteres stoicos, aut eos unde manauit hæc sententiā, in quibus fuit Aristippus: arguit inquam propterea quōd nō explicant quatenus progredi oporteat, nec statuunt uirtutem actuosam. Virtus non semper est perturbationis expers, sed uitiosa perturbationis, nec est in statu animi trāquillo sic ut nihil agat nihilque patiat, sed est in uoluptatibus & doloribus, sic ut rerum sit esse & trix optimarum. Vitium cōtra. Inter hæc tria honestum, utile, iucundum quid intersit? hæc Aristoteles in rhetoricis nomine boni confundere uidetur: differunt tamen & plurimum distāt. Honestum quod uox ἄδ Græci uocant, id est quod propter se expetitur. Continet prudentiam, fortitudinem, magnificentiā, liberalitatem, fidem, iustitiam, temperantiam, reliquasque uirtutes, & ea quæ cum uirtute sūt omnia, item que gloriam, honorem, & quæ per se sunt expetenda. Hoc Aristot. scribit in rhetoricis & Cicero lib. 1. de legibus complectitur his uerbis, Omne honestum sua sponte est expetendum. is honesti naturam uimque diuidit in quatuor partes, Omne, inquit, quod honestum est id quatuor partium oritur ex aliqua. deinde enumerat quatuor uirtutes. Utile dicitur ab utendo, & ad ea refertur quæ pertinent ad uitā cultum & ad eorum rerū quibus utuntur homines facultatē, ad opes, ad copias. Eas enumerat Cic. lib. 2. de off. Alie sunt in anima ut aurū, argentiū, metallā, marmora, lapides, & ea quæ gignuntur è terra. Alie uiuunt quidem sed nō sentiunt, ut segetes, herbes, frutices, arbores. Alie uiuunt ac sentiunt,

f 3

sed rationis expertes sunt, ut equi, boves, apes, aves, ex quibus percipiuntur utilitates multa. Aliæ sentiunt atque rationis sunt participes, ut serui, ancilla, procuratores, tutores, amici, omnesque mortales. Næ certum est homines, manus, arte, consilio multum iuvare. Adtinge deos, quibus nihil hominum generi nec uberius nec utilius est. Quid utilia sunt numina, celi, stelle, planeta, elementa, pluvia, aves, pisces, fera, pecudes, stirpes, homines, hominum labores. Atque tam late patet utilitas quam natura, quam vis artium atque facultatum. Incunda que delectant, ut ridicula, sales, moriones, urbanitas, pulchritudo, odores boni, sapores, colores. Alia sunt incunda natura, ut serenitas, aspectus cæli, suavis florum, contemplatio nature, et ut summam dicam, omnia que sunt honesta aut utilia. Alia sunt incunda singulis, quod illud ostendit, trahit sua quæque; voluptas, ut adulteria adulteris, scorta scortatoribus, alea aleatoribus, popina helleuonibus, nugæ garrulis, mendacia uanis, humor sicciori, frigus estuanti, sopor fessio, quies defatigato. Ex his facile perspicitur licet quid differant inter se honestum, utile, incundum, et quid contraria, inhonestum, inutile, molestum. Vitium est inhonestum: grædo necans fetetes, inutilis mulier stolidæ et deformis, iniucunda. Nec si honestum incundum est, icarco est eadē ratio honestatis atque incunditatis. Duæ sunt formæ que pertinent ad idem genus, quod est expectandum. Formæ autem si genere sunt eadem, non tamen proprietate. Voluptas animantium ne omnium communis est, et nobiscum ab incunabulis educata: scribit Aristot. in rhet. ad Theod. τὸ ἀδύνατον ἀνθρώπων ἀγαθὸν εἶναι, πᾶσι τὰς γὰρ ἀγαθὰς τὰς ἰδίας αὐτοῦ τῆ φύσεως ὥστε καὶ τὰ ἀδύνατον καὶ τὰ κατὰ ἀνάγκην ἀγαθὰ εἶναι, τὰ αὐτὸς γὰρ ἀδύνατον ποιῆσαι. Voluptatem necesse est esse bonam, quod eam naturaliter expectant omnia animantia. quapropter et incunda et honesta, quia sunt voluptatis efficientia, necesse est esse bona. Voluptatis esse quandam modum naturale dicit M. T. lib. de senectute, cuius blanditium ille est animalia coeant, esca potaque delectantur, ac frumuntur opportunitate. inde ranarum cantus et uermiculorum, serpentinum apricatio, uolatus et collusio insectorum, concensus animæ, excursus piscium, lusus et uenus cum ferarum tum pecudum. Omnia. 4. Est. Quid genus omne creat uolucrum, nisi blanda voluptas? Nec coeant pecu-

des, si

des, si leuis absit amor. Vis eadem lato quodcumque sub equore uisus seruat, et innumeris piscibus implet aquas. Perque suos coitus continet omne genus. Educatur nobiscum, sicut Quintilianus ostendit: infantiam, inquit, statim deliciis soluimus. Mollis illa educatio quam indulgentiam uocamus, uentos omnes et mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet qui in purpura reperit? Nondum prima uerba exprimit, et iam cocco intelligit, iam conchyliis poscit. Antè palatum eorum quam os institimus: in leficiis crescit. Si terram attigerint, è manibus utrinque sustinentium pendunt. Cau demus siquid licentius dixerint: uerba ne Alexandrinus quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt. Sit ex his consuetudo, deinde natura. Hac ille. Adde molles risus cantusque nutricum, pressus manuum, incundos motus, fomenta, crepitacula, oscula, et alia permulta que instatiam delectant. Quoniam modo uoluptate et dolore uelut regula metimur actiones: uerò est regula, uerò norma dirigo. Regula normamque dico instrumentum quo fabri dirigunt opus aut metiuntur. Homines uoluptate et dolore metiuntur actiones, sed aliter boni, aliter mali. Improbi quidem omne bonum referunt ad uoluptatem, id quod dictum est lib. 1. cap. 5. Multitudo feruitorum more profusus abiecta uidetur, ut pote que pecudum uitam deligit. Auditur tamen in hac causa propterea quod multi potestate et dominatu praediti, non secus atque sardanapalus affecti uoluptatibus inferunt. Nosne certum est omnia recta, atque norma uoluptatis dimensa existimare, que suauia incundisque sunt, praua et contorta, que molestiam afferunt ac dolorem: sed incurua nimis hac norma prauum distortumque redat opus, haud aliter atque regula Lesbiorum. huc pertinet illud Ciceronianum de Orat. Voluptate omnia metiuntur, id est uoluptatis. et illud, Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationes corporis uoluptatibus magis quam cætu amicorum et sermionibus metiebatur. Idem dicit, dirigere omnia uoluptate. Utitur hac loquendi forma de legibus, Nos legem bonam à mala, nulla alia nisi naturalis norma diuidere possumus. De off. eadem utilitatis que honestatis est regula. boni uoluptatibus honestis atque doloribus omnia

f 119

metiuntur. In quo plus inest improbe voluptatis, cum maiore afficiendum tristitia patant. Dolorem iustum in gaudium uersum iri in dicant. Horum uerbor est norma, certior regula, aprior metiendi rationes. Nam quum uirtutes sint mediocritates, uitia quaedam extremitates, qua ratio metiendi? Ad regulam mediocritatis omnia boni dirigunt, & hac maxime delectantur. Ad normam prauam detorqueunt omnia mali, tumque summam capiunt uoluptatem, quum rem pessime gesserunt. supra demonstremus permultos fuisse, qui omnia ad uoluptatem & dolori referrent, improbe quidem fecisse, si ut ad summum bonum summumque malum: probe, si dicerent hac consequi. Sed qua sequuntur finem, quem admodum si uis ipse, quasi regula dirigunt actionem. Id ne uerum quod ait Heraclitus, difficultius esse cum uoluptate quam cum ira dimicare? Heraclitus Ephesus de natura scripsit obscure usque adeo ut onkotas hoc est tenebrosus appellatus sit. Is auctore Aristotele, dicebat difficultius esse cum uoluptate quam cum ira dimicare. Quum mouebatur non efferebat grauius ut iracundi, sed ut ridebat ire loco Democritus, sic ille flebat. ira cohibere quam difficile sit, ostendit illud Menandri, οὐδὲ ἔστι κατὰ τὴν ἰσὶν τῶν ἰσχυρῶν μένος. Quam difficile esse iram cohibere? & illud Euripidis, δεινὸν τὴν ἰσχυρὰν ἢ δουλοῦντες ἡδὲ. Crasis & propere insanabilis est ira. At uero non omnes corporum partes ira tetat, sed cor ubi feruet sanguis. Voluptas autem titillat aures, oculos, nares, palatum, manus, uentrem, pudenda, corpus uniuersum. Inuandam plerisque subaudire maledicta, uideri turpia, arrigere supercilium, mollire comam, adornare nimium caput, suauium dare, cacinnum effundere, & ut ait Persius, Populū suspendere naso, ore torquere, turpiter lambere, indulgere gula, turpia loqui, adulari, fallere, nonnumquam inuasi, ut nulli Homerus, uerbare, corripere, ire quod non licet, rebas uenereis opera dare nec uno modo. Quid? Omneis perterat sensus mollis uoluptas. quam obrem mater omnium malorum dicitur, ac domina blandissima. Itaque Architas Tarentinus magnus in primis uir atque preclarus, nullam capitaliorem pestem quam corporis uoluptatem hominibus dicebat à natura datam, nullum scelus, nullum magnum facinus esse ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Nemini sane dubium est quin sepius propter uoluptatem quam propter iram peccemus. ex quo effi-

quo efficitur quod ait Heraclitus & Architas, difficultius esse cum uoluptate certare. signum debet obseruari) οὐκ οὐκ πῶς δὲ δὲ. Cic. Habeo alia signa qua obseruare. Continet in uoluptatibus) Cic. An temperantem eum dices qui se in aliqua libidine continet, in aliqua effuderit? Hoc ipso gaudet) Cic. Gaude tuo isto tam excellenti bono. Grauius fert) οὐκ οὐκ δὲ δὲ δὲ. hoc uerbum significat grauius ferre, & ἄχθεις pondus. Dolorem non capis) Cic. Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. Nam causa uoluptatis, &c.) Quidam gloriatur quid hac sic reddiderit) Nam & uoluptatum blanditijs delinuit, ad ea uerba omnia que praesa sunt, impellimur. & dolorem cum admoventur faces, à recte factis deducimur. At non Aristotele uertis, sed pro Aristotele aliud inducit, ne iaceat insignis sententia. Verbum pro uerbo reddimus, nec Latina magis quam Graeca iacet oratio. Ab honestis rebas abstinemus) hoc uerbum medium est apud nos, ut ἀπέχεσθαι apud Graecos. Onid. Est uirtus placitis abstinuisse bonis. Non erat igitur cur hoc alij repudiarent. Educatos esse) ἄχθεις. ἀγομαί interdu, educor, institutor. hinc pedagogi uocati. Par est) equum & honestum est. Disciplina) πειθαίξει. Cic. Cyri uitam & disciplinam legunt. πειθαίξει disciplinam uertit non eruditionem aut educationem. Dolorem feridus) ἄχθεις δὲ τῶν, ab his doloribus uel per eos dolores. Male refertur à τῶν ad uoluptates, & ἄχθεις cum patrio casu male uertitur propter, ut ἄχθεις ἰσχυρῶν paulo post non uertas propter contraria. Propter uoluptates) Virg. Te propter extinctus pudor. Qui debuit reddere ἄχθεις propter, conuenit à uoluptatibus. Molestias) dolores. Hoc usus sum genere ut cetera comodus explicarentur. Negocia) τῶν ἀγομαί quae uulgo circumstantia dicuntur, negocia uocat Quintil. lib. 3. loquitur enim simpliciter) Cic. Qua de causa mea consuetudine breuiter, simpliciterque dixi, id est subtrahit in qua circumstante solent, ornamentis. Est qui uertit ἀχθεις ἀγομαί, omnino dicunt. Ridicule sane. Quint. Velut simpliciter docenteis sequuntur. Ea quidem ponitur uirtus) ἄχθεις quidem, non ergo uel igitur est transferendum in hac sententia, quam pessime consundit nouus interpres. Recte, praua) metaphorā ab itinere. Educata) Cic. Educata huius nutrimentis eloquentia est. ab educatione puerili translatio. Quasi uirtutem) ἰσχυρῶν

quo effi-

ἡ ἀσπίς τοῦ ἡρώδοτος. ἡ ἀσπίς τοῦ ἡρώδοτος ἀβστεργεο. Trāslatio est a coloribus, qui sic illi sunt at elui non possunt, quam trāslationem alij non senserunt. Quasi regula) Metaphora à fabricii. Cum ira dimicare) Cic. Cum Pyrrho de imperio dimicabatur. Negotium est) Cic. Mihi cum illa est negotium.

Cap.4.

QVOD dictum est initio libri secundi, agētes ea quae iusta sunt fieri iustos, temperata temperatos, reprehēderet quispiam & diceret, eos esse iustos qui iusta faciunt, atēteretūque similitudine, sic esse iustos qui iusta faciunt, ut sunt grammatici qui aliquid grammaticum praestit. Illud igitur occupat ἡ ἀσπίς τοῦ ἡρώδοτος, & obicit explicandi causa, id quod ante fecisset, si non alia prius exponenda locum cepissent. diluit argumentum à simili ductum, non semper esse grammaticum eum qui aliquid grammaticum praestet, quia id facere possit aut temere aut aliorum preceptione. nec semper esse iustum qui iusta faciat, quoniam ea facere possit vel imprudēs, vel sine delectu, vel animo recusante. Propositiones istae non sunt verae. Quisquis iusta facit, iustus est: quisquis aliquid grammaticum praestat, grammaticus est. ad quod demonstrandum satis est ostendere unum cui non insit aut iustitia aut grammatica, in quo tamen insit actio quaedam iustitia aut grammatica. parte detracta refutatur oratio generis uniuersi. Quoniam argumentum ex similibus collatione duobus modis refelli potest, aut si dicitur non esse in eo quod simile adducitur id quod uult aduersarius, aut si similia esse neges, ubi demonstrat non sic esse in artibus, utitur secunda ratione diluendi. similia esse negat, propterea quod ea quae efficiuntur arte, nihil aliud desiderant, quam artis absolutionem: quae uirtute geruntur, non solum rei qualitatem, sed agentis etiam certam constitutionem petunt. ita similitudo quae dicitur, à differentibus argumento dissoluitur. Docet tandem quae uere dicantur res iustae, qui iuri iusti, remque totam colligit. Quod autem perspicue demonstrat agendo non disputando uirtutem comparari, arguit eos qui libenter quidem de uirtutibus disputant, nihil tamen eorum quae loquuntur efficiunt. Comparat eos cum aegrotis qui medicos audiunt, sed nihil exequuntur eorum quae iubet ex arte fieri. sic animi morbo laborant illi, audiunt eos qui de ratione bene uiuendi praecipunt, ac libenter audiunt, sed nihil eorum faciunt

qua

quae audierit. Exēpla ab iusto & moderato cur potius sumuntur uere qui iusta saepe facit, iustus efficitur, sic qui fortia peragit, fortis, qui magnifica, magnificus. Itaque principio non usus est solum iustitia & temperantia exēpla, sed etiam fortitudinis, clementiae, & artium duarum. At in uirtutibus moris nihil est magis commune magisque populare uel iustitia: nihil quod latius pateat, quodque magis appareat quam temperantia: quapropter utendum potius hisce uirtutibus quam ceteris, si uelis molestiae uitandae causa paucis esse contentus. ut grammatica & musica de quibus potius loquitur, sunt omnium prima maximaque uulgata, sic nulla uirtus notior est atque uulgata quam uel iustitia uel temperantia. Quis debeat explicari difficultas, per ea quae sunt faciliora, & ignota per notiora, non sunt aliae uirtutes aut faciliores aut notiores. Nam & ad iustitiam referuntur omnes uirtutes, & ad temperantiam mediocritas omnis, quae elucet in decoro. Dicit aliquis, exēpla sunt libera. sic libera sunt, ut sapiens deligat actiora. Ad probandum congruentiora sunt quae notiora: ad ree pondus, quae plus habent grauitatis auctoritatisque: ad delectationem, quibus est plus admirationis, nouitatis, uoluptatis. Haec ergo potissimum causa, cur haec duae uirtutes saepius usurpentur. iustitia spectat ad alios, temperantia ad illum cuius est. bene uiuit, qui nec in se nec in alios peccat. fieri enim potest ut aliquis temere & fortuito aut alio precipiente non nihil grammaticum praestet. id quidnam est? temporibus Aristotelis omnes Graeciae populi Graece loquebantur, nec erat alia doctus, alia uulgus lingua. Erant tamen grammatici quos uocabant νετικούς, ad quos ire pueri solebant, ut Plato ostendit in Axiocho, ut ex arte loqui & de scriptoribus iudicare scirent. illorum facultas erat in cognoscenda uirtute litterarum, recta pronuntiatione tam litterarum quam syllabarum, perspicenda uerbi cuiusque natura, emendato sermone, recta scribendis ratione, cognoscendis historicorum & poetarum uocibus. ita fieri poterat, & nunc etiam fieri potest, ut grammatica rudis littera recte pingeret, aut uerbum apte pronunticaret, aut emendate multa loqueretur, aut scribi naturam uere explicaret, aut de quibusdam uersibus non improbe iudicaret. Videas hodie nonnullos qui orationes aliquot uerbis latinis comprehensus teneant indocti grammaticae, qui nomen unum aut alterum inflectere sciant, id fit, aut quod saepe

audierit, aut quod uerba quadam Romana sunt eorum lingua proxima. Quanto facilius ac promptius erat ijs qui eodem quo docti, ge nere sermonis utebantur. Reperias non paucos, qui tam apte canant consonante uocum discrimine, ut symphoniaci musica periti esse uideantur, quorum nemo precepta musicorum nouit. Itaque qui faciunt, aliquid aut musicum aut grammaticum prestant, id est, cuiusmodi præsarent uel musici uel grammatici, sed quia non tenent artem, cuius habitu comparato grammatici uocantur aut musici, non sunt nominibus illis appellandi. Quod si quis aliquid faciat ex arte, quānis non omnem teneat, dicens est artifex, sed illius dicitur quod ex arte facit. Nam partem scientia tenere potest, qui totā nesciat. Est qui loquendo uerbum effundit imprudens. ut ne dicendus poeta? Est etiam qui nescit oratorio numero, interdum tamē apte dicit atque numerose. num propter hanc causam habendus est orator? Mercator inter loquendum multa dicit quae lege cauta sunt atque per scripta. iccirco ne inuisperitus iudicandus? Multa funduntur a natura, multa temere cauit, id quod in libellis hominum indoctissimorum uidere licet, in quibus praclare non pauca dicuntur sed temere & fortuito, aut alio docite. Quid autē inter artem & fortunā inter sit, omnes penē sciunt. Fortuna nulla precepto, nullus ordo, nullus finis propositus, nullum consilium, nullū certum genus, nullus si delectus hac in arte sunt omnia: nihil arte certius, nihil fortuna incertius. Est igitur aliud ex arte loqui uel caute, aliud temere & fortuito. Quid sibi uult quum dicit, Quae sunt ab artibus quicquid est perfectionis secum ferunt ipsa? Lucianus dialogos optime scripsit homo impius & irosus. Aristophanes edidit fabulas admodum bonas, uir sceleratus, qui accepta pecunia socratis nomen carmine lacerauit. Plato reliquit opus de philosophia pulcherrimum, cuius uersus indicant amore puerorū stagnasse. Graeci fuerunt eloquentes, orationeque non improbas scripserunt, sed uisios fratres atque reip. perniciosi. Omnium istorum scripta in suo quaque genere praclara dicuntur & habentur. Caritatem non habetur ratio morum, sed operis, & eius ex qua manauit, artis. Dardalus insignis architectus uasiphase & tauro ligeam uaccam dicitur fabricasse, opus nouum & arduum, nefarium tamen. Perillus Atheniensis ex arte taurum phalaridis

laridis mira arte fabricauit, quo miser igne subiecto cruciarentur. Ars eorum laudata, opera praclara, mores improbi. Opus indicat artificem, ut aiunt. Num si quod est perfectum ut tabula pictoris eximij, quaritur quo delectu, qua uoluntate, ad quem finem perfecterit? Nequaquam. Opus enim modo spectatur & ars, hoc satis est. sic quae sunt ab artibus, quicquid est perfectionis secum ferunt ipsa, nec aliud nos auocant quam ad illius artem contemplantandam qui ea confecit. Protopogenes iabysum fecit, quem ueteres summa laude extulerunt. Equus interrogauit qua mente, quo animo, quo consilio, qua uirtute, quo sine adductus id fecisset? Itaque mala mente, animo malo, scelerato consilio, propter improbum finem opus illud suscepisse, nihil ea de causa perfectionis aut arti pingendi, aut tabula detraxerit. Non eadem est ratio uirtutum. Flaminius in Gallia consul securi percussit hominem damnatum rei capitali. ista res est: sed quoniam id fecit exoratus in conuiuiō a scorto, motata est uiri libido, qua permotus fecit inuisse. T. Manlius a Genutio Tusculanorum equitū praefecto in certamen prouocatus, dimicauit, ac prouocantem necauit. Praclari facinus ac forte. Is tamē a L. Manlio patre casus est, quod extra ordinem pugnaasset. Factum alioqui pulchrum uitauit edicti consularis obliuio. Itaque fortia gessisse quidem sed haud fortiter est iudicatus. Cerdo quidam populo Ro. ludos exhibuit. Liberale munus. Luxu rioso tamen fecit, qui sua conditionis lineam transgressus est, quo propter eum nemo liberaliter id fecisse iudicauit. sp. Melius, quum famem urgeret populum, re frumentaria subleuabat inopes. quid liberalis? At casus est ab Hala seruilio, quod spe regni impulsus hoc faceret. Benignam manum finis uisiosus inquinauit. Carilina fuit patiens inedia, nigelia, algoris supra quam cuiquam credibile est. temperatum sane corpus, & factum modestum. sed quod omnia referrebat ad honorem ambitione conceptum, nemo dicit egisse temperate. Videndum quidem certe, quis agat, ubi, quando, quomodo, quo fine motus agat. Quum multa sint impedimenta uirtutis, quid est cur tria modo ponit, si quis fecit imprudens, sine delectu, sine firma uoluntate? In actione uirtutis habenda ratio non solum rei quae geritur, sed eius etiam qui gerit. Res, sēps, locus, modus ad persona separatur; ut, Pecunia magna Lutetia data pauperibus anno seque mil-

lesimo quadragesimo, sic ut nemo bonorum diminutionem sentiret, inopes uagi cogiterentur. Res est data pecunia, locus Lutetia, tempus annus ille, modus temperata dandi ratio, medicorum cohibito. Num iam dicenda liberalitas? Nequaquam, nisi cetera coherent. Videndum qui dederint, an scientes, ac cum delectu & propter equitatem, an ultro dederint. Nam fieri potest ut sures alienum donarint, alij diuina uoluntati imperiti, alij sine delectu, alij propter uitandam molestiam, alij coacti. In personis considerantur ista, in rebus cetera. quamobrem non omnia numerauit, sed ea tantum, quae ratione personarum continentur. Quum uirtus omnis sit uoluntaria, non erit in eo qui bene agere uolet: nec erit si uolet, nisi quid agat ipse cognoscat, bonum deligat propter ipsum. Virtutis hoc proprium (inquit Cicero) earum rerum quae secundum naturam sunt, habere delectum. Ea recta ratio dici potest. Ut est recta ratio, si nolit, si necessitas? Cui uoluit beneficium dare, casu dedisti, quae tua uirtus est? Inuisti bonum ciuem non quo uirtutis opus efficeret, sed ut te iniustum inuaret. num uirtutis est hoc officium? iniuria ab eo propulsasti quem noueris, non qui scires id esse iniustitia: num propterea iustus es? sed in his, propterea quod postea multis explicabuntur, haud diutius immorabor. Quia uirtus est habitus, constans & firma qualitas, firmè & constanter agere debet, quoniam ponitur in appetitu, quae sunt expectanda, suasa rationis eligere, quod autem recta ratione ducitur, quae sequenda sint & fugienda cognoscere. Quid? uirtusne ars dici potest? Hoc enim uelle philosophus uidetur, quum dicit, ad alias artes solam cognitionem pertinere. Euerunt qui dicerent uirtutem scientiam esse, quam sententiam complectitur Musonius hisce uerbis, ἡ ἀρετὴ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔργον, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔργον ἢ τὸ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔργον. id est, Virtus est scientia non in contemplatione solum numerum in actione posita non aliter atque medicina & musica. in ea sententia non est Aristoteles. Quum dicit igitur alias artes, hoc est quum uirtutes ponit in artium genere, aut significat scientiam uirtutis esse, ut supra demonstrauimus, aut artes dicit habitus quosdam. Nam quemadmodum uirtutes sunt habitus, ita & omnes artes. Itaque referuntur ad idem genus uirtutes & artes, ut homines & bestia ad animal.

animal, tamè nec uirtutes sunt artes, nec artes sunt uirtutes, nisi latius nomen uirtutis extendas. Ergo locum sic explicabis. Hac prater scientiam non sunt in eorum numero quae ad tenendas alias artes & exercendas pertinent. Hoc est, delectus atque firmum propositum, ad alios habitus non pertinent artium & scientiarum, aut ad alias artes non pertinent, ut ad uirtutem cuius est ars quaedam, aut ad alias hoc est, diuersas, & uarias artes. Ad uirtutes (inquit) scientia quidè aut nihil aut parum ualet. Cur ita possumus ne dicere scientiam ad uirtutes nihil ualere possumus. Quid scientia profuit ijs poetis qui carmen implerit omnium flagitiorum & turpitudinum sterquilinior? quales sunt Catulli, Ouidij, Martiales, iuuenales, et alij permulti qui uirtia aliorum insectantes ipsi turpissime & niuebant & loquebantur. Quid ijs philosophis, qui de uirtute locuti turpiter agebant? quos hic arguit Aristoteles. scitur illud, οὐδὲν τῶ νόμος τὸ πρῶτον, μακροῦ παρὰ τὸ βῆμα ἐστὶν, id est, sapientia huius mundi, apud deum si uirtutia est. Hodie uidetes eruditiores imperitis esse peiores. Atque ueteres fingebant Astraeam id est, iustitiam quæ generis humani scelus exorsa reuerteretur in caelum, per rusticos extrema fecisse uestigia. Quobrem recte socrates in Alcibiade, λωπλοῦ ἀρετῆς τοῖς πολλοῖς μᾶλλον ἀδικαῖ μὲν, οὐκ ἂν δὲ αἰδῶται. Est igitur, inquit, utile multis & nihil scire, & nulla scientiae opinione duci. si dicas omnem cognitionem ad uirtutes nihil ualere, falsa dicas, ex homine bestia facias, Aristoteli repugnes qui nullam sine cognitione uirtutem exerceri posse iudicat. si confirmes eam scientiam labore quaesitam quali praedicti sunt artifices & docti, nihil aut paruum inuare uirtutes, eadem (ut opinor) quae philosophus affirmas. Si cognitionem cum delectu & animi firmitate comparare uoles, nihil erit pene, aut res admodum parua: si solam perse considerare, non nihil certe quidem uidebitur. Ut temperate uiuas, paruum est scire frenandas esse corporis uoluptates, multum est moderationem deligere. semper exercere, in ea firmo & stabili animo perseverare. Ne quies autem tibi contradicat quod aliud antè dixerim de scientia, quum de prudentia ageretur: hic loquimur de uirtute morali, non de ea qua rationis est, ad quam scientia plurimum ualet. Iustus est qui iusta facit iustij. Quomodo iusta faciunt iusti? sciunt quae iusta sint. ea quum delegerunt propter

ipsa non propter aliud, (excipit felicitatem) animo firmissimo prosequuntur, quo tempore, quo loco, quomodo, in quos & apud quos bonum est, haec uniuersa necessaria sunt. Ex contrarijs unum iustitiam dissoluit, si quis ignoret aut id esse iustum quod agit, aut illud non eligat potius, aut propter metum faciat, aut agere faciat ac inuito, aut quando, quo loco, quo tempore, in quos non debeat. Hinc apparet quanto sit facilius iniuste agere quam iuste. Haec plerique non agunt. Quinam? philosophi, an alij? partim philosophi, partim ceteri; omnes certe qui uerbo non re philosophantur. Quae fuerit quorundam philosophorum uita, plane demonstrat Lucianus in symposio. Videmus hodie quam multi dicunt opera philosophia tam sacra quam profana, qui quum uerba de loco superiore faciunt ad populum, non improbe loquuntur, at quid agant uel domum uenturi est, perscribere non est opus. Verba profundere non est arduum atque operosum. Agere uitam probe, longe difficillimum est. Itaque fere omnes de uirtute praecclare dicimus, uita damnamus; pauci uero factitant quod in alij requirunt, ut inuenis ille apud Aul. Gellium, quem uir atticus Neroles redarguit: multa pollicetur, nec est bona frugis. ita saepe negamus gloriam ueniamur, belle disputamus: impure tamē & improbe uiuimus. His de rebus haec tenus. In dubium uenire. Cic. Res in dubium uenire non potest. Qui sit ut. Cicero, qui sit ut ego nesciam? Agites ea quae iusta sunt fieri iustos. Melius ita reddas παράφορτος, quam si utare uerbo. hic aliquot interpretes non mihi uidentur explicare uim graecorum. Cic. iusta faciunt Cic. aequa & iusta dicit. Sūt qui magno opere laborant in his uertendis, quod existiment iusta in neutro genere non posse dici: querunt ambages uerborum, quando nihil est necesse. An uero, si nunc aut, nunc an significat. Hic melius reddas an, quam aut. quia antequam refutet, in dubium uocat obiecta. Male quidam uertit, at. Alio praecipiente. Ceteri De uocis praecipio, consulo. Tum uero grammaticus erit. Sed hic uerū non ergo significat. Grammaticus. Quamtil aliud esse latine, aliud grammaticae loqui. Per uirtutes. Cic. Cato inuisus quasi per beneficium Cyprū relegatur. sese habent ipsa. Cic. Rem uides quomodo se habet. Tenens delectum. Cic. Harum rerū hic tenetur a sapiente delectus. Ad tenendas alias artes & exercendas) $\pi\alpha\iota\varsigma$ & $\tau\alpha\iota\varsigma$ $\pi\alpha\iota\varsigma$ $\tau\alpha\iota\varsigma$

¶ $\chi\epsilon\iota$ non

¶ $\chi\epsilon\iota$ non tam significat ad assequendas artes quam ad retinendas & exercendas. Conualescunt. firmiora ac ualentiora fiunt, $\omega\delta\epsilon$ $\chi\epsilon\iota$ $\pi\alpha\iota\varsigma$. Tales sunt quales. Cic. Cuius esset talis qualem te esse uideo. Sunt qui uitant hanc locutionem sicut anguem. Ex actibus praetermittendis. Cic. Temperantia consistit ex praetermittendis uoluptatibus. iubent medici. Teret. Post deinde quod iussu ei dare bibere, & quantum imperari, dicit. Melius hoc modo quam si dicas praescribere. Medicina abutuntur. $\Delta\epsilon\alpha\gamma\epsilon\tau\ \delta\epsilon\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\omega\sigma\iota$, non qui curantur, sed qui medicina abutuntur, ut hic sumit.

VNDE uirtus oritur, & quibus in rebus ueretur, explicatum Cap. 5. est. Post hac uideamus quid sit. Sic enim ratio quaestionum postulat, ut primum queramus an sit, unde oritur, quae eam causa effecerit, sit necne sic. id ostendit Cicero in Top. Coniectura (inquit) ratio in quatuor partes distributa est, quarum una est, quum quaeritur, sit ne aliquid, altera unde ortum sit, tertia, quae id causa effecerit, quarta, in qua de mutatione rei quaeritur, sit necne sic. Esse uirtutem rationis aut moris ostendit, ab actionibus oriri, agendo perfici, sic esse ut ei cognitio non satis sit, sed praeterea $\omega\delta\epsilon$ $\sigma\upsilon\lambda\lambda\omega\sigma\iota$ omnes ad sint. Quid ergo restat, nisi ut quaeratur quid illa sit? Quaestio quid sit, explicatur definitione. Definitio declaratur genere & differentia aut proprietate, in definitione praepositur genus, quamobrem principio quaerit quodnam sit uirtutis genus. Ut id reperire possit, ea partitur quae sunt in animo, deinde singula definit. prima definitio est ex enumeratione partium, secunda e causis, tertia ex proprijs. habitus enim proprium est, aut perturbationes ferre mediocriter si bonus est, aut nimium aut parum, si malus. Postea utitur argumento ab enumeratione partium, in qua tribus sumptis, duo tolluntur, ut tertium relinquatur. Tolluntur autem hoc est negantur, rationibus a dissimilitudine differentiaque sumptis, quae singulariter explicare quis uim habeant, nihil est necesse. Triane tantum oriuntur in animo? perturbationes, facultates, habitus in animo superiore, id est, in mente sunt alia ut notionem, conceptionem, collationem rerum. Notiones ut generum & formarum, conceptiones rerum singularum, comparationes rerum omnium inter se. In animo rationis experite sunt quidam motus leues qui non uidentur esse perturbationes: sunt & actiones

crebra, quæ neque sunt habitus neque facultates. An utrunque vult
 animum sumit an inferiorem solum, ut vult græcos interpreti vtrū-
 que putat. Sicut enim fortitudo est habitus in appetitu, ita sciētia &
 prudentia est habitus in mente: quod ostendit Aristoteles lib. 6. cap.
 8. Sic autem loqui videtur de omnium habitu uirtutum. Perturbatio-
 nes sunt omnes in appetitu sed in eo non sunt aut facultates aut ha-
 bitus omnes. A natura accipimus facultates, quas alij potentias no-
 cant, ut facultatem cogitandi, ratiocinandi, opinandi, irascēdi, con-
 cupiscendi, nec accipimus frustra, sed ut efficiat aut patiatur ea quæ
 facere aut pati possunt. Sic autem facultates eas sumi vult, quæ sunt
 in appetitu, non in omni sensu, uel in mente. Loquitur enim de uir-
 tute moris quam continet animus rationis expertus, & eiusmodi uir-
 tutem potissimum definire contendit, quod apparet ex ea definitio-
 ne quæ paulo post declarat hoc modo. *ἵβη ἄρα ἡ ἀπαρτῆσις πρῶτα
 φερέται ἐν μεσότητι οὐκ ἐστὶν πρὸς τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τὸ
 κακόν*. Facultatibus appetitus instructi cupimus, irascimur,
 excandescentius, metumimus, audemus, aut aliter mouemur. Affe-
 ctus igitur & perturbaciones in eas cadūt, quæ in mentem cadere
 non possunt. si consuevit animus illis moderari, uirtutis est habitus,
 si non, uitij. Notiones generum & formarum non sunt in hoc ani-
 mo, nec intelligentia rerum singularum, nec ratio comparandi. Mē-
 tis, atque rationis hæc sunt. Motus animi inferioris siue sint parui,
 siue mediocres, siue magni, dicuntur *παθη*. id est, affectus & per-
 turbaciones, quæ diu non permanent. Habitus autem sunt permanē-
 tiores. Quid aliud præterea? Aristoteles in Categorijs quæ de qua-
 litate loquitur, enumerat hæc species, habitum, affectionem, uim natu-
 ralem, imbecillitatem contrariam, patibiles qualitates, affectus,
 formam atque formam. Virtus atque forma non sunt in animo. Re-
 liqua insunt. Affectionem, qualitatem patibilem, perturbacionem cō-
 plectitur nomine affectus, uim naturalem referimus ad facultatem
 cum imbecillitate contraria. Facultas est *δύναμις*, id est, potestas,
 quæ si absit, aut nulla penē sit, *ἀδύναμις* uocetur, id est, priuatio fa-
 cultatis. Ira, metus, cupiditas & similes qualitates sunt patibiles,
 quæ sic efficiunt animum ut dulcia & amara gustum, dicuntur etiā
παθη *καὶ ἀσθένει*, hoc est, ut appellant barbari, passiones &

disposiciones. Hæc si bene descripta sunt, perspicuum est in animo ra-
 tionis experte hæc tria, non plura numerari, facultates, affectus, ha-
 bitus. Afficiones eduntur ab illis tribus, nec sunt in hoc genere qua-
 litates. Quapropter eos falli puto qui existimant hic Aristotelē qua-
 dam, nō omnia, numerasse. Numerauit omnia quæ sunt in eo gene-
 re qualitatibus, in quo uirtus est. Nec plura numerat is qui librum scrip-
 sit cui nomen est magnorum moralium. Quæ græci uocant *παθη*, in-
 docti passiones, recte uocantur affectus? Quidam in cōmentario
 scribit affectum dici aut habitum aut affectionē quam uulgus
 appellat dispositionem, non significare quod *παθη*. sed fallitur.
 Quintilianus in 6. affectuum inquit, dua sunt species, alterā Græci
παθη uocant quam nos recte uertentes ac proprie affectum dici-
 mus. Censens ignorasse Fabium quo uerbo Cicero reddidisset *παθη*?
 Cicero lib. 1. de Inuent. Affectio est animi aut corporis ex tempore ali-
 qua de causa cōmutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, molestia. Affe-
 ctionem dixit *παθη*. Ouid. 8. Metamorph.

Thestias haud aliter dubijs affectibus errat:

Inque uices ponit, postquamque resuscitat, iram.

Iram dixit affectum. valla lib. 4. Quintilianus non perturbacionem
 sed affectum nominat, neque ipse aut solus aut primus sed pleriq; an-
 te eum, ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Iuuenius, alijsq;
 permulti. Cicero sapius uocat perturbaciones, scpe affectiones, mo-
 tus, morbos, permoções: & affectum pro affectione dicit in quaest.
 Tuscul. Numerat ne perturbaciones omnes? Nequaquam. plures
 ostēdimus in tertij caput huiusce libri. Quas hic ponit, sic definiunt
 stoici. Cupiditas, opinio uenturi boni, quod sit ex usu iam præsens
 esse, atque adesse. Ira, libido puniendi eius qui uideatur læsisse ini-
 uria. Excandescentia, ira modo nascens, modo desistens. Aegropilus
 & Leonardus crediderunt *ἔργον καὶ θυμὸν* uno dici nomine à la-
 tinis, quos secutus est Faber. Cicero *θυμὸν* siue *θυμῶν* au reddidit excan-
 descentiā. Metus, opinio impendentis mali quod intolerabile esse ui-
 deatur. Audaciam non ponunt inter affectus. est enim uirtutum, sicut
 luxuria. Verto *ἔργον* fiduciam non audaciā, quia est fiducia bona
 & mala, sicut & gaudium bonum & malū. De fiducia mala Virg.
 Tantane nos tenuit generis fiducia uestri? idem de bona, fiducia est-

fit quo tibi diua mei? definitur sic, fiducia est opinio boni securitate præstantis. Aristoteles definit hoc modo 2. lib. de arte rhet. *Ἐπίσχυς ἢ μὲν φαντασίος ἐλπίς τῆς σωτηρίας ἢ ἐν τῷ ἔργῳ. id est, fiducia est opinio & spes rerum salutarium ut impendentium. Ex qua definitione apparet inter perturbationes debere poni. Metus enim & fiducia sic sunt contraria ut ægritudo & letitia qua dua sunt perturbationes. fiducia ex præteritis dicitur et *Ἐπίσχυς*, tametsi hac differre putat. Invidia siue invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas que nihil noceant invidenti. Caudii opinio recens boni presentis, in quo debere rectum esse uideatur. Amicitiam inter affectus poni non esse quædam credat, quia sit ut uult Aristot. 8. Eth.) aut uirtus, aut non sine uirtute. Eam tamen ponit hic & in 2. rhetorico. & ita definit. *Ἐλευθέρως ἔστιν ἐπιθυμία τῶν ἀγαθῶν ἐκ τῆς ἐλευθέρως ἔχουσιν ἀλλὰ μὴ ὡς τῆς, ἢ ἐπὶ δυνάμει πρακτικῆς τῶν ἀγαθῶν.* id est, Amicitia est quæ quis optat alicui que arbitratu esse bona, non propter se, sed propter illum, ac pro uiribus exhibere cõtentis. Veniunt in perturbationibus, quia sicut amicus laetatur amici rebus secundis, ita dolet aduersis. Adde quod contraria sunt in eodẽ genere. Stoici autem in perturbationibus numerant inimicitias. Odium est ira inueterata. Desiderium, libido eius qui nondum adsit, uidendi. Aemulatio, ægritudo si eo quod quis concupierit, alius potiatur, ipse carcat. Misericordia, ægritudo ex miseria alterius laborantis. Nos omnem affectum quidam stoici uolunt esse morbos animi, & in utriusque ponunt. Peripatetici laudant quum medio cricitat seruant. Ita quæ nominibus utuntur ijs que sint in uitio: Aristoteles ijs etiam qua sint in laude. Definit affectus in eo libro quem dixi, cuius uerba (quo sim breuior) paucis trãseram. Ira, inquit, est appetitus ultionis cũ dolore, quod homo nel ipse nel alius clarus iniuria sit contemptus. Clemencia, ira cõpresso sedatioq;. Amicitia paulo ante declarata inimicitia, contraria est affectio. Metus est dolor aut perturbatio ex opinione futuri mali quod aut perdat, aut molestia afficiat. Illi contraria fiducia, de qua modo mentionem fecimus. Verecundia siue pudor est dolor quidã et permotio ex malis aut presentibus, aut præteritis, aut futuris, que ignominia afficere uideantur. Impudẽtia contraria. Beneficentia est, qua præditus, beneficium dat egenti, neq; propter se neq;*

propter

propter aliud, sed propter eum cui datur. Misericordia, dolor est ex opinione mali aut exitialis aut molesti, quo quis afficitur iniuria. Contraria est indignatio, hoc est dolor ex opinione boni quo afficitur indignus. Inuidia est dolor ex opinione rerum secundarum, non ut sint inuidenti, sed ut ne sint ei cui inuidetur. Aemulatio dolor est ex opinione bonorum qua sunt in pretio, non quo doleat amulus hac adesse alteri, sed ægre ferat, quum par sit, non esse sibi. ei contraria contemptio. Habes definitiones stoicorum & Peripateticorum, diuersos ordines, uarias sententias: Præterea motus quos hic non enumerat, & ut sequatur uoluptas & dolor, in quo forsitan habere possis, non sint animi permotiones, quas quædam sequitur uoluptas aut dolor. Hoc philosophus dicit, omnes animi motus quos comitatur aut uoluptas aut dolor, esse *παθῆ*. In siue perturbationes. Virtutes autẽ & uitia sequuntur uoluptas & dolor, sed habitus sunt, non autem repentini celeres ne motus. Quæ sunt in homine facultates? Alia sunt in corporis, alia in animi partibus. In sensibus facultates uidendi, audiendi, odorandi, gustandi, tangendi, in pedibus ambulandi, in articulis steterendi, in lacertis sentiendi, in stomacho coquendi, in icore conficiendi sanguinis, in corde excoalfaciendi motuãque corporis, in sticne nigra bilis attrahenda, in uenis purgandi sanguinis & circumscribendi. Quidã singula partes suo funguntur officio, quod facere non possent, si uires eiusmodi a natura non haberent. Hoc quale sit, perspicue declarat Galenus in libro de usu partium & de facultatibus naturalibus. Sic in animi partibus uariæ sunt facultates, quarum nonnullas paulo ante nominauit. Alia facultas est, qua reminiscimur, alia, qua ratiocinamur, alia qua deprehendimus, alia qua miseremur, alia qua inuidemus. Ut instrumenta rebus agendis comparata sunt diuersa, sic actionibus corporis & animi insuta sunt uelut instrumenta quædam, siue cause efficientes: quæ si desint, ægre non possumus, ut si læsa sit memoria facultas, reminisci non possumus. Instrumenta sunt in corpore, efficiendi uis in animo. Non autem dicitur facultas, quod efficiat, sed quod quum adest facilius aut patitur aut efficiamus. Est enim tam patiendo quàm faciendi facultas, & tam mali quàm boni quapropter & nimium & parũ & mediocriter perturbationes ferre possumus. Faculus nemi facile patitur frigus, facultas laboratorum

u ij

facile membrum mouet. Facultas mentis ad bonum, appetitionis ad malum prona est. *Habitus ne sic perturbatiouibus moderatur, ut per illos bene aut male pormotiones feramus? Rationis est, imperare parui quæ rationis est expers. Itaque non uirtutis habitus, sed ratio affectibus moderari uidetur. At enim frustra conatur ratio, nisi animus ille diu multumque assueuit ei parere. Assuescendo creatur uirtus ea quæ moris est. Vbi radices egit, atque firma constitit, ducit nos in mediocritate, neque permittit sic stupidos esse, ut nullo modo moueamur, quasi nobis sit ut Persius ait cornua fibra: neq; sinit tã lōge progredi, ut supra modum uel irascamur, uel cupiamus, uel aliter afficiamur. Temperantia moderatur affectibus. Cic. in Part. Quæ uerò moderandis cupiditatibus, regediūque animi motibus laudatur, eius est manus in agendo, cui temperantia nomen est. Habitus ergo bonus moderatur affectibus, malus incitat ad eos actus quorum frequentatione cōcreuit. Habitus, inquit, uoco quorū prasiadio bene aut male muniti sumus ad perturbaciones ferendas. perturbaciones Cicero moderatiōe constantiaq; sedari putat. Verba sunt eius Tu C. 4. Ergo is quisquis est qui moderatiōe & constantia polleat, quietus animo est, sibi que ipse placatus, ut neque tabefcat molestijs, neque frangatur timore, nec scienter quid appetēs ardeat desiderio, nec alacritate futili gestrens deliquescat, is est sapiens quē quærimus, is est beatus, cui nihil humanarū rerum aut intolerabile ad demittendū animū, aut nimis letabile ad esseferendū uideri potest. Idem in eodē loco ridet eam quæ adhiberi uolunt Peripatetici mediocritatem, ut Aristoteles quum dicit, si mediocriter affecti sumus, bene affecti sumus. Modū, inquit, tu adhibes uitio? An uitium nullum est nō parere rationi? An ratio parum præcipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardēter, aut adeptus te efferas insolenter? Nec porro malū, quo aut oppressus iaceas, aut ne opprimare, mente uix constes? eaq; omnia aut nimis tristitia, aut nimis læta errore seruis? Quæ crescētia pernicioſa sunt, eadem sunt uitiosa nascētia. Qui uitij modum apponit, is partē suscipit uitiorum. Alia multa asserti in eandem sententiam, & quid Peripatetici respondeant. logos (si placet) omnem locum. Dicendum mihi uidetur, eos motus esse naturales: non esse uitium quod naturale est, quoad naturam seruet. Itaque tum uitiosas esse perturbaciones,*

quum

quum ultra naturam modumq; prosiliunt. Stoici ex homine saxum faciunt. In hac re Peripatetici anteponendi, quod ostendit summi patris filius, quum fleuit, cōmotus est, flagello cohibuit auarus & impior. Ἐπίπλετο ἡ ψυχή αὐτοῦ τῶν πόνων, ἵνα σκίσειν, & ne peccate. Propter affectus (inquit) neque laudamur neque uituperamur, id ne uerum est? Laudatur ne orator qui ut obtineret causam iustam grauiter iratus est? Nōne laudatur Themistocles, qui doleret nihil tale se fecisse, quale Miltiades fecisset in bello? Quis est qui non afficiat laude Pythagoram, Democritum, Platonem, quod cupiditatis ardore flagrantes tantopere laborauerunt? Quanta laus fiducia? quanta amicitia? quanta misericordia? quanta emulatio? Nec metus caret sua laude, ut quum bonus imperator hostium metu compulsus adiugulauit ne imparatus deprehenderetur. Teuent. salua res est. Erubuit. Virg. Arma amens capio. Cic. in Orat. incendor porro cottidie magis non desiderio solum, quo quidem conficior, & quæ sequuntur. Hunc modum uidetur explicare paulo post, quum dicit, Nec uituperatur qui simpliciter, sed qui ira mouetur quodammodo. Hoc sibi nult affectus neq; laudari per se, neq; uituperari, sed laudari propter uirtutē qua dignatur, uituperari propter uitij admixtiōem, ut non laudatur orator q; ira moueatur, sed q; propter iustitiā ira moueatur. Nec Plato laudabilis quod arderet cupiditate, sed q; sciēdi desiderio flagraret. si motus isti cū uirtute cōiuncti sunt aut cū uitio, laudatur aut uituperantur. Alioqui laude & uituperatiōe uacāt. Idē de rebus ceteris dicēdum. Cic. in Part. Omnia enim sunt profecto laudanda quæ coniuicta cū uirtute sunt, & quæ cū uitij, uituperanda. Laus est propria uirtutis, inquit Arist. in Rhet. Est autē simpliciter irasci, sic cōmoueri propter contemptū, ut neq; uirtus, neq; uitij appareat. irasci quodammodo, cū uirtute aut cū uitio cōmoueri. Qui uerit, omnino irasci, qd sibi uult? quid est omnino irasci, nisi sic cōmoueri, ut ira maiori ne sit locus? Cic. Cupiditates certorū hominū impedimento mihi fuerūt omnino. Quid impulit hominē, ut ita loqueretur credebat aduerbū simpliciter latine in hoc genere dici nō posse. id esse falsum supra demonstrauit. An sine delectu irascimur & timemus? Oratores quum mouere uolunt aut iram aut metum, sententias & argumenta afferūt quibus istuc efficiant. Auditor quum uidet iustus esse metus & ira cau

u ij

fas, commouetur. tum uidetur irasci & timere cum delectis. si quis inter pericula confidat, non desunt qui fiducia reiiciant, metum potius deligendum putent; idque rationibus confirmant. Quid? Amicitia nullius est delectus nullius amulatio? Quid aiunt igitur, unum de multis eligendum cui sis amicus? aut cui amuleris? Motus animi (ut paulo antè dixi) naturaliter oriuntur, quos ostendit non esse nostri delectus reprimere non auctere: non item deligere possumus. Deligimus ea quæ sunt in nostra potestate, & quæ inter se conferuntur ratione diuersa. Motus autem non sunt in nostra potestate. Homo quod aptus est ad ridendum, tum ridet quum uidet audit ue ridiculum. Sic quod aptus est ad irascendum tum irascitur, quum putat aut se aut alium iniuria contemptum. Ac ut risum nō deligit, sed erumpentem uix cohibet, ita iram non eligit, sed eam effervescentē uix refrenare potest. Nec metum suademus, sed cautionem periculi, nec amorē deligimus, sed ab eo uel inuiri ducimur: hinc illud, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Amor autem & beneuolentia amicitia principium est. Naturalis est amor uirtutis propter quā nascuntur amicitia firma. stoici putat omnes animi motus esse in nostra potestate, propterea nullum eorum cadere in sapientem existimant. Illorum sententiam non esse probandam antea diximus. euerunt qui dicerent alios affectus esse in nostra potestate, ut uoluptatem, alios non esse ut dolorem, quibus non assentiantur ij qui rem proprius uident. scitum est illud, ΒΛΠΠΩ ΔΙ ΕΤΕΡΟΥ ΤΟΥΟΥ ΙΝ ΕΙΣ ΜΙΛΑΔ ΜΩΝ ΑΠΤΕΡ ΑΠΘΗΜΕΛΟΥ Ε ΤΗΜΟΥ ΡΟΥ ΜΩΝ, ΚΑΙ ΑΙΧΜΑΛΟ ΤΙΖΟΥΤΕ ΜΕ ΙΝ Ε ΤΗΜΟΥ Ε ΑΜΑΡΤΙΑΣ Ε ΟΥΤΙ ΙΝ ΕΙΣ ΜΙΛΑΔ ΜΩΝ. Aliam uideo in mēbris meis legem repugnantem legi mentis mee, quæ me captiuum reddit legi peccati in membris meis inhaerenti. ΙΘΘΩΝ ΜΕΙ ΑΠΘΗΜΕΛΟΥ ΤΥ ΟΥΡΗ. Datus est mihi stimulus per carnem. Η ΖΑΡ ΔΑΥΝΑΜΙΣ ΜΩΝ ΙΝ ΑΔΕΙΩ Ε ΠΛΑΟΥΤΗ. uirtus enim mea in infirmitate perficitur. Non satis ostendit uel inuiri nobis oriri perturbationem? At uirtutis est ef frenatiores comprimere. Virtus autem dei. scio magnā hisce de rebus esse contentionem. Tu sequere naturam, ducimque rationem. senties omni tempore sine dormias, sine aduigiles, sine labores, sine nihil agas, erumpere uarios affectus, & oppugnare mentem, atque prelia diuersa committere. ut uirtutis est, si nocent propulsare, ita

non eius est, sic omnino delere, ut nunquam suscitari possint. Quid plura uideamus, an sint uirtutes ΠΕΘΑΙΡΕΩΣ, id est, delectus, uirtus (ut paulo post dicturus est) ἡδὴ ἐστὶ ΠΕΘΑΙΡΕΤΙΚῆ, hoc est, eligens habitus. Quid autem refert utrum dicas, uirtus est eligens habitus, an hoc, uirtus est delectus quiddam? uirtutis enim moralis est extremis relictis deligere mediocritatem. sic anima dicitur actio corporis atque perfectio, quod agat cum eo & illud perficiat, ut uirtus delectus, quod cum ratione, mediocritatem deligat, & animam diligentem perficiat. Aristoteles uel alius quissiam, ἡ δὲ ἡδὴ ἰδιότης μὲν γὰρ οὐκ ἔστι ΠΕΘΑΙΡΕΩΣ ΜΑΤΕ ΛΟΓΩΝ, delectus est cum ratione, ὁρῆσις μὲν δὲ οὐκ ἔστι, οὐκ ἔστι ΒΟΥΛΗΣ. Non est ille quidem, neque appetitus, neque uoluntas. ΠΕΘΑΙΡΕΩΣ Μὲν ἔστι τὸ πλοῦς, ἀλλὰ ἡδὴ ΠΕΘΙΣ ἢ ΠΙΛΟΣ, delectus non est ultimus, sed eorum quæ pertinent ad finem. ΠΕΘΑΙΡΕΟΥΜΕΝ ΔΕ ΤΟΚ ΑΥΤΙ ΤΩΚ ΑΙΟΙ ΕΙ ΒΙΛΤΙΣΟΙ ΑΥΤΙ ΤΩ ΧΕΙΡΟΤΕ. hoc non illud eligimus, ut optimum non deterius, quantum sit in optione. οὐκ ἔστιν ἢ ΤΙ ΔΙΚΤΟΙΟΙ, nec est cogitatio atque mentis conceptio. ΚΑΙ ἡ ΠΕ ΠΡΟΙ ΑΓΓΡΟΥΝ ΔΥΝΑΤΑΙ ΟΥΔΕ ΑΥ ΤΩ, ΚΑΙ ΒΟΥΛΩΤΕ ΔΑΙ. antequam deligat aliquid eorum quæ sunt in optione, animaduertendum tibi est ac consulendum. Ex his apparet eos errare qui ΠΕΘΑΙΡΕΩΣ uertunt cōsiliū, & uirtutes consilia dicant. consilium antecedit, electio posterior est. Recte uertes electionem. Cic. in Verr. ille tibi potestatem electionemque facturus est, at eligas utrum uelis. Apparet etiā quid sit delectus & quibus in rebus sit, ac ut uirtutes sint electiones quædam. id quale est, uirtutibus ac uirtus nō mouemur? Institiāne mo uet nos ad iusta, fortitudo ad fortia, temperantia ad temperata? si quis ita loquatur, improprie loquatur. Virtutes & uicia sunt habitus & qualitates diu permanentes, quæ nos afficiunt quodammodo, hoc est proniores efficiunt ad bonum uel malum: non ita mouēt animū, ut ira, indignatio, inuidia & ceteri affectus, non ita repōte exoriantur, non tam facile desistant, non hoc modo nos perturbant. Virtutis est non animam commouere, sed potius tranquillū reddere: quapropter fuerunt qui dicerent uirtutes esse tranquillitatem. itaque uir bonus nō modo tranquillū ipse est sed aliorum perturbationem sedat, ut ille Virgilianus homo grauis, qui regis dictis animos & temperat iras. Vitium quum sit habitus, infixum ma-

net, nec commouet ut affectus, sed quodammodo pronos efficit ad id sequendum quod sepe fecerit sumus. Motus antecedit, ut uoluptatis opinio, uitium subsequitur, si non affectus ille reprimatur. Virtus circa medium posita reprimunt ne quod satis est agamus, ultra mediocritatem profecta nos retinent ne in medium uertamus iter. Omnia defecerunt à rationis imperio, & appetitum uinctum ligatūq; tenent. Hinc illud Ciceronis in Verrem, Tanto scelere se obstrictum esse non sentit. Hæc si tibi non probantur, dices breuiter, non fuisse consuetudinem sic loquendi, ut uirtutes & uitia mouere diceretur, sed afficere, quoniam uidentur esse constantiora quàm qua subinde mouent animos, & efficiunt, id est constituantur animam quodam modo: uirtutum esse, fugere: uitiorum, persequi nimios affectus.

Post hæc Cic. inde ambulauit in litore, post hæc in balneum. Quæ tria quidem oīo uertendum, quidem, non igitur. Non enim dicta colliguntur. Oriuntur in animo) ἠγροῦντα quidam ociosum putant. Optime tamen sic reddi potest, ut nos conuertimus. Ad summam) Cicero aliquoties dīas reddit, ad summam. Ex quibus appellatur) Cic. Iustitia, ex qua una uirtute boni uiri appellantur, mirifica quedam res multitudinē uidentur. Patibiles) Cic. Quum omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipienda aliquid extrinsecus, idque ferendi, & patiendi necessitate.

vehementer, remissius) οὐδὲν ἄλλο, ἀσφάλως, id est, nimum aut parum. Cic. iste nihil remissius atque etiam uehementius instabat.

Muniti) Cic. sapientia munitionum pectus gerit. Idem, Mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura. Atque aded) id est ac certe. Propter uirtutes laudamur) Cic. propter uirtutem enim in re laudamur. Quodnam sit genus uirtutis) οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ ἄριστον, ἀγαθόν. Alij aliter hæc uertit. Lego) ἔστι τῶν ἀγαθῶν, ut sit, qua res sit uirtus in genere, dictum est: hoc est, quodnam sit genus uirtutis.

Cap. 6 INVENTO genere uirtutis quod est habitus, cætera sunt persequenda quæ definitionem explent, ut differentie atque proprietates. Nam definitio genere declaratur atque proprietate, inquit Cicero in partitionibus. Genus non satis est, quia plura complectitur & re communem significat. Dicendum est, inquit, qualis sit habitus, uirtus, hoc

tus, hoc est, explicandum quid sit proprium uirtutis. Propriū differētia continetur. Propriū dico quod uni rerum forma & omnibus eius partibus conuenit. Inuenitur in rei natura. Perfecta natura uirtutis hoc assumit, proprium uirtutis omnis est facere, ut id cuius est uirtus bene fit & opus suum probe efficiat. Id ut ignotius confirmat argumento dialectico. uocatur inductio, quæ ex multis exemplis similibusue confirmat aliud. Oculi uirtus oculum perficit, uirtus equi reddit eum generosum, uirtus aliarum rerum facit idoneas ad suum munus exequendum. Hominis igitur uirtus, est habitus à quo melior efficitur & perfectior. uiet istuc (ut antè dictum est) ex actionibus multis & ex consuetudine. Quod ut planius fiat, uidentur quæ sit eius natura in qua sita est proprietates. Quæ uideri non possunt, per ea quæ cernuntur oculis explanationes sunt. Is enim sensus maxime attingitur, inquit M. Tullius. sumit igitur rem continuè diuiduamque, in qua tres faciat partes, maiorem, minorem, parem, ut id conferamus cum perturbationibus & actionibus in quibus uersatur omnis uirtus moris: ut sit hæc similitudo. Quemadmodum in omni re continua atque diuidua notare licet id quod maius est, quod minus, quod æquale, sic & in omni actione & affectu. habet enim gradus quosdam. Et ut in re quæ cadit in sensum, uidere licet medium, hoc est quod à eque distat ab extremis: ita in actione & affectu medium quiddam intelligere licet, quod refertur ad nos, & neq; plus minusue persequatur quàm quod prescribit officij. Mediū partitur, definit, exemplisque declarat, ut inde colligatur proprietates uirtutis, quæ est, in mediocritate consistere ea quæ refertur ad nos, & à ratione prescribitur. Habes genus & proprietatem, uirtus est habitus in eo medio positus quod ad hominem refertur. Medium à uirtute peti ostendit hoc modo. Omnis scientia mediocritatem intuetur, ad càmque dirigitur & absolutum, hæc assumptionem ratione firmat. Qui uident opus absolutum, dictitant nihil admi, nihil addi posse, hoc est, mediocritatem obtinere: id probabile, quod omnes aut plures dictitant. Assumit aliud, uirtus consummatio & perfectior est quàm scientia. hoc non eget probatione: colligit, uirtus igitur uti natura medium obseruat. argumentatio à minore ad maius. Dicit aliquis, Non omnis uirtus habet mediū ut us. Occurrit, loquoy

inquit, de virtute morali, que in perturbationibus actionibusq; uersatur, in quibus est mediocritas, exuperantia, defectio. In his rebus esse uirtutem supra demonstratum est: in istdem esse mediū & extrema non opus est argumentis planum facere, satis est id quod facit, explicare: non omnia (ut saepe dictum est) demonstrare licet. satis est si dicantur esse, quum manifesta sunt, ut nos & nimium & parum latari, nimium & parum liberaliter dare. id uident omnes atque uirtutes perant, mediocritas collaudant. Tandem colligit in medio sitare uirtutem, quam conclusionem alia ratione munit hoc modo. Multis modis peccare licet, una est bene agendi uia. docet istuc ex sententia Pythagoreorum, qui dicebāt bonum esse finiti, malum infiniti. ex hoc & ex uersiculo tum peruulgato probat facile esse peccare, difficile agere cum uirtute, quod iterum ex similitudine planum facit. Ut à scopo declinare facile est, eum tangeri difficile: ita medium obseruare difficile: in alterutram partem deflectere pròptum & facile. uirtus autem in re difficili uersatur. in uento genere uirtutis, & repta proprietate definit quid sit uirtus. Et quoniam posuit in definitione mediocritatem, declarat qualis sit mediocritas, additque uirtutem posse dici extremitatem. Quòd autem dixerat in affectibus esse parum, nimium, modum, excipit eos affectus qui non habent mediocritatem. comparat eos cum uitijs, propterea quòd semper mali sunt: cum extremitatibus, quia à recta ratione deflexerunt: cum uirtutibus, quòd nullam habent eis/modi mediocritatem. Hactenus de ordine disputandi. An omnis uirtus facit ut id cuius est, bene sit, & opus suū probe efficiat? uirtus (ut antè diximus) interdū corpori tribuitur, ut agra, quòd planū fecimus ex Aristotele. Placuit uirtutem forma dicit: Cicero, orationis, uerbi, equi, bonis: alij aliarū rerū, propriè dicitur de fortitudine, quòd Caesar & Linus multis in locis ostēdunt. Dicitur & de scitjs ac de omni facultate. Hoc modo sumenda uirtus, quòd dicitur uirtus efficere ut id cuius est, bene sit, & probe suū munus exequatur. sic definiti potest uirtus est affectio quaedam constans & conueniens, quae laudabile facit id in quo sita est. Hinc contrariū uitiū, quale uidemus in mēbris affectis, in corporibus hominū & bestiarum, in quibusdam arboribus stirpibusq;. Quum mēbrum uitiōse habet, improbe suū munus exequitur: ut malè co-

quit

quit alimentum uitiōsus stomachus, improbum sanguinē gignit affectum icterus, male uidet quum laborat oculus, furūsus audit agrotūs auris. sic arbor uitiata, aut nullus aut deteriores fructus parit. Trumentū corruptū peius alit. Quemadmodū igitur quae res est in uitiō nec bene habet, nec probe suū munus exequitur, ita quae est in uirtute, cōtra. Quū ferè nemo sit (ut ait Cic.) quin acutus atq; acris uitiā, quā re recta uideat, facile quisq; uidere potest ex uitiō cōtrario, qualis sit in qua; re uirtus, & quid efficiat. id quoq; uidere licet ex cōsequētibus. sic cor est in uitiō, animal emoritur, si non est, uiuit, quia munere suo fūgitur: uitiato pulmone male respirat, integro & sano, bene. Cuiq; rei in suo genere data est à natura quādā perfectio, & quaedā facultas sine uirtute, quā quū retinet, bene habet ac opus efficit suū: quū uerò amittit, male habet atq; deest officio. ut quū manet agarico uirtus, pituitū deijcit: quū labefacta est, nō mouet. Huc pertinet uerba Metopi Pythagorei quae referuntur à stobeo. ἀρετὰ ἐστὶ ἀεθρόπαι παλαιότες φύσις ἀεθρόπαι. ἕκαστη δὲ τῶν ἐπιτην παλαιὴν ἄκρον γίνταται ἐπὶ τῶν οὐκ αὐτῶν φύσις. ἕκαστη δὲ τῶν ἀρετῶν ἐστὶ ἐξ ἀκροῦ ἀριστὸν τὸν τῶν ἀρετῶν φύσις. καὶ ὡς δὲ τῶν μετρίων δὲ τῶν ἕκαστην οὐκ ἀρετῶν ἀριστὸν τὸν τῶν ἀρετῶν φύσις. καὶ οὐκ ἀρετῶν ἀρετῶν ἀριστὸν τὸν τῶν ἀρετῶν φύσις. καὶ οὐκ ἀρετῶν ἀρετῶν ἀριστὸν τὸν τῶν ἀρετῶν φύσις. hoc est, uirtus in homine est humanae naturae perfectio. vnaquaeque res perfecta fit & summa per conuenientem naturae propriamque uirtutē. Nam uirtus equi est ea qua naturam eius ad summum agit. Est eadem ratio partium singularium. Oculorum enim uirtus est acumen uidentis, quae perfectio est natura partis illius. aurium uirtus, acutus audienti, quae est natura partu eius absolutio. Pedum uirtus, celeritas, ipsaq; pedū uis est ac facultas. Ex his apparet eos falli qui uertunt ea quae dixit Aristoteles in neutro genere, & utuntur masculino, quasi de humano genere tantum loquutus sit. Qui dicit uirtutē in mediocritate cōsistere, an eius explicat naturā? Natura saepe de substantia dicitur, saepe de accidentibus. de substantia aut, naturam optimam ducem tanquam deum sequimur, cuique paremus. de accidentibus, ut eodē temporis puncto nati, dissimiles & naturas & uitas

Et casus habent. sic etiā Graeci φῶναι dicunt, quanquā sapius substantiis attribuant, ut videre est 3. cap. lib. 5. Met. Quos γὰρ φῶναι dicitur non ἢ qui de substantiā capiūt coniecturā, sed de qualitate, ut de proclivitate in libidine. Itaq; siue dicas, in mediocritate cōsistere, virtutis esse substantiam, siue qualitatem quandam, explicabū sim illius atque naturam. Quamobrem de mediocritate dicitur, hoc, inquit, planum fiet, si qualis sit virtuti natura, videbimus. Quid? illud ne est in substantia virtutis, an in accidentibus? In substantia videtur. Nam M. Tul. de Clar. Orat. omnis virtus (inquit) est ut vetus Academia dixit, mediocritas. Sic dicitur, homo mens est, non sic, homo risus est. Videtur ergo non proprietatis, sed vera differentia. sed nequid erres, differentiam vocamus etiam proprietatem, ut quum dicimus propriam hominis esse rationē. si virtus esse non potest, quin sit in mediocritate, dicimus esse differentiam virtutis medium obtinere. Quā accidentia absunt, manet ea res cui inhaerant, non potest abesse mediocritas, quin virtus intereat. Horatius,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Et mediocritas optima, ut Jor. necsv. id arbitror apprimē in vita esse utile ne quid nimis, inquit Terent. A. Actiones & perturbationes sunt ne res continua & diuidua. Arist. non aperte dicit. Itaq; licet hic similia inter se conferre, ut paulō antē fecimus, quod mea sententia melius est. Affectus quibus virtus moderari dicitur, non sunt quantitatis sed qualitatis, ut apparet in Categorijs. Actiones etiam non sunt generis eius. Quapropter neque perturbationes neque actiones sunt continuæ & diuiduæ. Non possum igitur in ἡs extremitates mediumque metiri, ut in hoc status virtutem, in illis vitia ponas. Quod si manus ita censere non esse quantitatis per se, at propter continuationem temporis: fac ut libet. sic enim dicitur voluptas brevis, lōgus dolor. Horat. Vita summa brevis spem non vetat inchoare longam. Virg. Longam Andromacha testantur amorem. Idem, Longumq; bibebat amorem. Horat. Curam redde breuē. Idem, Ira furor brevis est. Cic. Non potest in delectatione esse diuturna. Vides affectiones in mensuram quandam redigi posse. Est etiam quantitatis incrementum quod suscipiant affectiones actionesque. Virg. Magno dilectus

lectus amore. Terent. Ira sicut inter glycerium & natum ita magna ut sperem posse auelli. Cicero. Quid est enim tumultus nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Idem, Magnum cepi dolorem. Capiebam animo non medicorem voluptatem. Virum genus metiendi potius temporis an incrementi? Graecus interpres vult accipi modum temporis, quasi voluptas longior & breuior sit improbanda, vituperandus amor, si diuturnior. Incrementum malo, propterea quod medicorem est inter minimum & parum, quōdque tempus nō tam causa virtutis & vitij, quā diminutio vel nimium incrementum. Interdum grauius peccat qui breui momento exarsescit, quā qui totum triduum irascitur, utpote qui lōgus mediocritatem relinquit. Adde quōd exuperantiam metimur etiam loco & persona non habita ratione temporis, ut si quis tam multa dicat apud sapientes, quā rusticos & indoctos, peccet quidem si docti causa faciat, & si in templo mulier doceat qua uir, si quis irascatur ubi non debet, si metuat ubi maximē audendum. Tempus aliquid efficit ut peristasis quā circumstantiam uocant, non ut mētura. Dicit aliquis, amicitia quanto longior tanto melior est, inimicitia contra. Est firmior quidē, & altius egit radices, sed & hic habetur ratio constantia potius & pertinacia quā temporis, ut in maxore longo. Metiamur ergo non tempus, sed gradus, uideamus que potius quantam quis bibat aut comedat quā quanto tempore istuc periciat. Ut uitis à tenui principio crescit atque luxuriat, sic ira crescit & modum superabit, nisi ratione uelut falce cohibebis, dices Incrementum quod ais, tempore fit, motus temporibus aguntur. Quid tū? Metiamur longitudinem furculi, non temporis. sic faciendam in affectionibus non re sed cognitione. Non existimo hic esse querendū an uoluptas momento excitetur, quia loquitur Aristoteles non de tempore, ut dixi, sed de paruo, magno, mediocri. Nec agendum de motibus ἡs qui non sunt in nostra potestate. Videamus iam que sit equalis arithmetica proportio. Proportio est que dicitur à grecis analogia. Cic. Id optime assequitur, que grece ἀνάλογια, latine cōparatio proportiō ut dici potest. Quintil. Omnia tamen hæc exigunt acceudicium, analogia præcipue, quā proximè ex greco transserentes in latinum, proportionē uocauerunt. Eius hæc res est, ut id quod du-

bium est, ad aliquid simile de quo non queritur, referat, ut incertū certis probet. Hæc ille quum loquitur de analogia sermonis. Proportio de qua nunc agitur, est duorum pluriūm ut numerorum aut magnitudinum comparatio, ut duorum ad unum proportio dupla, triūm ad unum tripla, quatuor ad unum quadrupla: & sic deinceps, triūm ad duo, sesquialtera: quatuor ad tria, sesquitercia: octo ad septem, sesquialtera: quinque ad duo, dupla sesquialtera. Plurium proportionum comparatio, quum due pluriūm ut proportionis inter se comparatur: ut quatuor habet eam comparationem cum duobus quam duo cum uno. In priorē comparatione sunt duo numeri, in posteriore tres aut plures, in quo genere est Aristotelis exempli: numerus senarius habet eam cum duobus comparationem, quam idem cum decem, propterea quod æqualia sunt intervalla. Huius proportionis sunt media diuersa, unum est arithmeticum, alterum geometricum: Arithmeticum, quando paribus numeris extrema distat à medio: Geometricum, quando imparibus, sed æquali proportione, ut inter duo & decem si queris medium, reperies senarium. æqualiter enim superat atque superatur. A 2. ad 6. et à 6. ad 10. par numerus. Hæc arithmetica proportio. Geometrica, ut quum dicitur, ut se habet octo ad quatuor ita sex ad tria, quoniam utraq; proportio capit idē nomen. est enim dupla. Arithmeticus numerat paria aut imparia intervalla, geometres proportionēs eiusdem rationis aut diuersæ considerat. Quapropter aliter hic medium, aliter ille metitur. Statue exempli gratia, tres numeros 8. 4. 2. considera duas extremitates maiorem & minorem, cōpara cū medio sic, ut octo se habent ad quatuor, ita quatuor ad duo, utraq; proportio dupla est. Quod medium est non æquē distat ab extremis. Aristoteles hoc dicit, in moribus utendum medio geometrico, non arithmetico, hoc est, sumendam esse proportionem, nō autem par intervallum, ut qualis est proportio Milonis cum minore palestra, talis sit comparatio alimenti quod huic & illi detur: qualis est comparatio Crassi diuitis cum Fabritio paupere, talis sit proportio liberalitatis utriusque. quāto quis robustior est ac pertinacior morbo laborat, tanto plus adhibeatur medicamentis, ut sit proportio inter vires & medicinam, comparatio tñs dōctos cum morbo. Quod si duo laborent eodem genere morbi, puer & vir, homo rusticus &

validus

validus, qui medium servabit medicus non imperabit utriusque modū parem. Si duo sint imperatores, alter nactus sit omnes opportunitates, alter vero paucus aut penē nullas, si medium fortitudinis servabit uterque, hic ad timorem, ille ad audaciam propius accedet: ut Marcus in Cimbro ad fiduciam, Fabius in Annibalem ad metū & cautionem. vir iustus non reposeat à fure & sacrilego panam parē, sed facinoris & pana tenebit proportionem. Qui predam partietur nō æquam partem fortissimo viro & ignavo militi distribuet, nisi omnes æquare volet, atque mediocritatem virtutis præterire. Comparanda sunt hoc modo facultates, vires, opportunitates, bona, mala, ut medium servata proportione teneatur. Non sunt æquanda quæ comparata inter se non habent eandem proportionem. Itaque medium in virtutibus interdum propius accedit ad defectiōnem, interdum ad exuperantiam, nec semper lineam fecit median, & ab extremis æqualiter distantem. Milo Crotoniata fuit athleta adeo insignis, ut nomē eius ad Dariūm pervenerit. Herod. lib. 3. ἦς γὰρ δὴ πελαγία οὐκ ἔλασσον ἢ αὐτοῦ μοῦ πολλοὶ παρὰ Βοστανί. Milonis enim palestra nomen erat magnum apud regem Dariūm. sexies uicit olympia luctator. Pausanias in Heliacis, ἑξήκοντ' ἔτη μίλων ἔβη ἐν ἑλυμπίῃς πέντε νέκυ. Pythia quoque sexies uicit. Idem, πρὸς δὲ ἐπὶ ἀσπιδίων ἑξήκ' ἔτη ἐν τῷ Δαίῳ περὶ αὐτοῦ. Id est, Pythia sexies uicit, semel puer. Narrat etiam sic malum punicum tenuisse, ut nemo digitum corrigeret, ut ipse malum nequaquam laderet, quod tanquā Plinius lib. 7. sic insedis disco, ut à nemine depelleretur. circūdedisse fronti choram, quā spiritu labris cōpresso & inflatis uenis dirumpere: perijisse tandem manibus in arborem coniectis quam findere cunei ceperant, id quod Valerius transcripsit in librum suum nouum, & etruscus interpres commemorat. id reprehendere uidetur Cicero in lib. de senectute, quum dicit eū consensuisse, & mortuis uiribus illachrymatum fuisse. Quæ vox, inquit, potest esse contemptior quā Milonis Crotoniata? qui quum iam senex esset, athletasq; se in curriculo exercētes uideret, ἀπέπιξσε lacertos suos dicitur, illachrymansq; dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. Addunt alij quod in eum conuenire putant. Is homo sane tantis lacertis, tanta corporis firmitate plus coxisset alimenti quā nouus aut uiribus inferior athleta, quā

dicatur uno die bouem totum comesse. Mīna dicitur à græcis μίνα, que uaria est, pro uarietate rerum, ut numerorum, granorū, medicamentorum. Loquitur Aristoteles de mina medica, quod ostendit id quod ait de prescriptione magistrī ludi, cuius erat uictus rationem prescribere. Mina medica continet uncias sexdecim. Galenus de commixtione medicamentorum, in hoc medicamento Heras sine dubitatione uult minam esse sexdecim unciarum. differt à libra, que est duodecim unciarum. Galenus in eodem opere, si uncias inteceris sex que est selibra. Erat igitur Faber ut in plerisque, qui minam dicit esse libram. Vncia continet drachmas octo, ut erat usus Græcorum, drachma scrupula tria, qua mensura pharmacopolis nota est. Romani panem libra metiebantur. Cato de re rustica, Compeditis per hyemem panis pondo quatuor dato: ubi uineam fodere cœperint, panis pondo quinque, usque dum ficus esse cœperint, deinde ad pondo quatuor redito. Aليپτε dicitur à græco ἀλίπτω quod est ungo, propterea quod ungebat athletas. Cicero lib. 1. Ep. fam. Vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam ut alipta, uirium & coloris rationem habere uoluissent. de alipte facit mentionem Pindarus in olympijs ode 18. de Milesia quodū loquens, qui sua arte uictores multos reddiderat. Ungebat ac docebat eos qui certaturi erant in ludis publicis. & ἀδελφεῶν δὲ ἰσίδωτῶ παίπτορ, ἀγαπῶν δὲ & μὲ πῆλαδῶν. Si qui nouit facile est docere: absurdam uero non ante discere. Artes ne medium intuentur: Artifices imperiti non semper id quod optimum est assequuntur, ut mali pictores, ut rudiores architecti. alij cultus audiores prætereūt decorum, ut qui aratori pretiosa appingunt uestimenta & ornamenta que non decet. Ars si opus efficeret, optimum semper efficeret, ac ut uirtus sic illa medium teneret. Pictura neque minores neque ampliores ornatus adhiberet. Architectura conficeret adficia apta locis atque personis. Mercatura sic emeret sic uenderet, ut nihil detrimenti caperet, modū ne transiret. Agricultura nec parum nec nimium uersaret opus, nec pau-ciora aut plura susciperet, quam terra nutrire posset. In omnibus & artibus & scientijs est medium quiddam, modus certus, mediocritas laudabilis, quam ultra citraque rectum esse non potest. De exuperantia studiorum Cicero lib. 1. de Offic. Alterum est uitium, quod

quidam nimis magnam studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. Idem in partit. orat. Illam disputandi prudentiam imitatur concertatio captatioque uerborum, & hanc oratoriam uim inanis quadam profuentia loquendi. studijs autem bonis similia uidentur ea que sunt in eodem genere nimia. Idem de finibus lib. 5. Omnia quidem scire cuiuscunque modi sint, cupere, curiosum est, duci uero maiorū rerum contemplatione ad cupiditatem scientia. summorum uirorū est putandum. Idem de Orat. In omnibus rebus uideūdm est, quatenus. etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quam parum. Grammaticæ est inter incitiam sermonis, & affectatam loquendi rationem, Dialecticæ inter pingue disputandi genus, & sophisticam captiōnem, Rhetoricæ inter inculcū sermonem, & nimis ornatum & expositum, Theologia inter uulgarem rerum diuinarum cognitionem, & nimium curiosam arcanorum inuestigationem. In omnibus artibus fere uitia quadam imitantur uirtutem. Grammatici nimium disputant de syntaxi & quantitate, que duo sunt usū comparanda, rhetores de statu, dialectici de figuris syllogismorum, physici de motu, metaphysici de opinionibus & uerborum significationibus, medici de calore puerili atque iuuenili, iurisperiti de substitutionibus & actionibus, Theologi de uno pane in extrema necessitate, & rebus ijs que nec acciderunt unquam nec accident. Tenendum igitur & id quod absolutum perfectumque est, seruanda mediocritas, quam semper inquirūt artifices optimi, de quibus hic Aristoteles. Quisquis inquit, artem nouit, exuperantiam defectiōnemque fugit: quod mediū est, inquit ac deligit. Eximius pictor agricolans probe depinxerit: si admas aliquid, ut capillam, ut barbam, ut figuram curuam, non erit opus absolutum: si quid addas, ut gemmas, cinnos, armillas, cothurnos, nimius erit ornatus. Deme aliquid operibus Homeri, minus erunt perfecta. Adde locis perfectis aliquid, (nam forte quicquā imperfectioribus addi potest) opus efficies deterius. V. latio statuebat ideam perfectam & absolutā, quam intuebantur artifices, ad quam M. Tullius alludens, vbi dicit (inquit) quom faceret ionis formam aut Minerna, non contemplabatur aliquem è quo similitudinem ducebat, sed ipsius in mente infidebat species pul-

chritudinis eximia quadam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem artem & manū dirigebat. Non est omnibus numerus absolutum cui aliquid addi potest, ut periodus contractior: redundat cui superuacaneum quiddam auferre possis, ut periodus e quo longior. Cur virtus dicitur esse perfectior quam ars. Quam philosophus dicit ἀτελέστερη, hoc significare puto, cōsummationem perfectioremque, non certiores ducem, ut interpretantur quidam, quandoquidem Cicero dicit artem certiozem esse ducem quam naturam, propterea quod ars certis praeceptionibus agit, ac recta ducit nos ad finem. Natura id facere nō potest, quoniam omnia fere prauis opinionibus corrupta sunt, quod indicat Tullius his uerbis. Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu prauisque opinionibus omne corruptum. Natura si integra manet certissima dux & optima, quam qui sequetur uix errare poterit. Ars autem est illius imitatrix, tanto minor quanto inferior uiro simia, quod apparet in humano corpore pingendo. Victor inducere colorem & summā figuram poterit, non item uernus, uim sentiendi, arterias, calore, motum membrorum, uenus, sanguinem, mirum naturae parentis artificium. Virtus si pro facultate ponitur agentis naturalis est, quapropter arte perfectior, ut uirtus oculi bene uidētis. si pro habitu quodam qualis est uirtus moris, absolutior est atque perfectior. Ars enim non ita rationem ut uirtus perficit. De quo Cic. lib. 5. de Finib. in homine autem summa omnis animi est, & in animo rationis, ex qua uirtus est, qua rationis absolutio definitur. Idem lib. 3. Virtutis hoc proprium sit eorum rerum quae secundum naturam sunt, habere delectum. Ex arte non sunt omnia bona mortalibus, nec ex uirtute. Plauto in Aegistia. ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν οἷς ἀνθρώποις ἀπαιτεῖται. Ex uirtute diuitiae sunt homini, et cetera bona omnia. Adde quod artes sunt uelut ancillae uirtutis & ministræ, de quibus Tullius haec, sunt alij quidam perfecti animi habitus ad uirtutē quasi praeculti, & preparati rectis studiis & artibus. Artes igitur ad uirtutem preparantur, non uirtus ad artes. Illa nos meliores efficit. Haec multis hominibus improbijsimis non defuerunt. hoc tamen habent commune natura, uirtus, ars, medium obseruant & id ueluti scopum petunt, opus absolunt, nos ad id quod optimum est ducit.

Quapropter

Quapropter iure comparant hac tria inter se, sic ut ars naturae & uirtuti postponeretur. Posteaquam numerauit aliquor animi perturbaciones, cur hoc adiungit, ut summam dicam, letari & dolere. Dicitum iam est, omnium perturbationum comitem esse uoluptatem aut dolorem. Quam paulo ante effectus numerasset, omnesque repetere nollet, usus est hac breuitate dicendi, ut paucis repetitis intelligerentur omnes affectiones generis eiusdem. Qui dicit omnino gaudere & dolere, in re parua magna offundit tenebras. Malum infiniti quidem est, bonum uero finni, quale istuc est? Pythagorae, id quod inuenies lib. 1. Metaph. duos ordines statuebat, unum bonorum, alterum malorum. In ordine bonorum ponebant finitum, impar, unum, dextrum, masculum, quiescens, rectum, lumen, bonum, quadratum. Altera decem contraria ponebant, infinitum, par, plura, fix, istrum, femineum, quod mouetur, prauum, tenebras, malum, aliquo latere porrectius. Totidem genera contraria reperiebant in natura. Lege sis commentarium in caput sextum libri primi. Ut est bonum quod finitum, sic illi uolunt esse malum quod infinitum. Quid tamen sibi uellent non satis explicauerunt. Aristoteles hic uirtutem eorum sententia, quā Plato memorat in Philebo. scribit enim uoluptati & dolori nō esse finem, quia crescant atque minuantur, quod etiam malis conuenire dicit. Usus est uerbo ἕκαστος, quod est conieciabant aut conieclura afferebantur, quod non tam uera loquerentur, quam uersimilia quadam opinione concepta. Quam uim habet ea definitio uirtutis, quam statuit hoc in loco? Habitus est genus, quod secludit eas qualitates qua firmæ non sunt atque stabiles, sed in animo breui mutantur, ut ira, cupiditas, uoluptas. Virtutes, uirtus, sciētia, sunt habitus animi à nobis comparati, qui aegre disuelluntur & crescunt. Dicuntur ἕσται ὅτι ἕκαστος, quod est haec, quoniam tenacius adherent, uel ἕσται ὅτι ἕκαστος, quod est habeo, quia sunt animi quaedam affectiones. ἕσται ἡσυχία est habitus ad agendum sponte & ex delectu paratus. Hoc ponitur, primum ut excimatur opinio, uoluntas, cupiditas, nam selectio certior est quam opinio, minus usque quā uoluntas & cupiditas: deinde ut tollantur omnia qua non sunt in nostra potestate, & qua nō cadunt in cōsilium. Est enim selectio uer ad finē tendentiū, qua sunt in nostra potestate, & uarie fieri possunt.

post deliberationem, appetitio. id aperte cognoscet ex secundo & tertio capite libri tertij, & ex ijs que ante adauximus. atq; ea particula excludit artes & sciētias, quæ sunt habitus quidem, sed enim deligere non dicuntur. scientia proprie dicta habitus est demonstrā: Ars habitus efficiens, qui quod habet certum & constitutum, non eligit. electio tamen cadit in eas artes, quæ non semper agunt eodem modo, ut in rhetoricis, si quando malit uti coniectura, quæ iure, & factum negare, quàm crimen iure defendere, si pro temporibus, personis, locis, negotijs dictionem mutet. Definitioni adiungit mediocritatem ut excludat vitia que sunt habitus ad agendum sponte & ex delectu parati, sed à mediocritate defecerrunt. Quod autem non id omne quod medium est, refertur ad nos, ut medium forum, illud addit, medium ad nos refertur oportere. Ne vero male metiamur eā mediocritatem, que captus difficilis est, atque dicamus id esse medium quod non est, apponit rationem que modum præscribit. iam ut rationem rectam veramque sumamus, adhibet illud, ut definitur prudens. Ut ergo definitio est, virtus moralis est habitus & qualitas permanens qua præditus habita deliberatione de regendis affectibus actionibusque mediocritatem servat homini congruentem, quæ ratio recta præscribit. Cicero tertio lib. de finibus *ἡσυχία* uertit delectum & selectionem. Quid, inquit, apertius quam si selectio nulla sit, ab ijs rebus que cōtra naturam sint, earum uerum que sint secundum naturam? tollatur demum omnis ea que æquiritur laudaturque prudentia? Ex his collige uirtutis esse deligere que secundam naturam sint, & id ratione dūce & prudentia perficere. Ciceronianus quidam si dijs placet, uertit *ἡσυχία* id, impellentem ad agendum. Hoc modo ira erit *ἡσυχία*, quoniam impellit ad agendum. Diceret habitum seligentem, ut Cicero scientiam seligentem. Quæ mēs est orationis huius, quod attinet ad substantiā, mediocritas est uirtus, quod ad optimū quiddam atq; perfectū, extremitas? Mediocritas (ut paulo ante diximus) est in substantia uirtutis, quia non potest esse uirtus moralis, quin sit mediocritas. Ut homo esse non potest, quin sit rationis particeps, sic uirtus moris esse non potest, quin sit mediocritatis particeps: ac ut homo mens est, sic uirtus mediocritas est. ut ille mente, sic illa mediocritate censetur. si referas ergo mentem.

mentem ad substantiam uirtutis, uidebis esse mediocritatem. si uero percurras ordinē bonorum, reperies bona fortune in imo collocata, bona corporis in editiore gradu, bona animi in supremo, & in illis uirtutem summam, optimam perfectissimamq; est igitur extremitas in ordine qui tendit ad optimum quiddam atque perfectū. præterea quum sint contraria que sub eodem genere posita plurimum distant, bonum & malum contraria longissime distabant. nonnum tenebit altissimum locum, malum inissimum: que dicuntur in differentia sedebunt in medio. sunt qui dicant, mediocritatem esse causam, extremitatem uero conclusionem, ut sit uirtus habitus electius extremitatis in eo quod bene se habet, quorū expositio perobscura ac lōge petita. Quid est illud quod bene se habet? an id quod secundū naturā est? an opus uirtutis? si illud, uirtus nō est extremitas sed mediocritas: si hoc, uirtus nō est extremitas, sed opus absolutū postrema occupat. Quū dicit Arist. *ἡσυχία*, intelligo id quod optimū est in genere bonorū: quū dicit *δὲ δὲ*, capio absolutū quiddam cui nec addere, nec adimere possis. Quid illud est? uirtus & opus uirtutis. Quale istuc est? erit isto modo ulterioris extremitatis ceteriorisq; mediocritas? docet id quod difficile nō est, in affectibus quibusdā & actionibus nullā reperiri mediocritatē, ut in maluolentia & adulterio. rationem afferit, uirtus nullam esse mediocritatem, que si esset, extrema uitiosa mediocritatem quandam suam continerent, ut esset mediocritas laudabilis que luxuria, nimum parua, nimum magna luxuria, deinde fieret progressio tanta, ut nullus tandem modus finisq; reperiretur. ut re tam facili non immorabor, quàm nonnulli uidentur non explicasse sed implicasse quom soli uellent lumen afferre. uirtutem esse habitum? in codice Græco *ἡσυχία* non *ἡσυχία* legendam, quod non animaduertens unus interpretum male numerum mutat. idoneum reddit perficit. *ἡσυχία* *ἡσυχία*. Est enim *ἡσυχία* *ἡσυχία* *ἡσυχία*, id est, cui pauca defunt, hoc est bonus aut penē bonus. bene uidemus) Cic. ut cum oculum quod bene uideret, amitteret. Manus exequetur) Cic. Quidam senes nullam officij aut omnino uitæ munus exequi possunt. Viderimus) considerauerimus. *ἡσυχία* *ἡσυχία*. Continua) Horat. lib. i. epist. Continui montes nisi dissociantur opaca ualle. Hoc uerbi fugit simia Ciceronis ut parum latinum, quasi cō-

tinuum & interruptum non sint contraria. Exuperantiam) Cic. Populus omnem exuperantiam virtutis odit. idem, A recta ratione defectio. Extremis) Cic. Quod finitum est, id habet extremam. Quod prescribit officium) & hoc. Hoc verbum interpretes interdum relinquunt, interdum male conuertunt. Omnibus idem) Virg. Inppiter omnibus idem. Comesse) Cic. Bona comesse Roma non liceret. Vnctor) Mart. Et rapit innumeras sordidas vnctoropes. Quod bene habet arti) & hoc. Id est, opus absolute perfectum, aut quod bene conficit ars. Terent. Bene habent tibi principia. Vt summam dicam) & hoc. Quamobrem) & hoc. Id dicitur uti coniunctio, pro eo quod est, quamobrem. Ad officium perfectum dirigitur) & hoc. Cicero igitur reddidit perfectum officium & rectum. Vna bonis) versiculus erat temporibus Aristotelis notus, cuius est haec sententia, Vno modo sunt boni, modus omnibus mali. Lineam recti) Cic. Si quidem est peccare tanquam transire lineas.

Quae quid res sit) & hoc. Verbum ius ab Aristotele saepe pro verbo temporis praesentis usurpatur, dicit idem & hoc pro definitione definitionis. Male conuertitur, quid esset. Malevolentia latans alieno malo. Sic ad hoc reddidit Cicero Tusculanae. Malevolentia definitur ab eo sic, malevolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Perinde ut) Cic. Perinde erit ut acceperis.

Cap. 7.

VIRTYTEM esse mediocritatem supra demonstratum est. Id dicendum quibus in rebus sit mediocritas, quae circumposita sunt extrema, ac definitione constituta, diuidendum genus in species: haec tria demonstrat in hac descriptione. Diximus, inquit, a universis de toto genere virtutis, non satis est, sed in singulas partes eius oratio debet accommodari. sic proponit docendi gratia, quamam sit postea diuersus. Cur id sit utile ostendit hoc modo. Disputationes de actionibus minus frugiferae sunt ea quae in toto genere, veriores quae in parte versantur. Actiones autem versantur in singulis, quibus si accommodes orationem, singulatim disputabis. Quae quibus in rebus virtutes & vitia sint, postea docet, in qua descriptione nihil est quod explices artem, nisi uelut ostendere cur hunc ordinem secutus esse uideatur, ut fortitudo prima sit, sequantur deinceps, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, lenitas, veritas, comitas, amicitia, uerecundia,

ita, uerecundia, indignatio, iustitia. An nulla ratio sed uoluntas statuit hunc ordinem? Nam qui de uirtute locuti sunt, alium seruarunt, ut Cicero in officijs, & in variationibus oratorijs. Et Aristoteles non aliam causam affert quam quod initio dicere uelut de uirtutibus moris. Nonnulla forte reddi potest. Quam sunt animi due partes, una rationis experte, altera particeps, distribuit uirtutem in eam qua rationis, in eam qua moris est. Quod autem uirtus moralis est in actione, & a teneris annis antequam prudentia accreuit, affuscendum est agere recte, secutus ordinem uiuendi de uirtutibus moris initio dixit. Animo rationis experte data sunt due quasi sedes cor & iecur, quarum prior est in corde, in ore secunda. illa diuidens, haec ad diuinitatem appellatur. Prioris est fortitudo, quapropter habet primas. Adde quod ad spiritum nomen habet & hoc, id est a uero, quia sit uiri non animi muliebri propria, quam cum multi tum maxime Plato laudat, ut exhortetur uiros ad fortiter agendum. Quapropter nihil est quod mirere, si primas ei det Aristoteles, qui dicit in lib. de re ciuili, Graecos barbaris imperare oportere, quod sine fortitudine efficere non possint. In altera sede temperantia, quae est uelut mater omnium uirtutum. Quapropter Cicero, uis uirtutis inquit, est duplex. Aut enim scientia cernitur uirtus, aut actione. Nam quae prudentia, quae calliditas, quaeque grauissimo nomine sapientia appellatur, haec scientia pollet una. Quae uero moderandi cupiditatum, regendis quae animi motibus laudatur, eius est munus in agendo, cui temperantia nomen est. Omnem uirtutem moris temperantiae nomine complectitur. Aristoteles in ea sententia non est, attamen inuenit optimam causam, cur in loco secundo primam collocaret. Cupiditas illa, quam Plato iecori dicit alligatam, aut spectat res corporis aut fortunae. Temperantia moderatur cupiditatum uoluptatibusque corporis. sequuntur ergo liberalitas & magnificentia quae pertinent ad pecuniam atque fortunas. Liberalitas autem popularis est ut magnificentia, quam sequitur uerus honos, quod uobrem proximam fecit eam uirtutem quae moderandi honoribus cernitur. Aristoteles in rhetoricis scribit honorem beneficium & liberalitati exhiberi. In hac elatione & magnitudine animi (inquit Tuilius) facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. Addit igitur lenitatem & uer-

ritatem, quarum prior imminuit elationem animi ferociorem impotentiorēque, posterior efficit ne quis sibi plusquam debet arroget. sunt alie virtutes que non unum aut alterum respiciunt, ut quas diximus, sed hominum societatem, in quibus est prima iustitia: & ut arbitror illam post eas quas dixi, collocasset, nisi latius patēs totum librum desiderare iussa fuisset. Quae paucioribus explicari poterit, expeditur, comitatur & amicitiam, quarum usus est in hominum consociatione. Extremam facit necerudiam, quia castus est omnium virtutum: de qua Cicero, Castus, inquit, virtutum omnium dedecus fugiens laudemque maxime consequens necerudiam est. Lenitatem & amicitiam Tullius iustitia subiicit, non item Aristoteles. Cuiusque sua ratio est, nec una via digerenda preceptionis. Quod si quid aliud occurrat tibi melius quam quod ipsi tradimus, proponito: hac missa facito, ne facias quae malevoli, ut ista damnes & inuenire meliora non possis. Sunt ne minus frugifera disputationes ea quae in toto genere versantur? In codicibus scriptum καὶ ὅτι, id est, communiore, ut sit, disputationes uniuersales sunt communiore. id nemini dubium est, sed quomodo retulit ueriores? Communiore & ueriores quid habent oppositionis? praeterea loquitur non de omni disputatione sed ea quae de actionibus suscipitur, quae si uerior atque melior est in parte quam in genere, non iccirco relinquenda quod sit communior, sed quod frugifera minus. Vetus interpres legebat καὶ ὅτι, legebat quoque Leonardus, ac ita legendum puto, ut sit, sermones uniuersi in actionibus sunt uacui hoc est minus frugiferi. ueniendum est igitur ad definitos, quia ueriores melioresque sunt. Id quale sit ostendit in sexto libro capite de sapientia. Anaxagoras, inquit, Thalem & ceteros generis eius, sapientes quidem, sed nequaquam prudentes esse ferunt, quum uident eos ignorare utilitatem propriam. Paulo post Iudocli nonnulli sunt aptiores ad agendum quam sapientes & docti. causam assert. prudentia est non solum generis uniuersi, ut sapientia, sed etiam rerum singularium. Haec aperte demonstrant, ea quae de rebus agendis uniuersae dicuntur, inania multis uideri: quae singularium, uera & frugifera. si dicas in omnibus tenendam esse mediocritatem, in ea sitam esse uirtutem, docebis ne planē quid agendum sit? minime uerō. sed quum dices, in cibo, potu, uenere mediocritas, est temperantia,

est temperantia, quam moderationem definiēs, quomodo seruanda sit ostendes, tum planē docebis quid agendum sit in ea parte rerum. Quod si maui communiore legi, sic interpretabere: sermones generis uniuersi quanto communiore tanto diffusiores, minusque proprii actionum singularum. quod autem actiones uersantur in singulis, minus frugiferi sunt habendi. Quod assert. Cracus interpres de rationibus mathematicis quae non colliguntur ex inductione, inuide & superuacuum iudico. Dicit aliquis, singula non cadunt in artem, quoniam pacto singula traditurum se pollicetur? pollicetur nō actiones aut uirtutes hominum cuiusque, sed species uirtutum singularis. species autem uel infirma cadunt in artem. Istuc inuadit est actiones uersantur in singulis? ut architectus non omnem domum sed unam aliquam molitur, faber non uniuersam genus instrumenti, sed aliquid unum, pictor non communem figuram, sed propria cuiusdam, sic qui fortiter agit non in omni periculo sed in uno uersatur, qui donat liberaliter, certam quandam exercet liberalitatem, qui temperate uiuit, ab hoc aut illo cibo se abstinet. Ac ueluti nequeas in rerum natura communem equum uel hominem demonstrare, id est equorum uel hominum speciem qualis animo concipitur, sed hūc & illum possis: sic agentem uidere non possis qui uerset omnia, sed qui aliquid certum faciat. Alius librum de moribus scribit, non eodem tempore omnem librum, alius ducit aliquot lineas in tabula, alius fodit agrum suum, alius bello concutit cennam, alius dicit ius dictionibus. Quid? Non est hominis, omnem lectum simul fabricare, aut omne calcamentum consuere, aut omnes pisces maris expiscari. Certa est actio, & in aliquid unum cadit. Vnus effector, una effectio, unum quiddam in quo res efficitur, & effectus unus: ut Marcius Cimbrus uincit. Certus est author, certum bellum, certus hostis. Tandem sententiam scribit lib. 6. ἡ δὲ μετρίως τῶν κατ' ἕξαστα. In singulis rebus uersatur actio. Adde quod τῶν κατ' ἕξαστα hoc ostendunt, dandum quantum, cui, quo loco, quo tempore, quae de causis, quomodo ratio iubet. Haec sunt finita questionis, & certi cuiusdam negotij. Vt breuiter abfoluam, quisquis agit, aliquid agit non incertum & infinitum, sed quiddam certum atque definitum. Inter cū qui intrepide fertur & eum qui plus satis audet, quid intersit? ille

seclusit omnem timorem, hic magna ex parte metum abiecit. Ille na-
turam exiit, hic sui tuitionem non omnino aspernatus est: ille ἀφο-
βος, hic ἄπειρος dicitur à Cræcis. Vterque peccat, sed longius errat is
qui sensum humana conditionis amisit, & humanitate reiecta ce-
pit immanitatem. Fortis est impavidus, qui ratio iubet, metuit qua
metuenda sunt honesto viro. Ille ἀφοβος sive ἀνάλατος qui mala
non sentit, ut aper exagitatus, ut ebrius, ut amens, nihil timet etiā si
quid ratio ostendit esse metuendum, ut terra motum, fluctum, peri-
culum quod honeste fugere possit. Audax temere versatur in pericu-
lis rationis iniussu. Virgilius inducit Aeneā fortem, qui nihil temere
suscipiat, bene capta animo ingenti conspiciat, sed mori nolit in stu-
ctu. Turnum audacem, qui iuuenili temeritate ductus audeat id su-
scipere, quod neque debeat neque perficere possit, quique etiam se
propriat in hostium castra, & solus in hostes plurimos ceter. Non
illi tamen omnem metum aufert, sed addit tandem, cunctaturque
metu, telum que instare tremisicit. Mezentium contemptorem deorū
facit impavidum. Ille, inquit, impavidus partes cūctatur in omnis,
Dentibus infrendēs, & tergo decurrit hastas. Nec ita multo post, Ma-
net imperterritus ille, hostem magnanimum opperiens. Qui sit ita fe-
rox, immanis, imperterritus, eum dicit Aristoteles nomine uacare.
Nam ἀφοβος id est impavidus, & ἀνάλατος, hoc est non sentiens
mala, non sunt eius propria uocabula, quippe quae ad fortes accom-
modari possint, ut lib. 3. Ethic. Eudem. ἰ δὲ ἀφοβός τις τῶν τε ἕξει
ἀφοβός. Eum uerò significari uult qui nec humana nec diuina ue-
retur, sed omnia audet, omnia expectat immanis, ut Thrax qui Iouē
tonantem petebat sagittis, de quo uitio plura in tertium librum.

Temperantia cur minus in doloribus quàm in uoluptatibus uer-
satur? voluptates, ut antè diximus, alia sunt animi, ut quae percipiū-
tur ex recordatione benefactorum: alia corporis, ut quas gignunt
odorum suauitates. Voluptates corporis, auditu, uisu, odoratu, gu-
statu percipiuntur & tactu. Custandi sensus discernimus alimentū
siccum & humidum. Tactu sentimus uenerem: in alimento & ue-
nere temperantia maximè uersatur, quia sapinus in hoc genere pec-
cat homo, & propius accedit ad beluam. Nam in uidentis figuris &
coloribus, in audientis sonis, in odoribus capiendis, in sensu frigoris,
& caloris,

& caloris, non tam saepe uitium admittit, nec si admittit, insequitur
uoluptatem bestiarum. Adde quòd nemo dixit intemperantem qui
nimum rebus istis fruicretur, sed alio nomine notatum crimen est.
Temperans eligit mediocritatem in eiusmodi uoluptate, facile pa-
ritur dolorem si qua desit. Intemperans supra modum fertur, & a-
gre fert absentiam. Quòd autem difficilis est moderari praesenti-
bus, quàm ferre patienter absentes, temperantia minus in dolore
quàm in uoluptate uersatur. Est enim in re difficili uirtus. Intempe-
rans autem non tam cernitur absentium desiderio, quàm usu nimio
praesentium. Ei qui minus fruitor uoluptate non est impostum no-
men, propterea quòd est rara auis in terris. Est enim blanda uoluptas
quam pauci fugitant. ἀναιδῆτος, id est stupidus, aut (ut Cicero dicit)
immanis in uoluptatibus aspernandus. Nō est eius proprium nomen,
quia accommodatur ad attonitos, timore perterritos, duros, egros,
bardos, stolidos, omnes qui non sentiunt. Plato in Philebo, ἄρτι μὲν
τῷ λαλῆσαι τῶν ψυχῶν ὅταν ἀπειθῆς αὐτῶν γίγνεται τῷ σείσμεν
τῷ τῷ σείσμεν, μὴ γὰρ λῆθην καλῶς ἀπειθῆσαι ἐπινοήσας. Ἀ-
ναιδῆτος dicit omnem stuporem, qui efficit ut animus ne sentiat
quidem. sic lingua nostra stupor dicitur. Cicero, sensus stupore sua-
uitatem tibi non sentiunt. Qui uertunt ἀναιδῆτους in sensatos bar-
bare loquuntur: qui reddant, omnis sensus expertes, frustra sequantur
ambages, ubi suppetit eisdem rei uerbum. Agedum quoniam
de rebus postea dicitur, de nominibus hic agitur, uim quorundam
uerborum breuiter exponamus. Ἀπολας conuertunt alij prodigali-
tatem, quòd barbarum esse puto. Miror quid causa fuerit, quare Ci-
ceronianus qui tam multos arguebat, hoc uerbo sit usus, bis in eo-
dem loco barbare locutus, quum prodigalitatē diceret & scurrili-
tatem. Luxuriam dicit Cicero, ut in hac oratione. Libidini potius
luxuriae quàm liberalitati & beneficentiæ pareat. vocat in Dart.
effusionem. Liberalitatem, inquit, imitatur effusio. Item luxurio-
sum dicit prodigum & effusum pro eodem. ἀπαροχάλας dixerunt
alij ruditatem circa decorum, alij inexplabilitatem, alij decori impe-
ritiam, qui omnes tamen si inepte loquantur, attramen aptiores sunt
quàm serus emendator, qui Graeca non uertit. Ad quos scribit? Non
ad eos qui sciunt Graecè, quia non egent tam putida interpretatione.

Qui nesciant, ea verba non intelligant. Græca posui, quia Latina de-
erant. conuerti usus periphrasi, ut indoctiores intelligerent. ἀπαρο-
καλλία componitur à verbo ἀπειρία quod Cicero reddidit infirmitas,
& καλὸς quod est honestum. significat luxum indefinitum, & eā
que procurrat ultra fines honestatis, effusionē. Βασιωαία dicitur ἐξ
ἤν βασιωσων, id est, sordidis artificibus qui interdum uolunt mag-
nifici uideri, tamen si nullum modum retinent, ut ille sutor qui po-
pulo Romano ludos exhibuit, ut Aesopus histrio, qui magni cœna-
bat emptis animum linguis. Fuerunt Athenis multi temporibus huius,
qui ut gratiam populi occupari possent, principes magnificentiā su-
perare uellent, quod in omni imperio populari fieri necesse est. Aut
certē βασιωαία dixerunt immanem luxum, quod amant enim sor-
didis & inculti quibus nulla est honestatis ratio. Non faciunt sum-
ptus quidem, sed extollunt eos laude qui faciunt, ut artifices in so-
dalitatibus Græcia solebant, de quo Cicero, Odit populus Romanus
priuatam luxuriam, publicam magnificentiā diligit. Suidas scribit
esse βασιωσων qui gloriantur in Repub. & honesti ac magnifici
propterea quod re pecuniaria inuati ciuitatem, uolūt uideri, in sunt
publicani. ut breui absolnam, βασιωαία est luxus immanis qui ho-
minibus sordidis est cordi, non sordidus & honestus. Μικροσχετεια
male & barbare conuertitur, circa decorum pusillitas, & paruisce-
tia, & modicitas. hæc inauitiam uerba sunt. μικρὸν paruum, σκεπ-
τεον decorum, μικροσχετεια, minor impensarum quantitas quam decori
magnificentiā postulat. Eius rei nullum nomen est Latinum. sordes
nomine communi Cicero nominat in oratione pro Murena. Populus
Romanus non amat profusus epulas, sordes & inhumanitatem mul-
to minus. His uerbis expressit magnificentiæ extremitates. ἀτιμία
reddunt alij inhonorationem, alij ignominiam, alij infamiam, Ar-
gyropilus, circa eius oppositum, ut pote qui nihil inueniat quod latine
dicat, aut qui rem aliter quam reliqui omnes interpretes concipiat.
Fortasse putat nō sic dici τιμὴ καὶ ἀτιμία, ut ἄδωλον καὶ λῶπλον,
ut sunt contraria. Non enim si quis honore caret, is est ignominiosus
& infamis, id est notatus atque subscriptus, sed aliquid est interme-
dium, quod neque honore neque dedecore pradiū est. Quapropter
non contrarium, sed oppositum dicit, hoc est, non aieni sed inficiēs.

Hesychius

Hesychius item non interpretatur ἀτιμία infamia & ignominia
notatus, sed ἀνὰ καὶ καὶ τιμὴν id est eum cui desit honor. ἀτιμία
uero ignominiam, quia sicut fortitudo uersatur in formidinis
& ausu, temperantia in uoluptatibus doloribusque, liberalitas in
dandis & accipiendis pecunijs, ita magnanimitas in honore perse-
quendo, & fugiendo ignominia. De ijs que sunt indifferencia non
agitur hoc in loco: nec enim sunt aut bona aut mala, sed de bonis &
malis, de cautione uirtutum, perfectione uirtutum. Ignominia tam-
men accipe non eam maculam qua quis notatus est, sed maculā no-
minis & fama quam uitare potueras, aut posuisti. Χαιρὸν τιμῆν trans-
ferunt lenitudinem, aut inflationem, aut animi elationē. Nihil hor-
rum bene. χαιρὸν τις ducitur à χαιρα quod est hio, ex quo uerbum
χαιρὸν δαί, quod ut hic Aristoteles usurpat, non est lentum esse at-
que mollem, sed altis sapere, temperare, de sese maiora sentire, inge-
tes spiritus concipere. recte uertitur superbia, aut fastus insolens &
inflatus. sic dicitur aut quod cupiditates hiantes uocātur, aut quod
superbi arrecta fronte, hianti ore sese ferunt, & quasitumeſcunt.
Cic. in part. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extol-
lendis. Inflatio uerbum diuini est ac minus proprium, animi elatio
potest esse laudabilis. Cic. in Off. pro magnitudine animi ponit elatio-
nem. μωροψυχία male redditur pusillanimitas, quia barbarus est,
peius autem paruus pusillusque animus, quia uitium animi non est
animus: bene sic, abiectio animi pusilli. Καυλὸς uero dicitur alij uac-
antem honoris, alij inambitosum, alij remissum, alij uacuum ab ho-
nore. Aristoteles autem dicit eum qui negligit honorem quem pete-
re debet, qui uerbis istis non exprimitur. Dicitur ergo negligens ho-
noris expetendi, aut honesti nominis despicies. id enim uitium despi-
cientiam uocat Cicero. Nobis ut grecis nomen proprium deest. Am-
bitiosum laudamus interdū, quia diligētius petit honorem, quā quos
uolumus excitat. Nonnumquam iacentem & honoris auidā mi-
nus quāam decet, commendamus, quoniam nō est tam sciens hono-
rum quāam quos improbamus. Medium uocamus ambitiosum, quan-
do magis contendit quāam uelimus: gloria negligentem, quando mi-
nus conatur. Αδύπντος dicitur à nostris lentus. Cicero, stoici eā quam
nos lenitatem dicimus uitioso lenitudinis nomine appellāt. impro-

α. ij

prie dicitur segnis, aut ira uacans, aut ira uacua. πρῶτον ἡσυχία ἐστὶν ἡ
 simulatio, de qua Cicero, simulatio omnium rerum uisiosa est, tollit enim
 iudicium ueritatis, idque adulterat. Est autem fallax imitatio, quam
 fictionem nonnulli uocant. ἐπιφανὴς uertitur à Cicerone dissimulatio.
 Quum socrates, inquit, aliud diceret atque sentiret, libenter uti
 solitus est ea dissimulatione quam graeci ἐπιφανῆς uocant. Esse uisum
 ostendit quum dicit, Ex omni uita simulatio, dissimulatio que tollenda
 est. ἀλαζονείᾳ recte conuertitur arrogantia. Cicero in Orat. Nec
 in ueritate crimen arrogantiae extimecerem, significat arrogantiam
 esse imitatricem ueritatis, πρῶτον δὲ melius transferat iocum quam ludus,
 quia iocus est in uerbis, ludus in factis: hic uerbum ad uerbis agit,
 quod apparet in scurra. Cicero ludum & iocum separat, quum
 dicit, Nec enim ad ludum & iocum facti sumus. ἐπιφανῆς δὲ dicit
 comitatem affabilitatem que sermonis. Comitatus, inquit, affabilitasque
 sermonis maxime conciliat animos hominum. Βαρβαρολογία barbare
 dicitur scurrilitas aut saltem noue, tutius scurrilis dicacitas appellatur.
 sic dicitur à graecis quod in sacrificijs & epulis solenibus scurrilis
 sedebat ad aras, & ut aliquid accipere possent, iocosis effundebant ex
 quibus auditores caperent uoluptatem. Βομῆς ara, λυγρία insulior,
 uel ἡγεμονία iaceo. Translatum est id uerbum ad omnes eos qui lucri
 causa ludunt, & prater decorum mouent risum. Κρησθαλία recte
 uertitur rusticitas. Non uid. Nec mihi rusticitas, non pudor ille fuit. Απρῶτος
 auos peperam conuertitur placidus, aut lasciuus, aut obsequiosus,
 aut affabilis. Mirum quam multis modis errēt interpretes, quos si in
 omnibus locis ubi peccant arguere uellem, nullus unquam finis inueniretur.
 Απρῶτος est qui omnium gratiam blanditijs ineptis accipatur, ut solent
 nonnulli apud nos, qui tum demum se beatos esse putant, quum dicuntur
 homines, hic est uicidus, & omnibus amicis, sicut se omnium moribus
 accommodare. Nullius arguunt scelus, nulli contradicunt, sequuntur
 omnes omnium opiniones, mutantur in uarios colores ut chamaeleon,
 quarunt laudem ex elegantia atque tranquillitate. Isti affabiles quidem
 & obsequio dediti, sed non quicumque affabilis est & alijs obsequitur, blandus est gratia uenator,
 solus debemus accipere uirtutem que est inter assentationem, & rusticos
 mores, hoc est, que neque cuiquam plus quam debet, attribuit,

tribuit, nec quod minime debet, id detrahit, sed humanitate quadam
 & beneuolentia adducta, dicit ac facit que quisque sibi dici fierique
 uellet. Humanitatem uocare possis, de qua Cicero lib. de orat. Nullum
 est uita tempus in quo non deceat leporem humanitatemque uersari.
 Hac autē siue beneuolentia, siue humanitas, siue amicitia in genus
 humanum, non tantum uerbo, sed etiam re ipsa cernitur, quod testifi-
 ficatur hic, & in li. 4. philosophus: quapropter inepte dicitur affabi-
 litas. Rursus colebatur ab antiquis ut dea. Ponitur hic pro indignatione
 quadam, que propter res secundas hominis indigni suscipitur, de
 qua uates ἱsal. 73. Ἐξὺ λωσσε ἡδὲ τοῖς ἀνοήτοις, ἀγέλωλ ἀμαρτωλῶν
 ἴσα δὲ. Indignatus sum & eger tuli, quum malorum & impiorum
 quietem perspicere. Aristot. 2. lib. rhet. Ἰσὶ γὰρ & νυνὶ τοῖς ἀνοήτοις
 ἡδὲ τῶ φανερῶν ἀνοήτων ὁ πόνος. id est, Est indignatio dolor,
 qui propter res secundas eius qui uidetur indignus suscipitur. Hac de
 ratione uerborum. Vis autem rerum lib. 3. & 4. explicabitur. Nunc si
 omnia diuidere, definire, explicare uelis, cadis in eorum uitium qui
 neque loci neque temporis ulla ratione ducuntur, sed ubi loquendi
 tempus est, tacent, ubi tacendi, loquuntur. De ceteris uerbis pauca dicam.
 Vniuersē Cic. uniuerse mandandi id est, ἡγεμονία. Quibus cum
 concinere par est) Cic. stoici cum Peripateticis re concinere uidentur.
 sic proprie dices οὐκ ἀποκρίναι, non ite respondere. Hac adeo) ἀνοήτων
 οὐκ ἀποκρίναι. Adeo quidem, sane, certe. οὐκ hic male transfertur,
 igitur. Formidinis & ausis) Cicero, formidines opponere. Omnia
 ausis, Magnis tamen excidit ausis. Σωφρον sumitur in bonum ut
 ausis. Non ita multi sunt) Cic. de clar. orat. Non ita multi sunt.
 Contrarie laborat) Cicero, de eadem re contrarie scripturus. Insuper-
 tios. Nimius, parcus) Cic. in honoribus decernendis nimius. Idē,
 in transferendis uerbis parcus. Affectiones) ἀφ᾽ ἑσθῆς barbare
 dicitur dispositiones, recte affectiones aut constitutiones, quo nomine
 uirtutes aut uitia dicuntur. Circumsedent) Cic. Mutinam circumsedent.
 Magnanimitatis) Hoc uerbum esse latinum supra demonstrauit.
 Negligens honoris) Cic. sociorum & amicorum negligentior. ture
 contendunt) ἐπιμιμνήσκου proprie hereditatem petere, hic, iure
 contendere. Qua capimus ratione) ἡ ἡγεμονία τὰ δὲ ἡγεμονία
 μὲν οὐκ ἐστὶν. male uertitur, nostro more. Id enim non moris est, sed

artis. Nomina fingamus) Virg. Aeneadasque meo nomen de nomi-
ne fingo. ἰνὸμα & πῶν sic proprie redditur, non imponere nomen.
Cognitionis (que facilioris) Εὐπαραχάλας. Inōs intellectu cogni-
tusque facilis. Qui reddant, ut facile sequi possimus, uerbum non in-
telligunt. Procurrens ultra lineam Horat. Dum nitant stulti nitia,
in contraria currunt. Verecundatur Cic. & ob eam causam uere-
cundans in publicum prodire. Plant. Verecundari neminem. Dolo-
rem capit ex ea prosperitate) Cic. Magno in dolore sum quem accepi
ex crudeli morte Trebonij. Virtutes in ratione esse dicuntur) Cic.
superiores non omnem uirtutem in ratione esse dicerent. Ascriba-
mus tandem nostram descriptionem.

In formidibus & ausis.

Timiditas & ignavia, Fortitudo } Impauida et intrepida temeritas.
Confidentia & audacia.

In uoluptatibus & doloribus.

stupor aut immanitas in uoluptatibus aspernandis. } Temperantia.
Intemperantia.

In dandis & accipiendis pecunijs.

Illiberalitas & auaritia } Liberalitas } Luxuria & effusio.

In iisdem.

sordida magnificētia, Magnificētia, luxus immanis et effusa largitio.

In honore & ignominia.

Abiectio animi pusilli, Magnitudo animi, superbia & fastus insolēs.

In iisdem.

Deficientia honoris, studium existimationis } ambitio.

In ira & lenitudine.

Lentitudo } Lenitas } iracundia.

In uerborum & actionum fide & simulatione.

Dissimulatio } Veritas } arrogantia.

In comitate & rusticitate.

Rusticitas } Comitas } scurrilis dicacitas.

In incunda consuetudine & inincunda.

Morosa

Morosa difficultas } Amicitia } blanda gratia captatio,
assentatio & adulatio.

In ijs que de decori sunt homini, aut esse uidentur.

Timiditas uerecundia imitatrix } Verecundia } impudētia.

In ijs que uicinis enemiunt.

Maleuolentia } Indignatio } inuidia.

QUIBUS in rebus sit mediocritas uirtus, que circumposita sunt Cap. 8.
extrema breui descriptione planum fecit. Proximus est locus disputa-
tandi que similitudo sit medijs cum extremis, extremorum cum me-
dio, & quid extrema differant inter se. Nam ratio questionum po-
stulat, ut primum queramus an sit uirtus mediocritas, & si sit, que
sint extrema circumposita: id si constet, qualia sint, & quid differant
a medio. Id ut commode facit, paucis repetit id quod ante dixit, esse
treis affectiones, duas uitiosas, unam mediocritate laudabilem. Hinc
aditum facit ad ea que sequuntur. summam rei proponit hoc mo-
do: affectiones istae quodammodo opponuntur. rationem affert ex-
trema sunt inter se contraria, & affectioni media contraria. id
tanquam notum relinquit: nemini dubium est quin aliqua sit op-
positio uirtutis & uitiorum, & quin uitia dissimillima repugnent.
Hoc igitur non eget confirmatione. Sed explicandum quoniam modo
opponantur. Id ut docere possit, utitur similitudine. Quemadmodum
aequale cum minore comparatum maius est, cum maiore minus, sic
habitus medijs si cum defectioibus comparantur, exuperant: si cum
exuperantijs, deficiunt. id quo sit apertius tribus ostendit exemplis.
ex quibus collige inter uirtutes & uitia talem reperiri oppositionē,
qualis est inter exuperantiam & defectioem, & hac uarie com-
parari, uirtus, si uitium spectet inferius, exuperantia uidebitur: si su-
perius, defectio: opponitur ergo ad exuperantiam & defectio, sed uaria
comparatione ducta. Quod autem magis contraria sunt extrema,
quam medium & extrema, quum tamen hac opponantur ut
exuperantia atque defectio, dicendum fuit esse quidem uitiorum cum
uirtute talem oppositionem qualis est inter exuperantiam & de-
fectioem, sed non esse tantam. quapropter adiungit, uis ita pu-
gnantibus inter se, dissimilita magis atque inter se contraria sunt ex-

ad

trema quam medium & extrema. Causam reddit Longius hæc ab-
sunt alterum ab altero, quam utrumvis à medio. quam causam fir-
mat exemplo quo paulo antè fuerat, usus, ab æqualitate & magni-
tudine assumpto. Alteram affert uiria quædam uirtutibus, nõ item
uitijs contrarijs esse proxima, quod planum facit exemplis. Extre-
ma plurimum distare probat argumentum ex definitione contrario-
rum. Quum dictum sit extrema opponi medio, uidendum num pari
interuallo differat. In alijs magis opponitur defectio, in alijs exu-
perantia. Cur ita sit, duas affert causas, unam è rei natura, alteram
ex animi procliuitate. Hæc ergo summa. Extrema cum medio pugnat
ex exuperantia atque defectio, sed magis inter se dimicant, nec sem-
per interuallo pari cum medio certant. Omnes omnibus quodam-
modo opponuntur. Cur additur illud, quodammodo? in libro de ca-
tegorijs hæc scribit. bono malum necessarium contrarium est, quod ex
inductione singulorum planè sit, ut sanitatis morbus, iustitia iniu-
stitia, fortitudini timiditas. Eadem ratio cæterorũ. Malo bonum in-
terdum, malum nonnunquam contrarium. Exuperantia defectio
contraria, quum utraque sit in malis, itemque mediocritas utriq; cõ-
traria, quum sit in bonis: id in paruis uideas. In compluribus semper
malo bonum contrarium. Nec ille. Vides esse duo genera contrario-
rum, unum quo malo malum pugnat, alterum quo malo bonũ. Quia
sunt in hac pugna diuersi modi, uidetur hoc possuisse, quodammodo.
Dicit in. 1. lib. de celo, ἄλλ' ὅν ἐν ἰσῶστί. At unũ unũ contrariũ. Itic
autem duo opponuntur uni. Quapropter habenda ratio diuersa, ut nõ
simpliciter, sed quodammodo sint hæc contraria. bono malum sim-
pliciter est contrarium: medium & extrema non sunt contraria, ut
in linea, ut in corpore, sed in hoc genere quodammodo contraria: in
alio, dicuntur opposita. sunt qui dicant Aristotelem parum sibi con-
stare, sunt qui distinguant ut aliquid dicere uideantur. ego, quia ui-
deo similitudinem à maiore & minore semel ac iterum duci, puto
philosophum uoluisse duo genera contrariorum considerari, unum,
quo plurimum distantia ut bonum & malum, opponuntur, alte-
rum quo certant ea que cum alio conferuntur, ut pater filius, dimi-
dium duplũ, maius minus, medium extremum. Nam quum sint re-
pugnantium genera quatuor, alio nõ eodem modo pugnant. Quid
est quod

est quod dicit æquale? Cur ex eo ducit argumentum: Æquale signifi-
cat quantitatatem? Duobus modis nonnulli uolunt comparari, aut cum
pari numero siue magnitudine, ut quum mathematici dicant, si æ-
qualibus adimas equalia, qua relinquetur habebis equalia, aut cum
duabus extremitatibus æquè distantibus, ut quum faber definit æ-
quale, medium rei, æquamque ad extrema differentia seruans. Quo
quid est ineptius? Pari cum parte potest cõferri, aut magnitudo cum
magnitudine, aut cum multitudine multitudine, sed quomodo mediũ
in æqualitate comparabitur cum duabus extremitatibus? Quomam
pactò quod medium est in columna, alteri partium dicitur æquale?
Duc partes erunt æquales: medium uero nõ erit æquale partibus,
nisi diuidas totam in tres partes æquabiles. Quis autem medium cor-
pus ita definiuit, ut tantum medio, quantum altera parte contine-
retur? nõ ita sumit Aristoteles æquale. Nam refertur ad aliud, ut dici-
cui sit æquale non maiori aut minori. Conferes igitur hoc modo. ut
æquale corpus alteri, cum minore comparatum maius est, cum ma-
iore minus, ita uirtus in mediocritate posita si cum defectioe com-
paratur, exuperat, si cum exuperantia, deficit. In ea collatione non
est necesse ut uirtus sit æquale (quamquam stoici uirtutes dicunt esse
se pares) ut quum malus homo cum sterili arbore comparatur, non
est necesse ut homo sit arbor. Satis est duo in aliquo tertio comparari.
Ex æquali ducit argumentum propterea quia agit de maiore
& minore, scimus autem hæc tria cõferri, maius, par, minus. Qua
uis est orationis huius, Extremi repellunt medium uterque ad alte-
rum? Qui uitium admittit ultra citra ue lineam recti, nullum me-
dio locum inter se relinquunt, non quia sit aliquid medium plenum
dignitatis, sed quia extremi putant se medium tenere, ut timidus
existimat se in loco medio consistere, propterea fortem & audacem
repellit in eundem locum qui sit ultra rectum: audax etiam credit
obtinere se mediam uirtutis artem, quapropter fortem & timidum
repellit in eundem locum. Timidus habet infra se timidiorem, con-
fidentis ultra se confidentiorem: uterque duo statuit extrema, mediũ
se collocat. Errore sit istuc, nõ ratione. Hoc modo existimabat Minu-
tius Fabium Maximum cunctatorem esse timidum qui tamen erat
fortis: se uerò indicabat esse fortem, non temerarium & auda-

cem. Cicero qui timidus esset, arbitrabatur se esse fortem: fortis, ut
 Casarem & Antonium, remittebat ad audaces. Extrema ne magis
 inter se contraria quam media & extrema? Nihil est magis cō-
 trarium quam malo bonum, quam virtuti vitium. Nec auaritia &
 luxuria magis inter se contraria, quam liberalitas & auaritia. Sed
 hic duo sunt genera comparandi, unum quo medium cum extremis
 ut virtutem cum vitio, comparamus, tum medium extremitati maxi-
 me contrarium, quia malum malo similis est quam bonum ma-
 lo. Alterum velut intervalla metitur, ac considerat longius extrema
 distare, quam medium & extrema, ut spacij plus est inter extremas
 partes decempeđa, quam inter mediam decempeđa & ultimā par-
 tem. Hoc genere comparandi sit, ut extrema videantur esse magis
 contraria, hoc est longius distantia. Quod indicans Aristoteles hæc
 dicit, extrema longius absunt alterum ab altero, quam utrumvis à
 medio, sicut à paruo magnam, à magno parvū, quam utrumvis ab
 equali. Quid magis contrarium quam nigrum & album? virtus est
 ut album, vitium ut nigrum, hinc illud, Niger est, Romane caeto.
 Vir animo candido. Quid aduersum magis quam honestum & tur-
 pe? virtus honesta, vitium turpe. Videndum igitur utro genere com-
 parandi vitii veli. Dicit aliquis, si cōtraria sunt qua in eodem gene-
 re posita plurimum distant, medium & extremum non sunt con-
 traria propterea quod nequaquam plurimum distant. Si alludas ad
 magnitudinem verum, vera canis, si ad naturam boni & mali, falso
 dicis, nequaquam plurimum distare. Nam supra demonstratum est
 virtutem quia bonum est, in extremis haberi, ut sit malum in imo
 gradu, indifferens in medio, bonum in summo. At in quiet, auaritia
 nihil habet familiare cum luxuria. Liberalitas autem propior est,
 quia utraque largitur: propterea sunt qui prodigos nomine liberali-
 tatis appellent. Auaritia & luxuria eodem genere continentur, &
 hac ratione tam sunt familiaria quam liberalitas & luxuria. sunt
 enim vitia. vt autem bestia similior est bestia quam homini bestia,
 sic vitio vitium, quam virtuti vitium. Homo & belua sunt in eodem
 genere, sed equus & bos in eodem genere propiore, & auaritia &
 luxuria in eodem genere propiore. Nam vitium est sub habitu, ha-
 bitus autem sub qualitate. Luxuria tamen similior est liberalitati

& propior, quia utraque largitur, non quia una virtus est, altera
 vitium. Semper ergo videndum quo pacto comparare velis, propter
 ea quod aliter oppositionum genera distinguere non posuis. Quæ sunt
 vitia quæ virtutes imitantur? Cicero docet in Part. prudentia, inquit,
 malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandas,
 & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, deficiencia
 in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & forti-
 tudinem audacia imitatur: & patientiam duritia immanis, & ius-
 titiam acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem mollitia
 animi, & uerecundiam timiditas. Ex his apparet esse nonnullis ex-
 tremis cum medio similitudinem. Idem tradit Arist. lib. i. rhet. cuius
 verba sic transtulimus. Atque etiam sumenda sunt ea quæ virtutibus
 finitima videntur, ut pote que ualeant ad laudem & uituperationē,
 ut si cautum & hilarem quis appellet timidum & insidiatorem, sto-
 lidum frugi, stupidum lenem, & unumquodque uitiorum finitimo-
 rum semper ad optimum quiddam ueriat, ut iracundum & furio-
 sum dicat simplicem: superbum, magnificum & seuerum. sic quoque
 laudet eos qui declinarunt à medio, ut si in finibus uirtutis constiti-
 sent, ut audacem nominet fortem: prodigum, liberalem. Uac ille Ho-
 rat. Fallit enim vitium specie uirtutis. - Cur autē in nonnullis ma-
 gis opponatur medio defectio, in quibusdam exuperantia, perspicue
 demonstrat. Id partim rei natura facit, partim nostra. Rei, quæ simi-
 lior est aut dissimilior nostra, quæ ad unum extremum propen-
 sior est, ut quia immanitas in aspernandis uoluptatibus est similior
 temperantia quam intemperantia, & promiores ferimus in uolu-
 ptates, longius à medio distare uidetur intemperantia. An uni mo-
 do unum contrarium? Quopactō uirtus est in medio, quam ad extre-
 mum unum propius accedit? Num magis offendit nimium quam pa-
 rum? si intemperantia magis nati uideatur quam alteri extremita-
 ti, quæ sit ut intemperantia longius absit à medio? Vter melior, prodig-
 ius ne an auaritas & generis eiusdem questiones susius expli-
 casset, nisi perfaciles animaduertissem. Vnum uni saepe contrarium
 ut calori frigus, humoris siccitas. Nonnumquam duo repugnant uni,
 ut liberalitas & auaritia effusio. hoc autem rarum. Quapropter li-
 cet unum precipere, ut in scientia naturali: alterum excipere, ut in

morum disciplina. In alijs magis offendit nimium quam parum, ut in voluptatibus, in alijs parum quam nimium, ut in formidibus. Extrema, quae magis alliciunt humanum genus, videntur esse longinquae magis, propter ea quod ab eis hominem venocare difficilius est, aut quoniam qui eò pervenit, virtutem longiore spacio videtur reliquisse, ut intemperans, quam stupidus & immanus. Neuter bonus nec avarus nec prodigus, sed magis accusatur avarus quam prodigus, quia nec alijs nec ipse sibi prodest, quia longius ab hominum consociatione distat. Virtus est in medio quod refertur ad nos, non in eo quod aequè distat ab extremis. In eiusmodi rebus alij sunt nimium fusi, in re difficili nimis angusti. Transcamus alio paucis verbis expositis. Opponuntur Cic. Contrarij opponuntur contraria. Alibi, his quatuor causis totidem medicina opponuntur. Aequale Virg. Dulce satis humor. Triste lupus stabulis. Nō desunt qui putent sine rei nomine quod substantivum appellant, aequale aut triste non posse dici. si ad stupidum spectes Virg. si ad utulam spectes, nihil est quod pocula laudes. si cōferatur illiberali Cic. Parva enim magnis saepe rectissime conferuntur. Dissincta Cic. Maxime distincta atq; contraria dicit. Magnum Horat. At magnum fecit quod a verbis Graeca Latinis miscuit. Est qui non audeat magnum dicere, ne barbare loquatur, rem magnam dicendam putat, qui aequalis, id est, effusivam veritatis avaritiam. Nec videt in hoc capite semel ac iterum se barbare loqui, dum mutat neutrum genus in masculinum. Cum medio similitudo Cic. Est quaedam nobis cum illis similitudo. Plurimum distans Cic. Ab eo cui contrarium est, plurimum distat. Duabus de causis Cic. Iustus de causis rationes deferre propter avaritiam. Contraria potius opponimus Argyropilus, non opponimus sed asserimus dicit, quasi non sit id naturae sed nostrae existimationis. In quo ut in alijs penè infinitis locis, peccat. Longius absunt Cic. Longius absumus à naturae ferarum. Quomodo Ciceronianus dicit, plus absumus? Quibus nati Cic. non nobis solum nati sumus.

Cap. 9. Vt imponat huic libro finem, quae fusa disputavit, in pauciora cōfert, quod in peroratione faciunt oratores. Sic enim tota res facile perspicitur. In ea repetitione paucis amplectenda, quae pluribus suo quaeque locu disputata sunt. Ostendit, virtutem moris esse mediocri-

tat:ms

tatem, ut pote quae versetur in animi perturbationibus actionibusq; in quibus est exuperantia atque defectio. Deinde patefecit quo sit interiecta modo, quodque obtineat medium, nempe quod refertur ad nos. Docuit tandem mediocritatem esse utriusque duorum ex quibus unum exuperantia, alterum defectio committitur, dixitque non distare semper interuallu pari. Nunc quaerat aliquis ubinam sit notandum medium? Quia non habet quicquam certum, primum respondet esse difficile captum. In omni re medium perspicere difficile est, inquit. Ne verò quippiam desperet, nititur hac similitudine. Ut nō unusquisque medium circulum notare potest, sed artis mathematicae doctus, sic non omnes videre mediocritatem possunt, sed exercitati. Opus est igitur usu & exercitatione. Ea de re virtutes moris appellantur. Ut ad inuestigandum medium pressu difficile, genus hominum cohortetur, exornatione laudis extollit, id esse rarum, laudabile & honestum dicit. Quod autem suscipit eam rem tractandam, praecipiones aliquot de inveniēdo medio tradit. Quia (ut ait Horat.) sapientia prima est stultitia caruisse, initio praecipit, ut ab eo quod à medio longius abest, discedamus. Id consilium quo sit firmius, Homeris sententia confirmat, apud quem Circe suadet Ulyssi, ut Charybden fugiat ac Scyllam, sed Charybden magis quam Scyllam. Nunc efficere vult, illud extremum magis esse fugiendum, in quo minus est vitium, & eligenda mala quae sunt minor. Tradit aliam praecipionem, ut si in unam partem vitio notatam simus propensiores, in contrariam tendamus iter, ut hoc modo perveniamus ad medium, nō ut curramus ad extremum diversum. Dum nitit stulti vitia, in contraria currit, inquit Horatius. Ne quis autem dubitet an in alteram partem simus procliviores, propterea quod ante dixit virtutes & vitia non innasce, sed ab actionibus creari: Alijs, inquit, rebus alij nati sumus, ut voluptati magis quam molestiae & dolori, nonnulli stupidiore egriedini. Quam sit utilis haec praecipio, demonstrat ex similibus comparatione. Qui distortam lignorum materiam corrigere volunt, in contrariam partem reflectunt, ac ita corrigunt. Sic etiam mores contortos corrigere licet. Quoniam autem ferè sequimur illud extremum in quo plus voluptatis inest atque incunditatis, tristitia & acerba fugimus, monet deinceps, ut voluptatem quae nos illecebris atque blan-

ditijs uti quibusdam munericibus, corrumpit, euitemus: ut eam sic lau-
demus, ut si tamen obste, ablegari uelimus: quemadmodū senes Tro-
iani mirabantur helena formam, sed si noceret, ablegandam esse cō-
sebant. Quærat aliquis, aliud ne est, quod præcipere possit: ut rei non
homini uitio detur, res, inquit, difficilis est, primum quia de singu-
lis, quàm de uniuersis præcipere magis est arduum, deinde quia iudicia
sunt diuersa, ut de ira mediocritate. Vitia quæ longe declina-
runt à medio, uidere possit, mediocritatem non item possit: quam ob-
rem nihil aliud trahi potest, nisi mediocritatem esse laudabilem, ui-
tandis extremitatibus esse perquirendam. Quis est causa cur ar-
duum sit inuenire medium? In profundo (ut Democritus aiebat) de-
mersa ueritas: in quam sententiam Cicero Acad. 3. lib. Cum Zenone
ut accepimus, Archesilas sibi omne certamen instituit, non pertima-
cia aut studio uincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ ad cōfessio-
nem ignorationis adduxerant socratem, & uelut: amantes socrate-
m, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè uete-
res, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt: angu-
stos sensus, imbecillos animos, breuia curricula uita, et (ut ait Demo-
critus) in profundo ueritatem esse demersam, opinionibus & insti-
tutis omnia teneri, nihil teneri, nihil ueritati relinquere, deinceps om-
nia tenebris circumfusis esse dixerunt. Itaque Archesilas negabat
esse quicquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum quod socra-
tes sibi reliquisset, sic omnia latere consuebat in occulto, neque esse
quicquam quod cerni aut intelligi possit. Hactenus Cicero. Vides in
qua opinione fuerint ueteres Academici: uides etiam, sensus & ani-
mos imbecillos, breuia curricula uita, uarias opiniones, tenebras ue-
ritati circumfusas, esse impedimēto quominus ea quæ uerè bona sunt
uidere possimus. Huc refer ea quæ de summo bono dicebamus, alios
existimare uoluptatem summum esse bonum, alios honorem, alios
opes, alios scientiam, alios uirtutem, alios indolentiam, alios aliud
quicquam. Quid agas in hac opinio-ni turbat? Draco omnia ferè uitia
putabat esse digna morte, nõ ita solon existimabat. Athenienses ar-
bitrabantur eiciendos eos qui nimium excellerent, alij multi conse-
bant uenerandos ut deos. Romani iudicabant recte fieri, quicquid
suis legibus adducti fecissent. Alij uero leges eorum iniquissimas esse
dicebant.

dicebant. Lacedæmonij pulchrum dicebant oculis furari, à nemine
deprehendi, finitimi uisum esse credebant. Quid? nõ inuenias
duos populos qui mores eosdem probent. Nonne uides hodie qui fe-
nora probent, & sanerentur etiam pecuniam sacram, alios qui de-
testentur id genus quasius? Audistine qui tantum probant inopitè
alios qui nihil aliud utiuperabant: inimicam bonis moribus esse di-
cebant? Quot sunt qui sectantur delicia, canasque lautas? quot cas-
dem utiuperant? Quot reperias iudices, qui quod alij summum crimè
existimant, id omni crimine uacare pronunciant? Aliud alij uide-
tur, nec ubi sit optimum uidere facile est. Qui uident hanc difficul-
tatem hoc dicunt, conscientia iudicat omnes, putatque tam pau-
cis uerbis omnem hunc expedire nodum, quos uehementer errare
puto. Miles putat esse rectum, bonis agriculturalum frui: Artifex æquū
censet rem maximi uideri, index dona quædam capere, pro litibus
exigere pecuniam aromatum nomine, medicus omnia quæ dantur
accipere, non motiri suum labore, theologus inutiles quaestiones stu-
diosius proponere, pontifex percipere emulmentum, non onera subire.
Quid moror? Nullus est ferè qui non aliquo morbo laboret. Vis stare
cuiusque iudicio? uis omnia ad eam quam prædicat conscientiam re-
ferret? Omnia sunt protinus alba. De recto iudicio loquor, inquit. Au-
dio, descendis in sententiam nostram. Omnes existimant optime se
de ratione mori iudicare posse. De rebus alijs si quid subtilius agas,
inuenies multos qui ignorationis suæ conscij subitebunt: si de mo-
ribus, uel imperita muliercula sententiam ferent. Num quia res est
facilis? Minime uero, sic enim cōsentirent omnes. sed quoniam uo-
lunt omnes iudicare de uirtute, quam pauci admodum uideat quan-
tum sit, pauciores exerceant. Ergo rei natura iudiciorumque uarie-
tas hanc parit difficultatem. τὰς τὴν ἀληθείαν, ἀπὸς ἕχθρῶν ἀνθρώπων,
deslexerunt inquit, omnes, unaque facti sunt inutiles. At id non a-
git ignotatio? immo uero maxima ex parte ignotatio. De recto con-
ceperunt opinionem quandam, sed nihil habuerunt certi, aut siquid ha-
buere, nubibus opinionum tæxerunt. Audierunt nomen liberalita-
tis, eamque laudant, sed cui potissimum, quantum, quo tempore,
qua de causa, quoque modo rem partiri debeamus, iurant. Itaque
dant alij non egentibus, inopi uero & egenti nihil dant: alij dilapi-

dāt patrimonium, alij pauca donant atque pauciora quam debent dare nonnulli cupient, si nolū, non erogabit si uelis. bona pars impartitur eis unde sperat comodū, nullo uirtutis amore ducta. Alij dāt egre ac ueluti coacti. Nec ex illis unū reperias qui non utatur argumento, suūque factum iure tueatur. Ne cētē igitur illud Aristotelis, facile cuius argentum dare, sed cui, quantum, quo tempore, qua de causa, quōque liceat modo, nec est cuiusque, nec proum & facile. Adde rationem quam affert ad extremum, res singulas non cadere in artem: de generibus & formis aliquid præcipi posse, de indiuiduis que sint prope infinita, nihil ferē posse. singula non ratione qua acutior est, sed sensu qui recte obtinet ac hebetior, iudicari, uel cauere aliquis, deprehensus est atque ductus. Aut reijcit crimen in alij, aut causam excogitat cur rectē fecisse uideatur, aut casum, aut fortunam, aut impudentiam causatur, aut alia mente se fecisse dicit. ac saepe rem sic agit, ut multi in consilium adhibiti uiri non habeant quod sequantur. Que res ostendit quā difficile sit de singulis hominum uirtutibus utriusque iudicare. In singulis autem numerantur ea que ualge dicuntur circumstanti. Vis de rebus hæc tenus. Eum id locum multis ante demonstrant. Quid est circulus? cuius est circuli medium inuenire? Alibi definitiuim ex Euclidis sententia, diximusque circulum esse figuram planam una linea comprehensam, que uocatur ambitus, ad quem linea recta ab uno signo medio ducta sunt pares. Circuli medium reperietur, si lineam rectam duxeris transfuersam ab una parte ambitus, ad alteram, siue medium circulum secuerit siue superiorem inferiorē inue partem: si diuiseris eam lineam in duas partes æquales, alteramque duxeris ab alto rectam, qua punctum medium prioris tangat, atque secunda duas in partes æquales diuisa medium punctum notaueris. Illud enim circuli medium est, quod demonstratur lib. 3. Euclidis, statim initio, τὸ ὀρθὸν κέντρον ἢ κέντρον ὀρθῶν. Igitur geometricæ disciplinæ centrum inuenire circuli, non cuiusuis hominis aut facultatis. Dicit aliquis, Nō sic est medium uirtutis, nec tam facile inueniri potest. Non sic est, fateor, sed medium quod refertur ad nos, rectē cum medio rei comparatur, etiamsi qua conferuntur diuersa sunt. Nec si medium rei inuenire difficultus est, iicirco male ista comparatur. Virgilius Aeneam

& strenuus milites qui noctu ferebantur per hostes, eosque cædebant, cum lupis comparat: dissimiles sunt uiri fortes & lupi, ac facilius est lupo uolare prædam, quàm paucis uiris sternere multos hostes: rectē tamen & tempus, & fames, & grassandi modus conferuntur. Ita medium cum medio, difficultas minor cum maiore, exercitatio cum exercitatione. Aptior autem ab orbe similitudo, & quod ea sit figura perfectior, ut uirtus est habitus perfectior, & quod circuli medium distet æqualiter ab omnibus circumducta linea partibus, ita ut illud reperire sit difficultius quàm lineam in duas partes æquas secare. Quale est id quod vlyssi dicebat Calypso? Homerus Odysse. libro 12. describit duos scopulos in mari siculo, scyllam & charybdin, & Circein inducit loquentem, atque suadentem, ut charybdin fugiat magis quàm scyllam, Ἄλλα μάλα σούλλης σκευπέλω πειπλυμλιός, ὦκα Νῦα περὶ φιλίας, ἔπει ἅλιν φέρει πρὶν ἔειν ἢ εἰ ἑτέρου, ὡς κὶ πρὶ πρὶ μολοῖαι, ἢ ἄμοι πρὶ τας. Id est, sed quantum poteris appulis ad scopulum scyllæ, quamprimū detorque nauem, quia satius est multo sex desiderare socios amissos, quàm simul omnes amisisse. Profectus vlysses, ubi uenit eò quo menturum prædixerat Circe, socios hortatur, Ἵμῶς μὲν κωπησῶν ἄλλος ἔρχεται βραχὺτα βραχὺτα Τῆσιν κλυτὰσιν ἰφθιμολοῖαι, αἰ κὶ πρὶ τῆς ὁψὸς ὁψὸς τῆσιν ὄλας τοῖς ὑπεκτιθεῖσιν καὶ ἀλύσει. Σοὶ δὲ κρυπτοῦ ὄμα ἰδὲ πρὶ πολλοῖαι, ἀλλ' ὄνι θυμῷ βάλθη, ὡδὲ νῦς γλαυφῶρτος αἰνία τομοῖαι, Τούτου μὲν ἡσπτοῦ καὶ κνύμοτος ἰατὸς ἔσθρα Νῦα σὺ δὲ σκευπέλων ἰδὲ μοῖαι. —

Id est, vos socij transstris confidentes dorsum maris altum ferite reuertimini, ut hoc exitium ioue succurrere effugere uitare que possimus. Tibi gubernator inbeo (diligenter animadverte qui nauis alta clauus regis) ut ex hac nebula fluctūque detorqueas nauem, scopulumque contingas, Ne te lateat, codices sunt deprauati in quibus est ὡς τῷ μῦθῳ προβύτου μὲν. Quæ scribit Aristoteles uersum nec Calypso, nec Circe pronunciat, sed vlysses admonitus à Circe. Errant in nomine, nisi codices fallunt, qui Calypso pro Circe posuit, nō in re, quandoquidem

refert Ulysses quod accepit à Circe. καὶ οὐδὲν δicit nebulam quæ circum
 fudet ac obtegit scyllam, quæ uult enitare paulum, non procul ut ma-
 lus interpret existimauit. Alioqui non conuenirent hæc, σκοπέλον
 ἄσπετος. Nebulæ dici declarant illud, νεφέλη δὲ μὲν ἀμφὶ βίβρα. i.
 Nebula scyllâ circumtegit. Quid alij de scylla atq; charybdi sentiunt
 non est hic disputandi locus. Dicendam potius quid uelit Aristoteles.
 Hoc dicit, ut Circe docebat esse nauigandū inter scyllâ et Charybdin,
 sic dicimus iter esse tenendū inter duorum periculâ uitiorum. Et quæ-
 admodū monebat à Charybdi magis abduccendam nauem, ita mone-
 mus ab eo uitio quod cūtrariū magis est, longius esse fugiendū. Quæ
 uerò nauigatione alteram uocat? si fabro credimus, qui libros Ari-
 stotelis falsa persuasione doctrinæ adductus, miris modis inquina-
 nit, secunda nauigatio est prospera. sequantur illum, qui putant esse
 deū, à quo omnibus fere locis, ut in antiquo quodam infantissimo
 decipiuntur: detrahūt ijs qui rectius iter monstrant. Alteram naui-
 gationem melius dixeris quàm secundâ, ut sit prima nauigatio, quæ
 uentis secundis agitur, altera, quæ cessante uento secundo, remis per-
 scitur: sic enim ueteres loquebatur. σιδας, ὁ ἀπὸ πρὸς πλοῦς, ὅτι ἔχει
 πρὸς τὸν ἄνεμόν, καὶ πῶτος πλοῦς. id est, Altera nauigatio, quam quis uē-
 to secundo destitutus, remis agit nauem. Hæc ergo philosophi sentē-
 tia: Si nobis in huiusce uitæ mari nauigantibus prima nauigatio, hoc
 est cursus in mediâ uirtute nō datur, altera nauigatione, id est, ad-
 uersa atque difficiliore petenda sunt quæ leuius obstant, ut si quod no-
 lumus non possumus, id agamus tandem quod possumus. Alijs ne
 rebus alij nati sumus: hanc explicauimus antè questionē. Alij ut na-
 tura calidiores, audacia nati sunt, alij ut frigidiore, timiditati, alij
 ut atra bile laborantes, tristitia, alij ut bile flaua astuantes iracūdia,
 alij sunt alacres, alij tardi. Alijs aliud natura dedit. Id Galenus &
 medici pluribus demonstrant. Lege, si placet, quæ scripsimus in pri-
 mum caput huius libri. Quoniam modo senes erant erga Helenam af-
 fecti? Homerus in 3. lib. Iliad. describit singulare certamen Paris
 qui rapuit Helenam, & Menelai cuius erat uxor: facitque principes
 ætate confectos qui arma iam tractare nequeant, uementes in tur-
 rim cum Priamo spectandi gratiâ: eoque perducit Helenam, quam
 intuentes illi sic loquuntur,

Οὐδέ τις

Οὐδέ τις φῶς καὶ ἀντιμῆδος ἄλαστός
 τοῖς ἄμειλι γυναικὶ πάλω χόροτο ἄλλα παίζει,
 ἀνδρῶν ἀπακτῆροι θεῆς αἰς ὅπως κοίται.
 Ἄλλα καὶ ὅς τῶν πρὸ τοῦ ἴδω ἔνθα κείδω,
 μὴδ' ἡμῶν πεκίλασι τ' ὀπίσσω πύμα λίπειτο.

Id est, Nō indigna res & agre ferenda, Troianis & Græcis longo
 tempore propter mulierem tam præstantem labores & mala pati.
 utpote quæ sit aspectu persimilis deabus immortalibus. At, quan-
 quam talis est, reportetur tamen nauibus, ne postea nobis liberiq;
 nostris detrimentum afferat. Hæc affectio seniorum, hæc nox usur-
 panda nobis. Voluptas cū Helenæ comparatur, ut aspectu sensuq; in-
 cūda. senes cum ijs qui domitas habent libidines, qui sic volupta-
 tes laudant, ut ab eas accipere detrimentum nolint. Diximus autem
 voluptates esse dominas blandissimas, quæ boni naturam fallaciter
 imitando adulterent, quæ sint esca malorum, quæ sint uulnorum pa-
 uentes omnium, quibus nulla capitalior pestis, nulla deterior labe.
 quapropter non est quod mirere si dicat in omni re uitandam ma-
 xime voluptatis illecebram. Quid euerit iudicij Parisi ut Mimer-
 nam & Ianonem, id est, scientiam & honorem contemneret, Ve-
 nerem autem pulcherrimam iudicaret? Quid sibi uoluerit prisçi, nisi
 uoluptatem inueniam mentes allicere, iudicium subuertere, & in-
 numerabilium esse causam malorum? dixit uir sapientia notabilis
 ut literæ sacre testantur, qui uoluptatem secutus ἀπιστητικῶς dicitur.
 Plura dicerem, nisi antea iam multa in eam sententiam dixis-
 sem. Quis sit ut laudemus interdum qui leuius irascuntur, nōnun-
 quam contrā qui grauius excedunt? nostra cupiditatis est istius
 & libidinis. si cupiamus in aliquem grauius animaduerti, aut in-
 sensi aut opinione ducti laudamus eum qui crudeliter & acerbè
 tractat etiā innocentem, dicimusque pœna grauiore dignum: ut
 multi qui regnū oderūt iunij Brutum laudibus extulerūt quod filios
 immaniter cædi securique feriri iussisset. Nec Horatio defuerunt lau-
 datores, qui sororem mariti caede perturbatam crudelissime intere-
 mit, iram uiri dixerunt esse iustam, quod mulier in latitia publica
 tristis esset. Phalaris acerbè cruciatus Perillum, qui eum non proba-
 uit hæc in re? Tum si quis animo concitato minime respondeat, mi-

bb ij

nusque puniat quam uelimus, indulgentem uocamus & remissum, ut Cicero in uelitur in *Eisomem*, quod in insanienti Clodio pepererit. si uero nolimus eum corrigi qui grande scelus admisit, ut filium mater, dicimus eum lenem clementemque, cuius indulgentia factum est, ut homo sceleratus non dederit poenas: sic Iulium Caesarem laudabat, quod impius hominibus, proditoribus, scariis, raptoribus ignosceret. Quid facias? Quoniam modo medicum tenebis habenda ratio sceleris, iniquis, ut sit poena modus, & culpa respondeat. Praclare. sed ne modum uideas faciuisti amicitia, familiaritates, propinquitates, precatones, ira, spes commoda, metus multi, gratia potentiorum, ignorantio iuris, opinio nonum solum, sententia multorum, rei natura. Hoc quidem de iracundia dictum ad ceteras animi perturbationes accommodari potest. Car tandem suadet ut desistamus nunc ad id quod nimium est, nunc ad id quod parum? Non suadet ut id facias si medium tenere possis. Quid enim si tutius medio tutissimum ibis, inquit ille. Nec suadet ut eas ab extremo ad extremum. - Non ego anarum Quum ueto te fieri, nappam tibeo ac nebulonem, ut ait Horat, sed monet ut homo propensior in alterum extremorum, cursum respiciat alterum uersus, ut sic ad medium ueniat. Ut officio non desis. *αὐτοῦ δὲ*, id est eum esse cui nihil aut parum desit, qui sit in officio. Notare *ἀνακρίναι*, animo concipere, deprehendere, notare. Docto & intelligenti *ἔστι*. Eloquent. Cic. Existimator doctus & intelligens. Argutum dare *διδωμάς ἀργυρέας*. Terent. Cras mane argentum miles se dare dixit. Car alij nolint sic loqui, non uideo. Extrudere cura) Cic. Nec docti legere curarent. Medium contingere) *τὴν αἰν* reddat alij consequi, alij tenere, neutri bene. Translatio est a sagittarijs qui scopum contingunt. Nam medium cum eo comparat. Sic etiam dixit in fine libri *τὸ σφῆρα*. De contingemus. Summe) *ἀνακρίσας*. Cic. Lampaseni summe in omnes ciues officiosi, id est, ualde. Alijs rebus nati sumus) Cic. Natus ab domini suo. Corrigan) Quintili. Erangas enim citius quam corrigas, que in prauum induruerunt. Incorrupti) *ἀκαταρῆτοι*, qui non ceperant dona & manera quo rectius iudicent. Affectos esse) barbari dicunt dispositos. Cic. Eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum. Veneranda senectute principes) *ἀμωχὰ πορτες*. Interpretes Homeri, *ἀμωχὰ πορτες* αἱ τῶν ἀμωχῶν

ἐπιπέμω

ἀμωχῶν πορτες & *τὰ πορτες* .i. in populo praclari propter senectute. *ἀμωχῶν πορτες* Cic. An amandarat hunc sic ut esset in agro .i. ablegauerat.

IACOBI LODOICI STREBÆI COMMENTARIA IN ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΟΥ Lib. II. I.



Virtutes esse mediocritates, uitia declinationes a recto, satis est disputatum. dictumque sapius uirtutes & uitia in actionibus affectionibusque uersari. Videndum deinceps an quisquis in ijs rebus sic uersatur ut bona faciat aut mala, dignus sit aut laude aut uituperatione. Non laudabitur qui bona fecit imprudens & inuitus, nec uituperabitur qui mala ui coactus egit. Quapropter de eo quod est uoluntarium & non uoluntarium, disputandum. Necessè est, inquit, eos qui rationem uirtutis inquirunt quid uoluntarium sit, quid non sit, explicare. Rationes affert. Ea qua uoluntaria sunt laudatur, aut uituperantur: qua non sunt, ueniam impetrant ac interdum misericordiam. ex consequentibus argumentum: laus enim uirtutem, uituperatio uitium consequitur. Si quid est laudabile, antecessit uirtus: si quid uituperabile, uestigia imprefit uitium. Colligere itaque ad artem morum pertinet uoluntarij & non uoluntarij cognitio. Ex eodem loco ducitur secunda ratio. Virtutem pramium, uitium poena sequitur. Nescias uirtus ne sit an uitium, ni spectes agentis uoluntatem. Nescias igitur cui pramium, cui supplicium debeat. uilis ergo legislatoribus haec cognitio. Quia difficilissimum est cognoscere quid non sit uoluntarium, quam quid sit uoluntate susceptum, tradit ea que non sunt uoluntaria. Uirtus hac diuisione. Que fit ab inuitis, aut per nimium sunt aut per imprudentiam. Aut enim sciunt homines quid agunt, aut nesciunt, si nesciunt, imprudentia est: si norunt, uolentia. Exponit deinde membrum prius huius partitionis, propterea quod tenendum quid sit uis, quid imprudentia, ut rem omnem cognoscas aperte. Violentum est, inquit, cuius principium extrinsecus est eius modi ut qui agit aut patitur, nihil afferat adiumentum. Quod ut planius intelligatur, declarat exemplum: unum sumit ex rebus inanimatis, alterum ex animatis, quia sunt duo genera rerum qua uim afferre

Cap. I.

inquit ut agit aut patitur, nihil afferat adiumentum. Quod ut planius intelligatur, declarat exemplum: unum sumit ex rebus inanimatis, alterum ex animatis, quia sunt duo genera rerum qua uim afferre

possunt. Quod autem vim afferunt quadam sic ut nobis aliquid relinquant arbitry, ut quae sunt metu maiorum malorum, ut quum mercator res abijcit in mare, ne pereat in undis : quae alicuius boni causa peraguntur, ut si pater patiatur aliquid turpe ut totam familiam feruet: querit utrū voluntaria sunt haec, necne? Respōdet, actiones istas esse mixtas quidem, sed voluntarijs similiores. Quia nemo plane voluntarijs res eiusmodi committit, patiuntur aliquid violentum, quia sunt expetenda tum quum geruntur, & habenda ratio temporis & finis: quidque principium motus situm est in eo qui agit, ut agere possit aut non agere per voluntarijs similiores. Et definitionibus haec rationes adductae. Quoniam autem plus est difficultatis in ijs quae feruntur molesta, vel turpia, propter aliquid boni, quam in eiectionibus rerum propter undarum tempestatem, diutius in illis commoratur. Terendum interdum non nihil scdum & molestum, pro magnis honestis quae rebus. Id ostendit ex signo. Laudantur homines interdum qui id faciunt. Cur hoc dixerit, pro magnis honestisque rebus, ostendit ex contrarijs, ferre quae turpissima sunt, nullius honeste rei mediocrius ne causa, malum. In quibusdam non laus sed uenia. In alijs neque laus neque uenia ulla, ut in Alcmaeonis parricidio. Ex tāta uarietate colligit esse difficile quid cuius loco deligendum sit, & quid pro quo ferendum, iudicare: & quia ferenda sunt tristia & molesta, difficilium in sententia permanere. Quum in hoc genere nihil habeat certi, loquitur uniuerse, dicta repetit, ac colligit, violenta plane dicenda, quorum extrinsecus est causa, eo qui agit nihil adiuvante. Ea quae necessitate temporis admittuntur, esse voluntaria quidem, sed ipsa per se tamen iniute fieri. In his aut nihil aut parum artis est. Occupat tandem quod obijci possit, incunda & honesta extrinsecus urgere, & impellere genus humanum ad honeste vel turpiter agendum, itaque violenta debere censeri. Id refutat rationibus quatuor. una est ex consequentibus, si propter incunda & honesta omnes agunt omnia, & ea violenta sunt, omnia per vim necessitatemque sunt. Altera ex differentia: vi coacti faciunt agere, uoluptate adducti, libenter & incunde. Tertia ex genere & specie: si faciunt omnia per vim, honesta gerunt per vim, quod nemo concedit. Quarta ex definitione violenti quae non conuenit in eos

qui no-

qui uoluptate aut honestate ducti aliquid gerunt: adiuvant enim causas. In diuisione duo sunt membra, uis & imprudentia. Explicato priore secundum persequitur. Per imprudentiam sunt quae ignorantur ab agente. Eorum duo sunt genera. Alia sunt ab iniuitis, alia à non iniuitis. Ab iniuitis fiunt ea quae dolore pariunt atque penitentiam. A non iniuitis aguntur, quae dolorem penitentiamque non afferunt. Haec docendi causa duo membra distinguit. Postea docet non idem esse agere per imprudentiam quod agere imprudentem. Id plenum facit exemplis. Ebrius & ira feruens agit imprudens & uelut caecus, non agit tamen per imprudentiam, quia imprudentia non est causa, sed ebrietas & ira. Omnis homo improbus agit imprudens, ut adductus opinione boni: non agit tamen per imprudentiam, non uit enim quid susceperit. Quia nonnunquam animus uidetur ignorare quid utile sit, queri potest an agat iniuitis? Negat. si eius ignorantia cum selectione iuncta sit: ubi enim delictus, ibi uoluntas: aut si dicat omnia ignorare sese, quia id fieri non potest, fatetur agere iniute, siquam peristat in ignora, & actionem sequatur dolor. Explicat quas uocant circumstantias, exempla proponit actionū quae uersantur in illis & iniute fiunt. Tandem refutat eos qui putant iniute fieri quae uel ira fiunt uel cupiditate, uentia & ueri cupiunt omnia uel ira duce uel cupiditate, nihil igitur agunt sponte, quod est falsum. ex causis argumentum. si sunt omnes agendi cause uolentia, omnis effectus à uis proficiscetur. altera est ratio. si ira & cupiditas nos cogunt, tam ad turpia quam ad honesta cogunt, quod nemo concedit. argumentum ex genere ad speciem. Adiungit aliam ex differentibus. Molesta uidentur quae faciunt iniute, incunda quae cupide. Quartam ducit à similibus: ut sponte fiunt quae ratione duce fiunt, ita quae ira, ut cui ratio debeat imperare. Haec summa. Cur de sponte & iniute factis disputet, ostendit, rem partitur, membra quo proposuit ordine declarat, quaestiones generis huius explicat. Ars praecipit ut res proponas, propositam partiare, genera definiat, totamque rem sic explices ut intelligi facile possit. Quae non sunt uoluntaria ueniam impetrant ac interdum misericordiam? Cur adiungit illud interdum? misericordia (ut ante diximus) est agnatio ex miseria alterius iniuria laborantis. Cedit in eos qui grauiter ferant hominem pati &

explicat quae ignorantia sunt quae sciant ita patet caput huius est

hinc usque hinc membra uerter ex pte uerit me de ad alia uerit

affici malo quod non meruit. *vt si misereare uiri qui è summo gradu dignitatis aliena culpa deturbatus est in extrema fortunam, ut Euripides inducit senem qui miseretur Hecuba, propterea quod è regina facta esset ancilla, liberis & omnibus rebus destituta. Non omnes quibus uenia datur, impetrant misericordiam, ut ei qui non tur- num furem impetum facientem interemit, uenia datur à legibus: eius autem nemo sua mentis miseretur. Qui tuendi sui causa uim afferentem necauit, ueniam non misericordiam impetrat. Itaq; qui fecit inuitus, non semper, sed interdum misericordia dignus est, ne- pe quam iniuria laborat, ut Lucretiam per uim misere conpreatam non uenia solum, sed etiam misericordia consecuta est: & Virginiu, qui ut pudicitiam filia seruaret, illam furente Appio necauit. Quae miseranda sint, ostendit Aristoteles lib. 2. abet. Necessè est fortasse quid uoluntarium sit explicare, cur addit illud fortasse? Alij non uertunt hoc quòd superuacaneum esse putat: alij uertunt, quos re- etius facere iudico. Hoc enim non est lingua, sed cuiusdam secta po- tius. Quae sunt lingua, postea omittit, ut *τυχεσιν οὐκ ἴσται*, id est, sunt existentes, redde sunt, quia non sic loquimur. Quae uero pertinent ad sectam cur omittimus? Academici (ut dixi in lib. primum) nihil affirmabat. Aristoteles imbutus ea disciplina, quanquam non nihil af- firmat, hoc tamen facit in ijs praesertim quae dubia uideri possunt, ut ne plane affirmare uideatur. Hoc autem dubiu uideri potest, utrum sit disciplina moralis an civilis de sponte factis & inuite, disputare. Itaque paulo post indicat id etiam legumlatoribus non inutile. Crae- cus interpres refert ad ordinè, aut accipi uult pro eo quod est equa- liter. id mihi non probatur. Nec enim plane necessarium est ea de re disputare, ut existimat: nec istuc dicit Aristoteles, Necessè est, aequè sed de re tam parua, nimium multa. Est ne legumlatoribus utilis uoluntarij & non uoluntarij cognitio? Duo sunt genera legum, unus indet, alterum uetat. Nam legis est honesta imperare, prohibere con- traria. Quamobrem sic eam definit Cicero. Lex est recta & à numi- ne deorum tracta ratio, imperijs honesta, prohibensque contraria. Non potest autem iubere ut ea faciamus quae non sunt in nostra po- testate, hinc uulgo fertur, non uti lege necessitatem: nec uetare po- test, ne faciamus ea quae necessario facienda sunt, quia pugnat uis*

ca-
ra-

ca-
ra-
ratio. Quapropter habèda legumlatori ratio necessitatis, & eoru quae sunt in nostra potestate. Vm si repellere leges simunt: quid ita? Qui id facit non spote facit, sed coactus. Leges silent inter arma, nec se expectari iubent, quò ei qui expectare uelit, ante iniusta pœna luèda sit, quam iusta repetenda. Lex igitur non animaduertet in eum qui coactus fecerit & inuitus. At prator, inquit vlp. Quod metu causa gestum erit, ratu nò habebit. Olim ita dicebatur, Quod uis metus ne causa. Vm dicebant propter necessitatem impostam contra- riam uoluntati. sed postea detracta est uis, quia quicquid uis atrocis fit, id metu quoque fieri uidetur. Addit, si quis uis compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Multa sunt alia in lege: Quod me- tus causa. idem de dolo malo. Prator aduersus uarios & dolosos quò alij obferunt calliditate quadam, subuenit, ne uel illi malitia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas damnosa. succurrit horum improden- tis, illorum uoluntati callida resistit. Generi animantium omnium est à natura tributum, ut se, uitam, corpusque tueatur, declinetque ea quae ei nocitura uideantur. Hoc legumlatori uidentum ne bellu pa- rēti nature uelit inferre, quae non quodammodo cogit ac ueret. Parci- igitur ei qui se tueatur, qui uitam suam aut suorum defendit, qui decli- nauit ea mala quae nemo perferret. Qui hominē occidit, si non occi- dendis animo fecit, absolui potest. ad legem Corneliae de sicarijs. In eadem lege. Qui malum uenenum necandi hominis causa fecerit, uel uiciderit, uel habuerit, plectitur. Interponit uoluntatem. In eadem l. si quis ex alto se precipitauerit, & super alium uenerit, eamque occiderit: aut putator ex arbore quum ramum deiecerit, non proclama- uerit & prateruentem occiderit, ad huius legis coercionem nò pertinet. In eadem lege. Insans uel furiosus si hominem occiderit, le- ge Cornelia non tenetur, quum alteri innocētia consilij tueatur, al- terum sati infelicitas excuset, si quis per furorem parentem occide- rit, impune feret. ad legem Pompeiam de parricidijs. si ferum rumo- latronem insidiantem mihi occidero, securus ero. Nā aduersus peri- culu naturalis ratio permittit se defendere. Caus hoc ad l. Aquilia. Ad eandem l. vlp. si metu quò mortu furem occiderit, non dubita- tur, quin lege Aquilia non tenetur. Ad eandem l. Quoties scite do- mino seruus uulnerat, uel occidit, Aquilia dominum teneri dubium

Non dicit legumlator
neq; quoniam si fecerit

cc ij

non est. sunt alia penè innumerabiles actiones in quibus habenda ratio voluntatis aut necessitatis, an factū sit aliquid fortuitū & casu, an in compulso. Legumlatoribus igitur utis voluntarij & non voluntarij cognitio, ad supplicia proponēda, aut ad decernēda pœmia, ut si leges ferant de ornandis ijs qui in prelio fortiter egerint, qui cives perniciosos in ius uocant atq; dānant, qui tyrannos occiderint, qui clandestinis conuinationes detexerint, qui aliquid uile reip. inuenerint. His & alijs multis ueteres legūlatores pœmia dari noluerūt ita demum si neq; ui neq; casu, sed uolūtate inuanda reip. fecissent. Plato nono sermone de legibus ostendit multa esse condonanda quum uoluntas desinit. *Inter uim & imprudentiam quid interest? per imprudentiam facit, qui quod ignorat facit, ut qui uolens occidere feram, percussit hominē & interemit. Cicero in partit. iam factū & euentū aut consilij sunt aut imprudentie, quæ est aut in casu aut in quadam animi perturbatione: casu, quum aliter accidit atque putatum sit: per motione, quum aut obliuio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis causa permouit. Est etiam in imprudentia necessitas ponenda. In Top. imprudentiam uocat ignoratiōē, quum dicit, Cadunt in ignoratiōem atque imprudentiam perturbationes animi. De Inuentione scribit, imprudentia est, quā scisse aliquid in qui arripuit negat. imprudentia uocit ut breuiter finiam, cōplicitur casum siue fortunā, qualis accidit Cæpio in crescentibus a suis: obliuione, qualis accidit Curioni: errore, ut quo scæuola scribā pro rege percussit: metu, ut quo Lucretia permota est: necessitate, ut quæ interclusit legatū ne ueniret ad diem comænatu. Vn ut desinit Paulus iurisc. est maioris rei impetus qui repellit non potest. Sic accipit Aristot. quid dicit, si quod uentus auferat aut homines potestate præditi. Dicit etiā uim quæ repellit quidē potest, sed egrē: ut quum proponitur maiorū malorū metus. Nā metum refert ad uim, non ad imprudentiā ut Cicero. Differūt hoc modum uis & imprudentia. Adde quōd imprudentes adiuuāt principium extrinsecus ad motū, nō itē qui uis coguntur. Principiū accipere causam et originē unde cepit aliquid moueri. Aristot. 4. Meta. par. 1. itē ad 1. 10. 1. 1. Omnes enim causa principia sunt. Eū librū interpretari dixere quoniam in definitione uolētis causa ponitur et qui agit & qui patitur) Quomodo agere dicitur is qui nihil*

affert

affert adiuuētū datur sane cui uis affertur, ut homo quē uētus auferit, sed agit etiā nōnūquā, quum protrudit aut offendit aliū. Tum uidetur agere uelut instrumentum cuius principium extrinsecus est, quodq; si non moueatur ab aliquo, nō agit. Aliud est igitur actionis genus, quā quum sponte fertur. Multi in turba hominum conferta perierunt oppressi, qui interemerunt eos ut pulsī quod minime uoluerē fecerunt: eodē tempore patiebantur & agebant. Homo deturbatus ē loco superiore decidit in pueri caput & cū necant: uim passus est uterque, agit autem qui necant non interiore motu, sed extrinsecus urgente impetu. Hoc modo agere dicitur ij qui externum principium non adiuuant. Dicit aliqui, Eiusmodi causa dicuntur à Cicero non agere. Ita res est, Non agunt per se, sed agunt alio pelente. Quædam metu maiorum malorum peraguntur, inquit. Quæ sunt maiora mala? An ea quæ bonis maioribus sunt contraria? ut mors, uolatio pudoris, seruitus, ut liberorum, parentum, coniugis amissio. Bonorum, inquit Cicero, partim necessaria sunt, ut uita, pudicitia, libertas, ut liberi, coniuges, germani, parentes. Hac bona si necessaria sunt, mala contraria necessario prope fugienda. Itaque Trebonius propinquum Marij interemit quo pudicitiam seruaret. Caro se necauit, ne Casari seruiret. Orestes dicitur occidisse matrem ut mortem patris ulcisceretur. iure factum depellitur aut ulciscendi doloris gratia, aut pietatis, aut pudicitie, aut religionis, aut patrie nomine. propter hæc & alia generis eiusdem multa impune peraguntur. Itaque non nihil dolori iusto mariti cōceditur, & pietati filij qui ultus est parentem. ista nē maiora mala, an ea quæ minoribus electis fugiuntur, ut quum mercator in tempestate mauit unam partē bonorum amittere, quā unā cum rebus omnibus perire? Maiora mala dici puto, quæ uariora sunt quā quæ ferenda proponuntur. xx. duobus malis eligunt homines id quod minus existimant, ut Virginius maluit occidere filium quā seruam fieri atque uiolari: Brutus maluit filios interimere, quā legem de regibus abrogari: Manlius putauit minus esse malum necare filium, quā in iussa & edicta magistratum contemni. Zaleucus oculum sibi erui maluit, quā filium occerari, aut legem utilem solui. Charondas Turius sibi manus attulit, ne legem ab ipso de non ferendo in concionem

cc ij

ferro latam. solueret. Omnes hi videntur egisse crudeliter, sed metu maiorum malorum: ut solon corpus suū dissipari dispereque iussit, ne unquam leges quas tulisset abrogarentur. Regulus indigna passus ne fidem hosti datam uiolaret. Neuter horum libens fecit, ut malum grande pateretur, sed malum malo praeopsuit, ut Socrates mortē defensionis parum honesta aut parum uirili. Quos ante memorari non dico recte & ordine fecisse, sed malum malo praeopsuisse, & eo nomine à multis esse laudatos. si quis metu maiorum malorū turpe aliquid admittat, id ne in corpus admittere, an in animam? Sane qui dicant id totum ad corpus referri, propterea quòd animi turpitudine nunquam laudari potest: ut non laudatur is qui subigit scortum ne adulterium committat, aut qui adulterium committit ne faciat incestum, aut qui furturnum facit ne peculatum faciat. Quod si ita est, non licet mentiri leuiter, ut uitam serues amici, nec euellere spicas alienas ut acerbiorē famem nites, nec retinere depositum ut patriam serues. Existimo, quod Aristoteles, esse quaedam uitia usque adeo turpia, ut metu maiorum malorum non sint admittenda: esse quaedam leuia, quae committere non est grande flagitium tum qui fuga mali maioris aut boni consecutione compensantur. Nam sic comparata desunt esse grauiora, aut uitia. Qui iururando confirmauit se ciuitatem proditurum, stare fide non debet, sed fidem non seruare, ne cadat in deterius. Admittitur ergo tum in corpus tum in animū deforme quiddam, quum mali maioris suadet metus. Vir fortis inuitus deseret, ut ad grauiorē reip. perniciem cladēque uitandam deseret. Quid plura? si totum hoc genus mali pertinet ad corpus, cur tractatur in libro de moribus? Quæri licet, utrum boni gratia turpe aliquid pati debeamus? Aristoteles sentire uidetur, aliquid ferēdū. D. Paulus ad Romanos ita scribit. Εἰ γὰρ ἡ ἀδίκια τοῦ Θεοῦ ὅτι ἡμῶν ἀνόμιαν ἐπέχει οὗτος ὅτι τὸ θεῖον οὐ τῷ, τὶ ἔτι κατὰ ὅς ἀνομιαν τοῦ θεοῦ καὶ ἡμῶν ἀνόμιαν, ἢ κατὰ τὸς βαρβαρικοῦς, καὶ κατὰ τὸς φασί τὸ ἡμῶν ἀνόμιαν, ἢ τὸ κατὰ τὸν θεοῦ τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ὅτι τὸ θεοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἔστι, si enim Dei ueritas per mendacium meum excelluit in eius gloriam, quid ego iam uelut inquinatus peccato in dicor? ac non potius ut male audimus, ac ut aiunt quidam nos dicere? faciamus mala ut bona ueniamus? quorum iusta est damnatio. Re-

prehendit

prehendit eos qui dicent, cum suadere, ut mala committerentur, quo bona succederent. Non sunt igitur admittenda mala, causa bonorum. Sane quidem. Non est sponte & uitro peccandum opinione boni futuri: nec id affirmat philosophus, sed interdum proponi tantum bonum ut cogat nos quodammodo rem alioqui turpem committere: si quis existimationem turpem non fugit, u videtur facere contra bonos mores. Non fugit Q. Fab. Maximus. Non ponebat enim ru mores ante salutem. Virius erat apud eam salus patria, quam existimatio breuis peritura. Lothi filix quum putarent hominū genus una cum sodoma deflagrasse, patrem ebrum factum pellexerunt ad incestum. Excitantur, quòd opinione boni rem alioqui fadam commiserint. Cur hodie multi soluantur leuibus (dispositiones uocant) ut id facere possint quod, si non ista natura, consuetudine tamen sit turpe? Ratio boni maioris habetur. huc pertinet illud Ciceronis, si quis medicamentum cuiuspiam dederit ad aequi intercutem, pepigeritq; si eo medicamento sanus factus esset, ne illo medicamento unquam postea ureretur: si eo medicamento sanus factus sit & annis aliquot post incidit in eundem morbum, nec ab eo qui cum pepigerat, impetret ut item eo liceat uti, quid faciendum sit, quum sit u inhumans qui non concedat uti, nec ei quicquam fiat iniuria? Vita & saluti consulendum est. hoc si cui parum probatur, legat ea qua mulier uidua dixit ac fecit, quum praefectum regis assessorium necare uellet, ut suos incolames seruare posset: inueniet in historia sacra, atque cognoscat aliud eam dixisse, aliud fecisse, atque Dei auxilio freta pericula pudoris adisse, ut suam eētē liberare posset, id quod omnes summa laude percutiunt. si quis me roget, an eiusmodi facta sint uoluntaria, dicam esse uoluntaria quidem, propterea quod omitti possunt, & iniuria, quòd nemo prudens quicquam tale faciat, nisi summa ratione compulsus. sunt qui putant nunquā mala committenda, ut eueniant bona. De perfecto genere uiuendi loquuntur. hic uero de mente philosophorum disputamus. Vide sis causam 22. quest. 2. decret. Quid est quod loquitur de tyranno? Tyrannus est qui dominatu crudeli premit ciues, quum regem praese rat. Posteaquam regno potitus est, & arripuit potestatem uita necisque, durus & iniquus proponit condiciones miseris ciuibus, ut du

furis olim, Phalaris, Dionysius, Nero, Domitianus, aliisque permulti. Tyberius imperator sestrio Clodio ut luxuriosam cenam pararet, nudis puellis ministrantibus cenaretur. Idem Cn. Lentulo auguri viro dignissimo iussit, ne quo nisi ipso haredo moreretur. Caligula parentes eorum quos insentes morte crudeli necabat, supplicio interesse voluit. Idem Virgilius & T. Livii scripta aboleri iussit. Quid referat Neronis, Domitiani & aliorum facta crudelia, qua Suetonius memoria mandavit? Quare philosophus, an qui paruerunt eis turpissima iubebatur, ne quid grave pateretur, aut ut aliquid boni consequeretur, inuito fecerint an sponte? satellite quidem & scelerati ministri atque etiam multi improbi quod iussu fuerat statim nulla vi adducti pevererunt. Non ita viri boni, quorum alij mori maluerunt quam turpiter perpeti vel agere improbe, alij necessitati temporis cesserunt, quum proponerentur ea quae nota abhorrebant ab honestate. Horum facta voluntaria quidem, sed nequaquam plane voluntaria. Quid opus est adducere in quaestione, deiectiones rerum quae nimis onerant navem? quid hoc ad scientiam morum? proposit hoc tanquam simile, ut quae dicebat de moribus, facilius intelligi possent. Vt qui suas res in mare abiecit ut se reliquosque servet, malum propter bonum, aut malum minus ad evitandum maius eligit: ita qui suscipit aliquid grave, ne gravius quiddam patiatur, aut ut bonum maius assequatur. Ad mores etiam referre possunt nam quaesitum est ab Heatonone, si in mari iactura facienda sit, equi ne preciosi potius iacturam faciat dominus, quam servuli vituli? quia hic alio res familiaris, alio ducit humanitas. Adde quod proposuerat xēpla duo de cuius unum vim afferere, cui respondet istuc de tempestate & procella maris: Alterum de homine potestate praedito, quod pertinet illud de tyranno. Quum autem dicit, propter reliquorum salutem, non homines solum dicit, sed etiam reliqua bona quibus exonerata navigio paritur. Quae vis est huius orationis? Actionis finis ad temporis opportunitatem accommodatur. Qui res suas abiecit in undas, proponit sibi finem propter quem iacturam faciat, ut salutem: id refert actionem, & eam legit, propterea quod sic est tempus ut melius sit amittere bonorum partem, quam cum bonis omnibus amittere etiam vitam. Accommodat igitur actionem ad eum finem, uti suadet temporis opportunitas. Hinc planum fit actionem

actione generis eius volutarij esse similiorem. Quod autem noller id facere, nisi cogere, & postea graviter fert eam iacturam: monet Aristoteles ne spectemus id tempus quod vel antecedit vel subsequitur, sed quo res agitur, ne dicat, id factum nolui, me facti pariter, sed ut dicas ei, quum projicbas, tum maxime volebas, propterea quod tempus hanc extorsit voluntatem, voluntas animum commovebat, animus instrumenta membrorum, ut manus. In te situm erat ut non abjceres, si periclitari noluisse. Tempori cedere, id est necessitati parere, sapientis semper est habitum, ut ait Tullius. Euripides in hanc sententiam. *Ἐὐ δ' αἰὲν ἀνδρῶν, ὅτι βίβου μὴ ὑπέχου, ἰδ' ἐστὶν, ἔδε necessitati, δίσσῃσεν, ne repugna.* Quinam laudantur eo quod aliquid suum molestissime tulerint? statuitur hominum quatuor genera, unum quod laudetur si pro magnis honestisque rebus aliquid suum molestissime ferat: alterum, quod ut impetretur, si nulla aut tenui causa adductum, patiatur aliquid turpe: aliud, quod non laudetur, sed veniam impetret: quartum, quod neque laudetur neque veniam mereatur, si quod non liceat, admiserit etiam coactum. Laudantur qui pro bono maiore lenius mali tolerant, ut Scaevola, qui manum adussit, ut obsidione patriam liberaret, et Uthius ille qui obtulit filias insipientibus viris, ne prodigiosam venereum exerecerent in hospites appetitos, sed ut hospitium deumque venerarent, in quo malum cum malo & cum bono malum comparari potest. Si dicas, non obtulit ut turpiter paterentur, sic arbitror: sed vir bonus istuc facilius passus esset. Vituperantur qui nullius honeste rei causa perducti turpissima tulerunt, aut qui timore perterris deseruerunt, aut qui parva de causa pertulerunt, ut qui maluerunt ignominiam notari, quam pecuniam dare. Veniam impetrat qui tulerunt aliquid turpe, ut eiusmodi mala vitarent, quae naturam superent humanam & quae nemo sustineat, ut qui levis est mentitus, ut mortem gravissimam fugeret. Nemo enim ferret indignissima, potius quam falsa sine pernicie cuiusquam diceret, nisi forte vir perfectus & absolutus, atque maior quam de quo veteres duce natura distant. Neque laudantur neque veniam merentur qui quod non licet, admittunt, ut qui a principe iussu damnant innocentem, qui iussu domini interficiunt hominem, qui latentem bonum virum detegunt ut mortem

qui laudantur eo quod aliquid suum molestissime tulerint

an magis aut exemplum
de hoc tenent magis
in mare.

actionis finis ad tempus
propositus accommodatur
ad eum finem, uti suadet
temporis opportunitas.

nitare possint, qui ferunt stuprum, ne esuriat. Itaque Zeno linguam dentibus concisam maluit exponere quam arcana sibi credita pronunciare. multique sanctissimi viri maluerunt omne tormentorum genus perferre quam venerari deos impuros quos venerabatur antiquitas. Quem dicit Euripides Alcmæonem? Quem facit Euripides tragicus poeta narratam causam cui interfecerit matrem. Amphiaræus Thebanus Eriphylum duxit uxorem ex qua suscepit Alcmæonem, que quum maritus mates providisset si iret ad bellum Thebanum se non esse rediturum, & ea de causa lateret, eum prodidit accepto molli aureo ab uxore Polynicis Argiva, sic Eriphylum, ut ait Statius, anrum fatale penates Irrupit, celerumque ingentia femina movit. Quum proficisceretur inuitus, insit Alcmæoni ut si exitium patris audivisset, in avaram impiamque matrem animaduverteret, de quo sic Euripides,

Μολισα μὲν μ' ἔπρηξ' ἰδὼν σὺν Λας πατὴρ
ὅτ' ἄγχι μὸν ἀσπίδατος εἶς, ἠνέκα' ἰόν.

id est, pater ad hoc facinus me concitavit maxime, & ut id facerem iussit tum quum profecturus Thebas ascendit in currum. Quum venis in agrum Thebanum, (cum statio dicat)

-Ecce alte preceps humis, ore profundo

Dissilit inque vicem tremuerunt sidera & umbra,
illum ingens haurit specus, & transire parantes
Mergit equos: non arma manu non frena remisit,
sicut erat rectos desert in tartara currus.

Alcmæon ubi novit exitium patris, matrem necavit, quod ita pater iussisset, & nisi parerent, multa minatus esset. sic ut est apud Ovidium ultus parente parentem

Natus erat factio pius & sceleratus eodem:

Attonitatusque malis exul mentis: que domusque,

Ualibus Lumenidum matrisque agitabitur umbra.

vinum vocat qui patrem sit ultus, sceleratum qui interfecerit matrem. Nec factum probat, sed furis persequitur, quia nulla est tanta causa que filium impelleret eadem maternam debeat. Difficile interdum quid cuius loco deligendum sit, iudicare. Quid ita? Non semper est ita evidens & apertum discrimen ut facile videamus utrum sit antepo-

nendum. si quis eo nomine tibi pecuniam det, ut in virum bonum dicas falsum testimonium, facile est iudicare pro re tam nili non esse committendum grande facinus. si quis tibi mortem minetur, si coruptionem in patriam detegas, perspicue videbis in salute patria plus esse boni quam in tuo periculo mali. sed cum paria aut penè paria proponuntur, non cuius promptum est sententiam ferre, utrum sequendum potius: ut si pater sana explet, cuniculos agat in ararium, indicet ne id magistratibus filius? Fureturne panem vir adactus in extremam famem? si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorqueat ne sapiens si possit? Dominus navis eripiat ne sapienti? Multa sunt huiusmodi questionæ diu multumque à stoicis, & atate nostra à nonnullis agitata que in utraque partem facile trahi possunt, quoniam pugnant utrinque rationes & argumenta. visce de rebus iudicare facile non est. Facilius tamen quam quod decretum fuerit in eo permanere. Nam facile omnes quum uideamus, recta consilia egrotis damus, Tu si hic sis, aliter sentias. Pugnant interdum turpia cum tristibus, sed cum molestis. Turpe furari, molestum mendicare vel interire fame, sed cum admittere sortum, triste mori quum diu calculo uexatus inferis per inopiam ueneris, deforme uidetur spumare, ritubare, insanos imitari, triste mori uenem magnis rebus destinatum. Itaque mates ille rex Hebræorum, maluit ista facere, quam ab hoste vege trucidari. Quæ expectantur tormenta, tristia plerumque sunt ac molesta: quæ cogunt hominem, sed turpia que sunt. Quamobrem difficile est iudicare, utra sequi debeat, & quum iudicari, molesta potius quam turpia ferre, quam dissuadeat humana fragilitas. Quapropter in honore sunt, qui tristia quam turpia ferre maluerunt. ut Themistocles interire, quam arma sumere in patriam. Quæ singula dicit esse voluntaria? videlicet dicit, ut locum, tempus, modum, causam: ut sit, actiones uersantur in singulis rebus & in negociis. locus autem, causa, tempus, modus & similia sponte capiuntur ab eo qui tempore vel commodorum compensatione adductus, agit ut ille Themistocles, de quo paulo ante diximus, causam mortis elegit, & locum, & tempus, & modum. Non sic est voluntas ipsi qui ni rapiuntur, & externam uim non adiuant. Quapropter ne putentur singula omnia esse voluntaria, sed ea quorum principium est in eo

qui facit. Propter ea quae incunda sunt & honesta omnē suae faciūt omnia? alios ad agenda impellit ultro, alios utilitas, alios voluptas, alios cupiditas, alios amicitia, alios aliud: sunt enim multi fines ad quos hominum genus refert suas actiones, & tam multi, ut eos omnēs enumerare nemo possit. sed quisquis agit, aut boni aut mali opinione ductus agit. Quapropter Stoici, omnes animi perturbationes ad opinionem boni, maline referunt. bona aut honesta sunt, ut virtus, aut incunda, ut forma corporis, amena praedia. Quisquis igitur ex opinione boni quicquam facit, aut propter honestatē, aut voluptatem facit, utilitas enim incunda est ac suavis. Itaque refertur aut ad honestatem aut ad incunditatem. Qui agit ex opinione mali, declinat & enitit id quod turpe vel molestum putat, ut contrarium assequi possit. tam quicquam suadet aliquid, proponit aut honestum, aut utile & incundum. Qui dissuadet, inhonestum dicit, aut inutile & molestum. Præterea si roget aliquem bonum malumve, cui ita fecerit aut dixerit, afferet causam quae vel honesta videatur aut utilis & incunda. Adde quod leges omnes aut aliquid honestum & utile iubent, aut inhonestum velant ac inutile. Constat autem, leges ad actiones hominum dirigendas esse latas. suavis est ira multis, ut ait Homerus. Incundum multis ludere, iocari, compositare, cadere, questum facere, circumvenire, fallere, scortari.

Oderunt peccare boni virtutis amore,

Oderunt peccare mali formidine poena.

Omnes igitur aut honestum persequuntur, aut poenā contemnunt, illi cti voluptate. Quae expetuntur, auctore Tullio, aut honestate aut commoditate aliqua expetuntur. Ex his apparet, propter ea quae sunt honesta vel incunda fieri à nobis omnia. Incunda violenta nō sunt, quoniam ut ait Seneca, τὰς γὰρ ἀνέλκτους ἠγᾶται ἀναρῶν ἔφθ. id est, quod est violentum & necessarium sua natura molestū est. honesta aut bona minime violenta, sed omnes eas cupere dicunt. βούληται αὐτὸ εὐδὲς ὁ οὐτὸν ἔφθ. xaxiv. verba sunt Arist. Neminē id velle quod malum putet. sunt qui non legunt incunda & honesta, sed incunda & molesta. Codices refragantur, interpretes praecus eō videtur agere incautos. Dicitur aliquis, Paulō post Aristotelem ait, xidi-cali, si res honestas sibi quisquam, turpes autem voluptatibus referat acceptas.

acceptas. Videtur honesta posuisse voluntaria, non violenta, de eorum mente quos refutat. Nam si res honestas sibi tribuunt, nō dicunt esse violentas. hoc eos, credo, perturbat. Tu vero sic accipe. si quis egisse perperam arguuntur, excusant factum, perturbatione coactos esse se mentiuntur, si quis alius honeste fecisse memoratur, aut eum officio & honestate doctum & coactū fuisse, si laudetur ab improbis quod improbe fecerint, sponte factū consistunt. si arguuntur quod honeste rē gesserint, dicitur honesti ratione se coactos. Quod si legas, molestā, repugnabis ijs quae supra demonstrata sunt. Nam molesta sepe cogunt hominem, ut quod nolit, id perficiat. His de rebus disputat: cum propter improbos, qui dicuntant se naturali proclivitate devictos, tum propter eos philosophos qui aiunt bonos sponte fieri, malos inuite, ut Plato in Menone, οὐ φησὶ ἀγαθὸν, ἀγαθὸν γὰρ ποιεῖ. id est, boni non efficiuntur natura boni. In novo sermone de legibus, εὐνομία τὰς εἰς εὐνομίαν ἀγαθὸν ἔχει. Omnes improbi omnino sunt inuite mali. Qui fecit imprudens si eum paenitet, fecit inuitus: si non paenitet, quoniam alius est, sit atque vocetur non volens? Quae mens orationis huius? imprudentia sine ignorantibus duo sunt genera, unum sequitur paenitentia, alterum non sequitur. illud prorsus nō est voluntarium, quia nec voluntate susceptum, nec postea consensu probatum. Hoc autem principio non voluntarium, postea voluntarium, quia rem confecta iam secuta est voluntas. Qui rem facit hoc modo differt ab eo quem paenitet, quapropter non est eodem nomine vocandus: dicitur non volens quandoquidem fecit imprudēs, ἀ γράσις οὐχ ἔκω. Alter dicitur ab illis ἄκω, à nostris inuitus dici potest. sic ut differant inuitus & non volens, quod inuite lapsus, poenitet facti, non volentem minime poenitet. Oedipus imprudens Latium patrem necavit, matrem cognitam duxit uxorem: quod ubi rescivit, sibi effudit oculos. is plane fecit inuitus, argumēto sit poenitentia. Tyberius imprudens hospitem Rhodiensem torqueri iussit, errore detecto, necavit, scelus commisit non volens. id ne verū quod ait, omnis vir improbus, quae sint agenda quaeque fuerint, nescit? hoc primum intelligamus, inquit Cicero, hominum esse duo genera, alterum indoctum & agreste quod antefert semper utilitate honestatē: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem antepo-

expoluit quod ab illi
quam de ignorantia
sequitur ydion, de
in uolens, in re est
ab agreste non.

in in verbi quae
sunt ut est

nat. ibidem. Est genus hominum ad honestatem natum malo cultu
 pravique opinionibus omne corruptum. significat improbor utilita-
 te & voluptate ducti, ut qua sit recta, non videant. hinc illud,
 O cecas hominum vires, o pectora ceca. Persus optat ut deus animadu-
 vertat in tyrannos sic, virtutem aut videant, instabescantque relicta,
 quasi virtutem non videant. Nemo vult aut appetit mala. Plato in
 Menone, ἔστι οὐδὲν ἄλλο τῶν βούληται ἀλλοῖς καὶ κακὰ θεύμεαν εἶναι; οὐ
 μὲν οὐκ ἔστι δὲ ἰσχυροί. καὶ ἄλλο βούληται τὰ κακὰ ἢ μίσην εὐδαι-
 μόνια, ἄλλο μὲν βούληται πλοῦτος εἶναι. τὴν γὰρ ἄλλο ἔστιν ἀλλοῖς εἶναι ἢ εὐδαι-
 μόνια ἢ κακὰ καὶ πτωχία καὶ κατὰ δίκην ἄλλα. καὶ ἄλλο τὴν δὲ ἰσχυ-
 ροί, καὶ οὐδὲν βούληται τὰ κακὰ. Nunquid est qui miser & in-
 felix esse velit? Non mihi videtur. nullus igitur mala vult, quādo-
 quidem nemo vult esse miser. Nā quid aliud est miserum esse, quam
 mala cupere & obtinere? Vera loqueris. Nemo vult mala. si nemo
 vult mala, quisquis agit, ad id quod bonum putat contendit. Ignorat
 igitur qua sit ratio vera boni mali que. Hinc pertinet illud Ciceronia-
 num, errorem cum lacte nutritis suximus. Hæc ignorantio dicitur esse
 cum selectione inuncta, propterea quod qui ducitur hoc errore, nō
 agit inuitus, sed eligit quod potissimum sequatur, ut qui manusi furi-
 rari, quam mendicare, necare virum quam iniuriam pati, dormire
 quam laborare, potare vinum quam ieiunare. Dicitur etiam general-
 iter & universa, quoniam cadit in totū genus, non in unum vel al-
 teram peristasis, hoc est, vel in tempus agendi, vel locum vel modū.
 sed omnino hoc repudiat, illud assumit ut sibi accommodatus, sic igitur
 explicabis huic locum. Vir improbus sequenda suspēda que ne-
 scit. Errat enim, ductus opinione boni. Hæc errore ducti sunt iniu-
 sti, utpote qui sibi aut utile aut incundum putāt id agere quod agunt,
 nec esse plane iniustum vident. Nec iniusti modo sunt, sed in omni
 vitiorum genere mali, quandoquidem alijs aliud placet, & sequitur
 sua quæque voluptas. Ignorant utilia & honesta, atque deteriora
 sequuntur, non tamen agunt inuiti, propterea quod hæc ignorantio
 cum selectione sue delectu inuncta, non actionis inuitæ sed impro-
 bitatis est causa. Nec generalis ignorantia & universa facit ut agat
 qui inuitus, sed ut sit improbus. Cicero nititur aperitur qui peccat hoc
 errore distracti, atque legum severitate corriguntur, sed ignorantio
 singularium

singularium in quibus versatur actio, inuitum hominē trahit in er-
 rorem: quapropter inuenit misericordia veniæque locū, deinde enu-
 merat ea singularia, quæ si quis ignoret, excusari debeat, & exempla
 quædam proponit. Error Aeschylī in mysterijs cuiusmodi est? AEs-
 chylus Atheniensis Euphoroni filius tragediarum tam inornata &
 inculta, fecit ampliore. Horat. de art. poet. Ignorū tragicæ genus in-
 venisse Catæna dicitur, et plautus uexisse poemata Theopis: Quæ
 caverent agerent que peruncti sacibus ora. Post hunc persona pal-
 ledy reperit honeste Aeschylus, & modicus instruit pulpita tignis,
 et docuit magnūque loqui niti que cothurno. Malus scripsit tra-
 gædijs quarum nomina refert is qui de vita eius pauca scripsit, ex
 quibus nonnulla supersunt. In illis Toxotides, sacerdotes, sisyphus,
 iphigenia, in quibus de Cerere & mysterijs sine cerimonijs eius ar-
 canis, quas magnopere sacerdotibus mystique calabat, liberius est lo-
 cutus. Ea de causa (ut scribit Heracles ponticus) parum absuit quin
 occideretur in scena, quum uersus hominis recitarentur audiente po-
 dulo. Tumultum sensit, & ad aram Bacchi salutis gratia confugit.
 Ductus ad Areopagitas quum ostendisset ignorasse se, quæ dixisset
 in arcanis & mysticis esse, iudices tum propter ignorationem uen-
 nia dignam, tum propter uiri & fratris eius in prelio Marathonio
 fortitudinem, absolutum dimiserunt. Relictis Athenis sicilia petita,
 quam maneret sub dīo, ne ruina quæ prouisam metuebat, opprime-
 retur, aquila testudinem demisit ex unguibus, quæ poetam nobilem
 in caput delapsa nouo genere sati peremit. Vln. de 3. genere Aquila-
 rum. Ingenium est ei testudines raptas frangere & sublimi iaciedo,
 quæ fors intererit poetam Aeschylum, prædictam saris (ut serunt)
 eius dici ruinam secura cali fide cauentem. Quid est quod de cata-
 pulita loquitur? Catapulta nomen est machina bellica, quæ saxa grā-
 dia mittuntur. Caesar lib. 2. bell. ciuili. Centones insuper iniecerunt,
 ne aut telatormentis missa tabulationem perfringeret, aut saxa ex
 catapultis lateritium disicerent. Posteriores appellauerunt onagerum,
 nisi forte diuersa fuit machina ad eisdem usus reperta. Onager, in-
 quit Vegetius, dirigit lapides, sed pro neruorum crassitudine & ma-
 gnitudine saxorum pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit,
 tanto maiora saxa fulminis more contorquet. Catapulta etiā iacula

*single the name of person
 in the name of history
 name singl*

*quid est quod de cata-
 pulita loquitur
 m'ger*

*optime ab isto cu s. h.
 hinc est hanc ignora
 Na quum inuenit venia
 h' q' no tam nra est mi
 cu p'nto. sed post ha em
 in d' dicitur ab uo
 te hanc emulm ab
 ayjt' nun cu p'nto q'nt
 et cu uera te g'nta
 oeta et m' m' m' g'nt
 Cum ayjt' cum g'nt
 t'ntiam uij u' d' f'
 lem app' p'nt' quæ h'
 eum g' r' u'nt' t'nt' m'
 eum non est u' d' d'
 h. i. 2. q. 6. ut d'
 et ayjt' hoc in g'nt.
 cap. 5.*

mittit. Velta (inquit svidas) genus machine qua iacula & alia tela mittuntur. Ab ea dicta catapulta, quam invenit quidam nomine syros. Qui catapultam volebat ostendere, non potuit continere quin efferet telum, quo percussus est is quem minime volebat. de quo Cicero in Top. Ignorata, qua necessitate effecta sunt, voluntaria, qua consilio: qua autem fortuna, vel ignorata vel voluntaria. Nam iacere telum voluntatis est. ferire quem nolueris, fortuna. ex quo aries ille subicitur in ustris actionibus, si telum manu fugit, magis quam ierat. De qua Merope facit mentionem? quod spectat exemplum? illud Aeschyli pertinet ad perijuriam, quid, & illud de telo manu fugiente: hoc vero referendum ad id quod paulo ante dixit, videndum in quo quis agit. Nam demonstrat exemplis ignorari posse singulas res in quibus versatur actio, de instructo, de sine, de modo, paulo post. Merope filia Atlantis sisypho nupsit. Quid in East. septima mortali Merope tibi sisypho nupsit. illi peperit Claucum & Creontem, & (ut nonnulli ferunt) Aloum & Porphyrionem. Creon regnavit apud Corinthios. Hinc aliquando matrem insidias tetendisse quod eum putaret hostem, significat Aristoteles. Interpres graecus scribit Euripidem nomine Crephontis edidisse tragediam quandam. Ea non venit in meas manus. Hasta iaculum procerum & crassum ferro prefixu, quod interdum veteres mittebat in hostem, saepe manu tenebat: similis est hodie qua a nostris pertusa appellatur. Hanc dicit hic Aristoteles, hastile quoduis. P. m. ex. Lapis multis rimis interceptus ac velut spongiosum quo poliuntur corpora. Invenias apud aurifices. Propter leuitatem minus ledat, quam solidus & grauis, ut hasta obtusa qua ludicris certaminibus equites nostri certant in arena, minus periculosa quam acuta & armata ferro. Qui percipiunt salutis gratiam? Qui summis manibus certant? Interdum medici percipiunt eum qui hincopem patitur, qui netero sepultus est. Chirurghi ferunt membrum loco motum, si qua vi opus est, etsi impetu facilius in locum reduci potest. Parentes atque preceptores pueritiam verberant, non celsidiosa fugant de gratia, nunc salutis animorum causa, saepe ut bonos atque sapientes habere possint. Diogenes quum puerum uidisset indoctum, percussit eius pedagogum, quid, si interemisset? Imperatores saepe adoriuntur suos, ut canere sciant, quid,

si ado-

si adorientem militem hostium loco cadant? salutis sua causa dimittant. Dormientes & somno iaculi sepultos, multi quum opus est ferunt, ut quum imminere periculum vident. quid, si necent? sunt qui percipiunt irrumpentes in spectaculum, ne quis opprimatur. sunt qui pulsant quos alio conuersos animadvertere noluit, si non ut uita: at ne fama salua esse possit. In uoluntatis factis habenda ratio finis atque uoluntatis. Quid sit manibus summis dimicare, hoc est, ἀραχέειν & demonstrat sandas. Qui contendebant hoc genere certaminis, more pugilum seriebant sine complexu. Qui prehenderat manus extremas aduersantis, infringebat eas, donec se uictum fateretur. Fieri potest, ut qui demonstrare uelit, quale sit hoc ludi genus, feriat eum quem minime lesam uelit, ac ut aut contundet, aut interficiat. Inquire ne fiunt qua uel ira fiunt uel cupiditate? Nonnulli quum uideret esse difficile, iram & cupiditati resistere, dicebat inuente fieri qua ab eiusmodi perturbatione proficiuntur. Heracitus, χαλεπὸν θυμὸν μάχεσθαι. Cum ira pugnare difficile. Plato lib. 2. de Repub. Ἐμᾶχόν τε καὶ ἀνικητὸν θυμὸν. Ira nec expugnari nec uinci potest. Idem nono lib. de legibus, ἡ δὲ ἀποκαθάρσις τοῦ θυμοῦ ἐστὶν ἡ τὸ πᾶσι χαλεπὸν ἀδελφῶν καὶ ἀποκαθάρσις. Qui motus ira non obseruat, sed continuo sine consilio seruit ira, inuito similis est. Idem in Cratilo, cupiditatem cum uinculo firmissimo comparat. Fertur sententia censorij Catonis, iratus a furentem tempore solum differret. Euenus, πολλὰ μὲν ὄργα μαχίαια πλὴν χαλεπότερον, Ira saepe furore deterior est. Philemon, μαχίαια μὲν παρὰ τὸν θυμὸν ὄργα ἐπιμαίεται, insanimus omnes quum irascimur. Euripides, οὐδὲν κατ' ὄργην οὐδὲν ἀδελφῶν. Nemo qui sit iratus, recte deliberat. Reperias alia permulta qua planum faciant non defuisse qui in ira & cupiditate uim quandam ponerent. Vehementer impellunt quidem, qui ignorat: sed animi perturbationes ratione cohibende, & in re difficili uirtus omnis elucescit. ἢ τὸ βίαιον ἀκέραιον, & κατὰ τὸν θυμὸν ἀκέραιον ἢ ἐν πᾶσι. sic Arist. lib. 2. Ethic. Eudem. si quod est uolentium, est non uolentarium, quicquid ira committitur, est uolentarium. Magis est uolentarium tamen quod uoluntate committitur. μάλλον ἀκέραιον ἢ κατὰ βίαιον τὸ κατὰ ἀδελφίαν καὶ θυμὸν. bestia & pueri faciunt ne sponte quicquam? Quidam? bestia sponte

quod sit ira uolentium
lib. 2. de Repub.

iniqua ira finit a bono
ut sit finit per quod
sunt a bono.

non bestia et pueri in
sponte faciunt quod a pe
non 12.

se mouent, uictū sēquuntur in eam locū potius feruntur qui est ad eorū naturā accommodator salutaris. Lauant, colluunt, cocunt, latebras quaerunt, prodeunt ē latebris quū uocat alio cupiditas, resstunt nunciatū, cupiunt maxime libertate, & si contra naturā compellat, non aliter atque nos capiunt dolorē. Quid, quod equus alexandri nō aliū quā dominū admittēbat? Id ne faciebat coactus? Quid, quod leo parcat abiectus? Id ne facit inuitus? elephāntus sepe facit quod iubetur. Lupus debiles sepe contēnit. canis blanditur ei a quo pastus est. Coruus spūte uocat socios ad praedā. Delphinius piscatoribus se prabet adiutorē. Quid moror? Non defuerunt uiri doctissimi qui scriberēt in beluis esse uoluntatē, quod nilia & comoda anteponerēt: inutilia & contraria posthaberent, quōdque in illis eluceret quaedā uis animi soleris. Vi ab eis in eare dissentio, sic a bestijs multa sponte fieri cōtēdo. At fera dicta sunt quod impetu ferantur: sic est. sed ut rationis sunt expertes, ita nō carēt appetitu. De pueris, propterea quod nondū ratione utuntur, mentionem facit, quum de bestijs agit. eos agere sponte nemo ut opinor, ambigit, nisi si quis existimet inuiste excurrere, ludere, iocari, concertare, ridere, blandiri parentibus. Quod si omnia faciunt inuiste, iniuriam facit qui flagris adigit, atque castigat. Voluntaria. Cic. in Top. Ea que sunt partim sunt ignorata, partim uoluntaria. *ἀνοσιμα* dicit ignorata: sic appellare posuit, si de imprudentia loquar, non de ui. supplicia proponenda. Cic. Legibus & praemia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitij. Violentū *βίασος* non quod ui fit, sed quod nim affert. Qui sic reddidit, abutitur sententia Terentij. Extrinsecus est. Cic. Et nunc quidem quod eam tuetur (ut de uite potissimum loquar) est id extrinsecus. In cuius potestate siti sint. Cic. In eorū potestate sita salus nostra est. si quō ferat. *ἀκωμωτοῦ* *ἡμῶν*. Nemo uoluntarius. Cic. Nemo erat uoluntarius laudator prature tuae. Abiecit. Cic. Polyocrates annulum quod delectabatur in mare abiecit. Electionibus. Cic. Mortem & electionem quasi maiora timemus. *ἐκλογὰς*, sic uertimus, iacturas trāsferre possis. Per seipsum. Cic. per seipsum non facile interpretor. Compulerunt ut. Plaut. Cōpuli & perpuli, mihi omnia ut crederet. Commodorum compensatione. Cic. Incommoda uite sapientes commodorum compensatione leniunt. Vi & necessitate coacti. Cic. si & necessitate

necessitate coactus & inuitus hac feci. Nouus interpres hūc locū ut alios multos, in hoc capite permiscuit. At uidetur. Cōuerti & at, alij penus uertunt, igitur. *Ἰν* pœnitendi. Cic. Tanta uis fuit pœnitendi. In omni genere) *ἄλλοις*. Vbi dicit inuitos, ne omnia uirtia numeraret, genere cōplexus est. Actionis inuita. Cic. Inuita in hoc loco uersatur oratio. In quibus) *ἰσὶ οἷς καὶ* *ᾧ* *ᾧ*, pro eodem ponitur, et postea *ᾧ* *τι, ἢ ᾧ* *τινι*. Acuto mucrone) *ἀλλοτρουαλιῶν* *ἀδύχην*, interdum ferrum haste.

virtus (ut dictum est in 6. cap. lib. 2.) est habitus ad agendū sponte & ex delectu paratus. Qui dicantur agere sponte uel inuite, nunc exposuit: proximus est ergo de electione disputandi locus, ut definitio uirtutis ab eo tota declaratur. hac enim pari explicanda restat. Cur debeat explicari, demonstrat hoc modo. Virtutis est maxime propria selectio, moreque magis dyndicat quam nostra solēt actiones. Argumentum a genere ad formam, si omnia que sunt propria uirtutis explicata nunc sunt, electio debet explicari, quia propria uirtutis est. Alterum a maiore ad minus, uis in libro de actione differimus propterea quod ostendit mores: si delectus eos apertius ostendit, de electione sane disputandum. Quia nonnulli dixerunt electionem esse uoluntarium illud de quo paulo ante disputatum est, alij aut cupiditatem, aut appetitum partis animosae, aut uoluntatem, aut opinionem, quid ab omnibus his differat, ex differentium loco demonstrat, ut quam ceterorū opiniones refutauerit, magis appareat quid sit electio, & tādē proprietate declaratur. Quid sit ars in hac re, breuiter ostendi potest hoc modo. Quas potest inuenit differentias & dissimilitudines inter ea que numerauimus & electionem. Rationes omnes ex differentibus sumit. hac summa. Numerare propositiones, rationes, conclusiones uerferre in syllogismos puerile, tā uindiculum est quā ostendere uero quot habeat digitos. Tota res est in enthymematis. Enthymemata ex propositione atque ratione cōstant. Propositiones electio non est idem quod uoluntarium, quod cupiditas, quod irascentis animi appetitio, quod uoluntas, quod opinio. Rationes subiecte sunt. Quid ineptum magis quā facere conclusiones ubi nulla sunt? numerare primam, secundam, tertiam rationem rem omnem putida quadam & sophistica loquacitate per-

vertere? statueret filiosissimos infansissimos sibi nullos posuit auctores sed isti sordes, neficio quo modo, multis qui sibi falso philosophi nomen usurpant, mirandum in modum placent. itaque ineptissimos homines ad celum ferunt. Quos si interdum ut par est, coarguimus, dii boni, quas excitant tragedias? ut nobis minantur? ut nostra omnia extenuant? Nunquam in re literaria plures fuerunt tyranni, qui torquerent ingenia miserorum, bonos omnes de medio tollere contenderent, pessimam disciplinam traderent. sed his de rebus plus satis.

In definitione (virtutis) ante facta est mentio de sponte agendo, & deligendo, quomodo mediocritate: cur in explicandis partibus ante de mediocritate differuit? Rationem reddit ipse s. cap. libri 2. Quod attinet ad substantiam & eam definitionem qua quid res sit explicat, mediocritas est virtus. Primum voluit explicare substantiam rei, deinde proprietates. Adde quod antecedunt vel agas quicquam vel deligas, necesse est scire quod delectum referat & actionem. Tenendum igitur medium, quod delectus & actio feratur. Nec est necesse res eo ordine tractare quo proposita sunt. Aliud interdum suadet tempus, aliud modum tractandi. siue ratio mouit eum, siue no, tamen eas partes que posite sunt in definitione virtutis, noluit explicari, quid sit agere sponte, quid eligere, quod medium tenendum. Ratione motum fuisse qui tam diligerenter obseruavit artem, verisimile est. Quamobrem dicimus ostendere noluisse primum quibus in rebus virtus omnis versaretur, quod medium perquireret, qua partibus essent nomina, quoniam esset haec maxima definitio nisi explicatio: deinde qua superseressent particulae definitionis, eas explicasse, nequis aliquid desideraret. eundem seruat ordinem in ethic. eundem, si modo scripsit eum librum. Partem scripsisse sit argumento quod in secundo libro ponit haec, καὶ δὴ τὸ δὴ αὐτοῦ. ὅτι καὶ ἐν τῷ ἰσθ' ἀποδείκνυται. In eo disputat de mediocritate virtutum, de voluntario, de electione: multa que dicit, qua non sunt in hoc opere de moribus. Nominis est expectere felicitatem: ut eam consequatur, adipisci virtutem: ut adipiscatur, statim a teneris annis, habitum comparare: ut comparetur, agere pulchre: agendo quaerere medium: eo repperito, facere sponte & cum delectu. Is est ordo rerum que seruare debet ars & ratio. Cur electionem dicit esse ma-

xime

xime propriam virtutem, δὴ καὶ τὰς αὐτὴς ἀρετὰς familiarissimam, alij maxime cotinuum, ego maxime propriam, propterea quod in definitione virtutis ponitur electio ut illius proprietates: quod alij non videntur mihi considerata. Delectum esse proprium virtutis ostendit Cicero lib. 3. de finibus. Virtutis, inquit, hoc proprium sit, earum veram que secundum naturam sint, habere delectum. Propriam virtutis est eligere bona, improbare mala: illa persequi, haec fugere. Maxime propriam dicit electionem, quod nulla virtus sine ea sit laudabilis. πρῶτος, inquit, ἐπινοῦμεν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακόν. ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐστὶν ἡμεῖς ἀγαθόν, καὶ τὸ κακὸν ἐστὶν ἡμεῖς κακόν. Landamus & vituperamus omnes, delectum potius quam facta intuentes. In definitione virtutis partes sunt quatuor, habitus, mediocritas, agere sponte, facere ex delectu. Habitus est genus, mediocritas differentia, agere sponte & facere cum delectu propria. ex his magis proprium, facere cum delectu. Actio magis expectenda. Laudabilior electio. Arist. in eth. eud. αἰσθητικὸν ἢ ὁμοιωτικὸν, ἢ πρῶτον ἢ ἰσθ' ἢ κ' ἢ δ' ἢ ε' ἢ ζ' ἢ η' ἢ θ'. Adde quod ad actionem dirigendam maxime spectandum est finis. Delectus autem facit, ut rectus sit finis, ut que iudicemus qualis sit homo. Arist. ibidem, ὁ πρῶτος ἐστὶν ἡμεῖς ἢ πρῶτος ἢ ἰσθ' ἢ κ' ἢ δ' ἢ ε' ἢ ζ' ἢ η' ἢ θ'. Adde quod ad actionem dirigendam maxime spectandum est finis. Delectus autem facit, ut rectus sit finis, ut que iudicemus qualis sit homo. Arist. ibidem, ὁ πρῶτος ἐστὶν ἡμεῖς ἢ πρῶτος ἢ ἰσθ' ἢ κ' ἢ δ' ἢ ε' ἢ ζ' ἢ η' ἢ θ'. Nec proderit actio si delectus absuerit. quamobrem quum multa sint proprietates virtutis, qua non omnes in definitione ponuntur, nihil est magis proprium quam agere cum delectu. Electio magis diiudicat mores quam actio? Quamquam fructus indicat qualis sit arbor, tamen actus ille quem videmus, non semper indicat bonos mores. Alij fallunt nos specie quadam religionis, induci pelles ouium, intus autem lupi rapaces. Alij praese ferunt summam pudicitiam, quorum verba et animus maxime discedunt. Alij seuerè castigant alios, ut iusti esse videantur, qui non faciunt amore iustitia ducti, sed metu. Laudatur alij quod sint lenes atque clementes, qui dominari tamen & regnare cupiunt. Laruantur nonnulli multa, ut aurum populare captent. Videas qui prorumpant in periculum ut fortes esse videantur. Multa vitia imitantur virtutis honestatem. Vix difficile est veros mores discernere, de moribus aliorum indicare, qua multi non aliter fallunt iudicium, atque sepulchra dealbata conspectum, introitus turpes & summa pelle decori, ut ait Persius. Adde quod ple-

rique opinione falsa ducti multa factitant, quorum facta videntur alia quàm sunt, ut Pythagoras videbatur humanior quòd se à carnibus abstineret, at id faciebat quòd animos hominum in bestiarum corpora transire crederet. Nonnulli imprudèter multa præclara aut dicunt aut agunt, ex quibus eorum mores perspicere non possis. Attribuenda sunt illa fortune, non adscribenda bonis moribus, ut si tyrannus leges bonas tulerit, non qui putaret utiles esse populo, sed qui utilitati sue prospiceret. Prætere multo faciunt inuiti, quæ non facerent si sui iuris essent, de quibus Horat. Oderunt peccare mali formidine pæna. Apparet ex his, mores actionibus dabitis censeri, quanquam ferè omnes intuentur actiones, propterea quòd in sensum cadunt. Delectus non ita fallax est. Non enim cogi potest. $\sigma\pi\acute{\alpha}\tau\eta\sigma\iota\alpha\iota\ \mu\epsilon\lambda\lambda\ \kappa\alpha\iota\ \nu\epsilon\kappa\alpha\iota\ \nu\epsilon\mu\lambda\iota\sigma\iota\ \pi\epsilon\sigma\alpha\iota\tau\alpha\iota\ \sigma\iota\ \nu\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$. Res improbas, inquit Arist. committuntur $\sigma\pi\acute{\alpha}\tau\eta\sigma\iota\ \nu\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$ qui coguntur, eas autem deligit nemo. Quod si quis vitia deligit, ea ut bona & suavia sibi deligit. Sæpenumero quid factum sit perspicuum est, quæ mente factum sit quaritur, propterea quòd electio certior est index. itinc illud Aristotelis, $\iota\kappa\ \sigma\pi\alpha\iota\epsilon\iota\sigma\iota\sigma\iota\ \kappa\epsilon\iota\sigma\iota\ \mu\epsilon\lambda\iota\sigma\iota\ \mu\epsilon\iota\sigma\iota\ \tau\iota\varsigma$, $\epsilon\lambda\epsilon\kappa\tau\ \delta\ \epsilon\sigma\tau\ \nu\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$ $\sigma\pi\acute{\alpha}\tau\eta\sigma\iota\ \delta\ \mu\epsilon\lambda\lambda\ \epsilon\upsilon\ \tau\ \sigma\pi\acute{\alpha}\tau\eta\sigma\iota$. id est, Ex selectione indicamus qualis quisque sit, quòd sit dum spectamus non quid agat, sed quòd referat actionem. Electio non ita fortune subiicitur ut actio: nam consilium præmittit. $\sigma\pi\alpha\iota\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, inquit Arist. $\upsilon\mu\ \nu\epsilon\mu\lambda\iota\sigma\iota\ \sigma\kappa\iota\lambda\alpha\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\omicron\upsilon\lambda\lambda\iota\varsigma$. id est, electio non est sine consideratione & consilio. Certum crimè est quòd mala deligit homo, virtus, quòd bona, non item quum fecit. Non enim quisquis agit bona (quod supra dictum est) is bene agit. sæpe qui aliquid mali commiserunt, dicitant se aliquid voluisse, aliquidque elegerisse, nec quid factum sit, considerari volunt, sed quæ mente factum sit, quæ mentis administratione manus & opera diriguntur. Frequenter aberrant qui facta non animos intuentur, ut imperiti iudices, & improbi rerum existimatores, non item qui perspicunt quo consilio, quaque ratione adductus homo rem fecerit. Mores igitur electio magis quàm actio diiudicat. Dicit aliquis, actio notior est, ut pote quæ in sensum cadit, ignotior electio, quoniam mentem videre non possumus. sic est, nec id negat Aristoteles, sed hoc dicit, si perspicua sit electio, si cognita prorsus actio,

ctio, illa morum certior erit index, hæc certa minus. Et quum licebit utrunque, vel hoc vel illud, eligere, qui quòd rectius est, anteponet, certum morum patefaciet indicium. Videtise multos qui nihil agunt mali, attamen statim mali indicantur, quum pronunciarunt suam de rebus sententiam? Apparet enim quem habeant rerum delectum. Pauci & bestia electioe est abet ciborum delectum, quorum temporum, commodorum. Norunt alimenta ad suam naturam accommodata secerere, idonem locum capere, vitare tempestates, sequi temperiem, seruire commodis, & eò redire ubi aliquando in cuncta lætisque senserunt. eadem factitant percipientes, quo tempore rationis usu caret & bestiarum similiores sunt. Quamobrem nõ agunt sine omni delectu, sed sine eo de quo nunc agitur. $\iota\kappa\ \delta\epsilon\ \delta\epsilon\iota\sigma\iota\ \beta\epsilon\lambda\lambda\omega\tau\iota\mu\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\sigma\tau\ \iota\ \sigma\pi\alpha\iota\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, inquit Aristoteles. hoc est, delectus est ex opinione & sententia deliberatione concepta. Quod si consiliu antecedit electionem, certum est nec in bestiis nec in pueris esse delectum, propterea quòd neque rationis neque consilii sunt participes. Est illis ex sensu delectus quidam, non ex consensu electio. Cur quæ repente facta sunt, habentur voluntaria, non electa? multa repente sunt ira concitante, ut vulnera, cedes, incendia, quæ voluntate quidem suscipiuntur, non eliguntur, quoniam præcepta ira nec expectat consilium, nec rectè deliberat. $\tau\upsilon\upsilon\pi\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$, $\upsilon\delta\ \delta\iota\varsigma\ \mu\upsilon\varsigma$ $\epsilon\pi\eta\delta\iota\varsigma$ $\upsilon\delta\ \delta\iota\ \beta\iota\ \beta\omicron\upsilon\lambda\lambda\omega\tau\iota\mu\epsilon\iota\varsigma$. Nemo commotus ira rectè de re deliberat. $\upsilon\delta\ \chi$ $\epsilon\sigma\tau\ \tau\iota\ \epsilon\pi\eta\gamma\ \tau\eta\varsigma\ \mu\epsilon\lambda\iota\sigma\iota\ \lambda\alpha\gamma\omega\mu\epsilon\iota\omega\ \tau\eta\delta\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$. Etenim non potest (inquit Plu tarchus) ut is utatur ratione qui excandescat. Ira tamen vituperatur, quia minus est perturbationes animi frenare. Amor item precipitat, & sæpe sine ullo delectu furit. $\delta\ \mu\alpha\iota\sigma\iota\ \delta\epsilon\iota\mu\ \delta\ \lambda\upsilon\ \epsilon\pi\alpha\sigma\ \beta\omicron\upsilon\beta\omicron\upsilon\beta\iota\varsigma$, amor est furor mortalibus, ut ait Comicus. id ostendit virgilius: ut nidi ut periiit me malus abstulit error? sunt alia perturbationes animi, quæ sunt impedimento quo minus incurrat consilium, atque delectus habeatur, ut pavor: de quo sic Ennius, tum pavor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat, ut conturbatio, id est me tus excutens cogitata, ut dolor acerbus, qui mentè precipitat. Quæ repente sunt impulsus harum similioe perturbationum, dicuntur esse voluntaria, quoniam principium mouendi est in eo qui agit: quia verò ante sunt quam innotum sit consilium, dicuntur fieri

sine delectu. *ἢ τῶν πλεονεκτησῶν οὐ προαιρουμέναι, ἀλλὰ κερτα-
 γούται.* id est, Qui sunt in perturbationibus non eligunt, sed tolerant.
 Hæc Aristoteles. Quid est quod nonnulli selectionem dixerunt esse
 iram? Electio quoniam unum manuunt quam alterum, & id quod
 melius esse opinatur, cupit, uideri potest aut uoluntas, aut opinio, aut
 cupiditas, sed quod electioni cum ira Platō diuidebat animū in tres
 partes, uni tribuebat uoluntatem, cuius est in cerebro sedes: alteri
 quæ sedet in corde, dabat iram: tertiam ponebat in iecore, & in ea
 dicebat esse cupiditatem: ut si quid appeteret & persequeretur ho-
 mo, impulsus partis alicuius appeteret. De cuius sententia scribit hæc
 Aristoteles in Eth. Eud. ἐπιμύσει προαιρέσις οὐκ ἔστι ὀρέξις φανερῶν.
 ἢ γὰρ βούλησις ἢ ἰσχυρὸν ἢ ἀδύναμις, ἢ θυμὸς, ἢ δὲ τῶν ὀρέξεων
 καὶ τῶν πλεονεκτησῶν τῶν τῶν. id est, Delectum non esse appetitum perspi-
 cium est. aut enim uoluntas est, aut cupiditas, aut animosus appeti-
 tus, quia nemo quicquam appetit, qui non aliquo istorum sit affe-
 ctus. In illa parte animosa ueteres collocabant fortitudinem, auda-
 ciam, ignauiam, clementiam, ambitionem, inacundiam, quæ nō pos-
 sunt retinere uim suam sine delectu. An θυμὸς male cōuertitur ira,
 sed uerti debet appetitus partis animosæ ita uidetur. Nam scribit A-
 ristoteles in Eth. Eud. ὁ θυμὸς ἢ ἡ δυνάμις ἐστὶν ἀπαιρέσις, ἢ
 τοῖς δόξαι, ἢ ὀρέξις. Alterum duorum uidetur esse delectus, aut opinio,
 aut appetitus. Deinde distinguit appetitū genera, quam distinc-
 tionem paulo ante scripsimus. Nālo equidem uertere uim aut appeti-
 tum partis animosæ. Nam quis sanæ mētis diceret iram esse delectū?
 Aristoteles autem cur tam absurdam reseraret sententiam? Qui di-
 cit animi fiduciam, siue illud animosum siue appetitum partis ani-
 mosæ esse delectū, uidetur aliquid dicere, propterea quod qui deli-
 git, in id concitat quod eligit, & motus animi qui dicitur ὀρεξίς, id
 est appetitus, in ea parte uehementior est, atque ceteros facile uin-
 cit. θυμὸς interdum significat iram, interdum animi quandam ela-
 tionem siue præstantiam, quæ magno semper impetu fertur. Ambiguitas uerbi ceteros traxit in errorem. Quare incontinens cupi-
 ditati non electioni seruire dicitur? incontinens, ut ostendit Aristot.
 lib. 7. uersatur in uoluptatibus corporis, quæ gustu tactuq; percipiū-
 tur, ut quas alimenta mouent atque uenit. Eas conueniente ratione

persequitur,

persequitur, dolores contrarios fugit. comparatur cum dormiente
 quod in eo ratio sopita uidetur: cum ebrio, quia perturbatione uin-
 catur, ut ille uino: cum ciuitate quæ bonas leges habeat, sed uō uti-
 tur. Vult enim quæ recta sunt, praua tamen sequitur, perturbatione
 deuictus. illi ratio recta, laudabilis electio, sed quum libido furit, cu-
 piditati non electioni seruire sequitur enim cupiditatem, deserit eū
 quem ante perturbationem habuerat delectum, ut Dido apud Virgi-
 lium castitatem deligit, Pater, inquit, omnipotens adigat me ful-
 mine ad umbras,

Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,

Ante pudor quam te uiolent, aut tua ira resoluam.

Deinde ut crenit amor, soluit pudorem. Eiusmodi incontinētē re-
 ctē dixeris, non intemperantem. Continentem autem propterea quod
 non superatur à perturbatione, non cupiditati sed electioni seruire,
 ut apud eundem Æneas, qui malit quod dijs iubentibus elegerat
 magno cum labore sequi, quam uoluptatibus quæ proponebantur,
 indulgere. Est ne cupiditas electioni contraria? non omnis cupidi-
 tas est electioni contraria, ut cupiditas aliena pecunia, & furti de-
 lectus, minime pugnant inter se: ut alciscendi libido cum proposi-
 ta ratione cadis non contendit, ut cupere dominationem, & consi-
 lio capto, malle Remp. occupare quam uitam priuatam degere, quod
 Cæsar fecit, nequaquam repugnant. sed est electio nonnulla cupi-
 ditati contraria, ut quum uir incontinens manuunt quidem agere cas-
 tē, sed eius electioni repugnat cupiditas: ut si quis decreuerit hostē
 fortiter expectare, & adductus uite cupiditate deseruerit: ut sum-
 matim dicam, quotiescunq; appetitio recta mentis, resistit libi-
 do sensus. In alijs appetitus rationi paret & dicto audiens est sine
 ulla contentione. In alijs recta ratio manet quidem & proba uolū-
 tas, sed cum ea certat indomita cupiditas. In alijs est mens & ratio
 corrupta, & effrenata peccantia libido. In his electio & cupiditas cō-
 sentiant, in istis dissentiant. In illis natura quidem certant, sed uir-
 tute componuntur. Hic cupiditatem dico perturbationem qua ani-
 mus appetit aliquid aut præsens aut absens. stoici dicunt esse opi-
 nionem boni futuri. Non enim cupimus quod habemus bonum, sed
 quod futurum putamus. Quomodo uerò pugnat cum electione cu-
 ff

piditas? quod est hoc genus contrariorum? pugnat ut ventus cum vento, Auster cum Aquilone, ut hostis cum hoste, ut motus in sublimi, cum motu delabente, ut frigus & calor in contrarias actiones feruntur. Altera, quantum potest, alteram demolitur. Non sunt in eadem animi parte, nec enim tempore eodem contraria reperuntur in eodem, sed electio in mente, cupiditas in appetitu. Dicitur aliquis, videtur aliqua cupiditas cupiditati contraria, quod negat Aristoteles. Nam reperitur qui deferere cupiat, nec tamen deferat, quia sit cupidus honoris. In eo contendunt aduersæ cupiditates. In Octauio cupiditas erat regnans, & imperij deponendi, ut Syllam uideretur imitatus. In Pompeio affectatio potentia, & desiderium attenuationis cuiusdam popularis. Pamphilus apud Terentium curis distribuitur, qui cupiat Glycerij, qui cupiat obtemperare patri. In eadem perturbatione Dausus qui iuueni pareat & hero. Hinc nota contraria motus (ut aiunt poëtae) hinc libidinum certamen ingens: Cupio ludere, cupio negocia curare, cupio dormire, sed aliud me uocat auaritia: expeto laudem magnificentia, sed me auocat auaritia habendi. Aliud me trahit auaritas auri, aliud cupido existimationis. Hac pugna cupiditatum, quarum ualidior obtinet principatum. Dicendum mihi uidetur, ea quæ cupiuntur interdum esse contraria, non idcirco tamen cupiditates esse contrarias. Non enim si appetat nigrum & album, frigidum & calidum, idcirco pugnat cum cupiditate cupiditatis. Certamen est rerum, non animi desiderantis. Quod si in animo certamen est, pugnat ratio cum appetitu, ut ratio iudicat non esse deferendum, uita cupiditas repugnat. Appetitus autem superioris animi non debet appellari cupiditas, quia non est perturbatio de qua loquitur Aristoteles. Cupiditas si est boni futuri, quomodo dicitur esse rei iucundæ & molestæ? Non dicit cupiditatem esse rei molestæ, quod rem molestam tristitiamque cupiamus, sed quod cupiditas in rebus iucundis molestis que uersetur. Cupimus enim quæ iucunda sunt, atque molestæ repudiamus. Itac inter se contraria. Itaque quemadmodum uirtutem dicimus in bonis rebus malis que uersari, quoniam bona persequitur, mala autem fugit. Sic & cupiditatem esse rei iucundæ & molestæ. Qui cupiditatem dicunt esse rei molestæ, propterea quod molestiam afferit ac dolorem, non mihi recte dicere uidentur.

dentur. Habenda ratio finis. Nullus autem rem cupit, ut molestiam consequatur. Quod si nonnunquam sequitur molestia, quia cupiditas radix est malorum, non tamen eo contendebat, sed ad opinitum bonum. Partes perturbationum, ut ait Cicero in Tuscul. ex duobus opinatis bonis nascuntur, & ex duobus opinatis malis. At interdum molesta cupimus, ut Hercules ocio laborem anteposuisse fertur. Illud est electionis & uoluntatis, non autem cupiditatis. Quod si nonnunquam molesta cupimus, non quia molesta, sed quia iucunda nobis futura sint, appetimus. Porro & hac olim meminisse iuuabit. Famam, extendere factis, hoc uirtutis opus. An cupiditatem dicimus esse rei molestæ, quod semper sit cum molestia? Id quidem recte dici potest. ostendit Aristot. in Eth. Eud. Em. Συμικ μὴ καὶ Συμικτὸν ἀὰ μὲν λόγος. id est, Cupiditas & appetitus animosa pars semper est cum molestia. Est enim molestum eo carere quod cupias. Id si intelligunt, qui à cupiditate molestiam afferri dicunt, non reprehendo. quanquam satius est altera causa niri. Cur delectus non est rei iucundæ & molestæ? Quam tres dea sua munera Alexandro Paridi proposuissent, elegit donum Veneris ut iucundius: Minervæ, Ianonisque manus reiecit, ut molestius. Num ueteres hac fabula uidentur hoc uoluisse iucundis molestique esse delectum? Adde quod rhetores suadent ut ea legantur quæ sunt honestiora, utiliora, iucundiora: quod non facerent, si iucundus nullus esset delectus. Delectus (si proprie loquamur) est ἡρεσυχία, id est, uerum gerundarum quæ cadunt in consilium. Verum bene gerui, persequenda bona sunt, mala fugienda. Delectus igitur est rerum bonarum & malorum. Ita que paulo post scribit, electione bono malo que distinguit. Homo natus est ad laborem & uirtutem, non ad uoluptatem. Illius est igitur deliberare quæ bona sint, ac utilia, non item quæ iucunda ac molesta. saepe tamen accidit ut bona sint iucunda plenaque uoluptatis, quæ uir bonus non eligit quia iucunda, sed quia bona ac utilia sunt. Non dices apte, Paris elegit donum ueneris, sed maxime concupit. Illud enim non est consilij, sed amoris atque perturbationis. Rhetores quum rei iucunditatem proponunt, animum cupiunt accendere & perturbare magis. Aut docere uolunt, maius esse bonum, cui uoluptas adiuncta est. bona ac mala eligi dicimus, aut deligi. Cicero

in Offic. Ex malis eligere minima oportet. de Legib. 2. Bona deligere, & rejicere contraria. Histrionum quid differat ab athleta? Histrionum est actor fabularum, ut comœdianum tragicœdianumque, qui voce, motu, gestu agit alienam personam ad scœna voluptatem, ut Roscius ille & Aesopus. Bonus histrionum magno erat in pretio tum apud Græcos tum apud Latinos: Malus non sibi modo sed etiam conuicijs explodebatur, ut ait Cicero in oratione pro Roscio comœdo. Certabant inter se histriones ut apud Græcos citharœdi, pictores, tibicines, aliique multi artifices. Qui sabaudiebatur populus, alijs ex opinione (ut sic) fauebat magis, alijs uero minus. Vulgus, inquit Cicero, ex ueritate pauca, ex opinione multa aestimat. Athletæ dicebantur qui premio proposito certabant aut iaculo, aut disco, aut cusu, aut saltu, aut castu, quorum magnus erat numerus in Græcia tum quum florebat imperio. Ad spectaculum reuebat populus, ac partibus opinione quadam cœcepta, magis aut minus fauebat. Cui fauebat eum uincere uolebat, non eligebat, quia deligimus ea quæ sunt in nostra potestate, uolumus & ea quæ per nos ipsos efficere non possumus: Estne uoluntas potius finis & extremi, quàm eorum quæ tendunt ad extremum? Voluntas affinis est electioni: utraq; est in animo superiore, utraq; aliquid appetit, utraq; consilio nititur. Vna pro altera frequenter usurpatur, ut quum Cicero dicit, Dijs immortalibus ducibus hanc mentem uoluntatiq; suscepi. Sed liberior est uoluntas quàm electio, quapropter continuo procurrit ad finem, qui quum sit ijs quæ sunt interiecta, præstantior, amorem sui maiorem parit. Voluntatem esse liberio rem quàm delectum sit argumētum quòd uelimus & ea quæ fieri nequeunt, & quæ non sunt in nostra potestate: deligimus ea solum, quæ assequi possumus. Βούληται ἡν ἄν τις ἴνα κεί τῶ ἐπιβόηται ἀδύνατον, ἢ βασιλῆων τὴν πελοπόννησον ἀνὰ τὸν ποταμὸν ἀδύνατον εἶναι. Verba sunt Aristotelis. Homines, inquit, etiam nonnulla uolunt quæ sciunt fieri non posse, ut omnibus hominibus imperare, & mortem non oppetere. Non est igitur mirū si tā libera uolūtās profusiat ad extremū propter quod intermedia petūtur, siq; delectus subsistat in medijs sine quibus nō perueniatur ad finē. Habeturne de rebus omnibus opinio? Opinio certa nō est ut scētia, sed tantū ad ueritatē uidetur esse propōitio opinanti. Quæ

firma

firma est, fides appellatur. Est enim fides, ut definit Cicero, firma opinio. Quomodo igitur habetur de rebus omnibus opinio, si neque omnia sunt ad ueritatem propensiora, neque digna fide? Quicquid dicitur esse uel non esse, aut certū demonstrari potest, aut non. Si sic, illius scientia haberi potest: si non, aut fides aut opinio. Fides, quum secūsa demonstratione sine ulla dubitatione credimus: Opinio, quū sic assentimur ut nō nihil hæsitemus. De ijs quæ dicuntur esse, ut calos decem, habemus opinionem, & ijs quæ non esse dicuntur, ut centauris, chimæra, scylla, harpyis, & ijs quæ demonstrari queunt antequam demonstrata sint. De rebus igitur omnibus haberi potest opinio. Fuerunt qui dicerent deos esse, alij qui negarent, opinio diuersa. Quidam existimauerunt octo modo calos esse, alij nouem, alij decem, opinio uaria. Nonnulli quatuor elementa tradiderunt, alij pauciora. Non desuerunt qui dicerent ex elementis omnia generari, alij ex igne uel aqua. Sic de rebus hominum, de moribus, de natura dissentiant opiniones. quæ res ostendit omnibus de rebus opinionem haberi posse. Quod si non omnis opinio uera est, aut ad ueritatem propensior, tamen, ei qui concepit eam, aut uera aut uerisimilis uideatur, siue dicat aliquid esse, siue non esse, siue sciri, siue nesciri, siue alio quouis modo assentiat. Opinio, quoniam parum stabilis est, per sepe mutatur. Hinc illud Ciceronis, Oratoris est in se uere nouas opiniones, & enellere in finitas. saepe delectur, ut ait, Opinionum commēta delet dies. Quædam communis est, de qua ille: Est hominis discreti ex communi quadam hominum opinione dicere. Quædam propria, de qua sic idem: Non fallam opinionem tuam. Quædam firma, Opinio firma, inquit, in hoc uero & stabilis inuenta est. quædam imbecilla, cuius idem facit mentionē, Opinio, quæ esset imbecilla & cuius falso incognitoque communis. Quædam uera, opinio de dijs immortalibus & omnium est, & cortidie crescit. Quædam falsa: Iste, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis. Quædam bona, paruum exigui temporis usuram bona de me opinionem posulo. Aristoteles tamen negat opinionem proprie dici bonam malam ue, quòd electione boni aut mali sumus, nō opinione. Quædam de rebus sempiternis, ut de animi sempiterna felicitate: quædam de rebus ijs quæ fieri nequeunt, ut illa Democriti de atomorum cœrotatione. Quædam

ff ij

de ijs qua sunt in nostra potestate, ut inueniunt, qui arbitrantur se claros ac diuites futuros. Quaedam de re quid sit, ut eorum qui spem esse animal existimant. Quaedam de re cui sit utilis, ut medici, qui opinatur alimentum lenius esse dandum tarditati. Quaedam de re quomodo sit utilis, ut eius qui putat lentius esse comedendum, quod hoc modo perficitur coquantur alimentum. Quaedam antecedit electionem, ut Catonis Uticensis, qui ductus opinione grauioris ignominia, durum genus mortis elegit. Quaedam comitatur electionem, ut Iunij Bruti, qui dum putat Tarquinium sibi nocere posse, stultitiam simulat: quum uidet eum flagitare inuidia, prodit ad concionem. Quid? Num certo quodam modo, afficimur opinione? Opinio, inquit, commendatur si uerum secuta est. Itaque dicitur homo uerus qui uerum secutus est, hoc erit affectus modo. Nonnullos reperis certioris opinionis quod natura sint ita esse. Quapropter negare non possumus opinione quodammodo non affici, nec istud Aristoteles negat sed hoc dicit, ex opinione bonos aut malos non effici, quod quidem uerum sciunt omnes. Non enim quod existimem me beatum futurum sum beatus futurus, nec quod putem me nemini obesse, iustus sum. Qui bona aut mala deligit, is est aut bonus aut malus, non item qui ducitur opinione bonorum aut malorum. His expositis uideamus tandem quid sit electio. definitur ab Aristotele sic. ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἔστιν ἐπιλέγειν τὰ ἀγαθὰ καὶ ἀποφεύγειν τὰ κακά. id est, electus est appetitio rerum que sunt in eius qui legit, potestate, consilio capto.

De electione) ἀποφύγειν, uertimus electionem, aut delectum, aut selectionem. Nam Cicero seligere & eligere dicit pro eodem. Quae exempla seligisset, nisi illi nota esse arbitraret, uel posse eligere qui quaereret. Quidam persuadere conatur bene uerti consilium, quod ut faciat, scribit in eam rem commentarium bene longum sane sed insulsum, in quo dicit se conuertere consilium, uel propositum, uel institutum, uel delectum, uel animum, uel iudicium, uel uoluntatem, uel primam animi susceptionem. Audacter. In hoc capite Aristoteles diligenter ostendit non esse uoluntatem, non animum, non consilium, non primam animi susceptionem. Cur ita dissentit ab eodisimur autoritate Ciceronis quem minime intelligit. sed tam multa uerba negligere quam refutare potius esse duco. Actiones humanae)

hoc uerbi

Hoc uerbi, humana, adiungendum putari, & quod de actionibus humanis loquebatur, & quo tolleretur sermonis ambiguitas. Mores diiudicare) Cic. uera a falsis diiudicare, & distinguere, illius artis est. sua sponte suscipere) Cic. mea sponte pridie feceram. κατὰ φύσιν. susceptio libera) Cic. susceptione prima non perfectione sunt indicanda. sic recte uerbi potest κατὰ φύσιν hoc loco, in quo latius patet quam uoluntariam. Animantes alia) Cicero: Animantium alia corvis testis sunt. Que repente) Desiderantur haec in codicibus nostris, καὶ τὰ ἀξιοφύγειν καὶ ἀποφεύγειν, καὶ τὰ προαιρετὰ & ἄ. sic uetus interpres legebat, sic ille qui commentarium graecum reliquit. Incontingens) hoc uerbum latine dici supra demonstrauimus.

Tendant ad extremum) Cic. An uenturiam tendam? Non conuenit sic loqui) Cic. Conuenit in dando munificum esse. Habetur opinio) Cic. Falsam de illis habuit opinionem. Distinguitur falso) Cic. An tu ciuem ab hoste natura ac loco, non animo factisque distinguis? Nec genere nec alla parte) οὐδὲ ἕως οὐδὲ τινι. sic recte uertitur. Eandem esse electionem, & opinionem) Cic. Necesse est eandem esse questionem & iudicationem. Assequi) ἀκολουθεῖν, assequi & fugere Cicero opponit ut contraria. Est enim assequi sequendo capere. Opinio ductus) Cic. Non re ductus, sed opinione. Opinari) Cic. Multa in uita falso homines opinantur. Προαιρετὸν dicitur quod sit ante cetera deligendum. Quum uoluerit Aristoteles interpretari nomen graecum non latinum, ridiculi mihi uidentur interpretes qui relicto uocabulo graeco, uerbi latini notationem explicat. ἡ ἀρετὴ, ἀρετὴς deligendum. Qui uertit propositum, longe aberrat. Non enim propositum est, idem quod electio. deinde sibi repugnat qui non existimet ex epithetis nomina rerum sic fieri posse.

QVID sit electio quantum magna ex parte declaratum sit, tam eius definitio non satis est explicata. Nam quum delectus sequatur consilium, si ratio consilij manifesta fuerit, apertius electio quid sit, intelligitur. Quamobrem de consilio non agit, ac tandem quid sit delectus, explicat. In explicanda ratione consilij uidentum potissimum que ueniunt in deliberationem, & qua non ueniunt, ut ad certum quiddam referatur omne consilium, quod ideo capitur, ut quid agendum sit efficiamus certiores. Ostendit ergo primum que

Cat. 33

non cadunt in consultationem, ut magis aliena à ratione cōsiliū: deinde que in cōsilio exquiruntur, propterea quòd eius sunt propria. Itaque quæstione propōita, tollit ea que sunt indigna cōsilio, ut debeatne lapillus ē uis tolli? si ne bibendum uase fictilis an uitreo? an scalis nitendum sit in calum? Exquiruntur enim cōsiliū ad sapientiam non ad stultitiam, ad bene agendum non in insanidum. Eò pertinent omnia que non sunt in nostram potestatem, quia demens sit, qui diligenter exquirat an sit facturus, aut quo pacto facturus sit id quòd nullo modo facere possit. æterna autem, ut mundus: qua fieri non possunt, ut lineam nomine diametrum lateri æquari: que semper renascuntur eodem modo, ut conversiones ortusque stellarū: que natura mutat, nobis etiam inuicis, ut siccitates & imbres: que fortuitu accidit, ut insuetio thesauri: que sunt ab alijs gerenda sine ulla opera nostra, ut res hominum alienissimorum non sunt in nostram potestatem: quare de rebus eiusmodi nemo sana mētis exquirat cōsiliū. Hæc partitur in generatris, pro causarum generibus: alia natura sunt, ut cali conuersio, alia necessitate, ut lapidum iactus in altum, alia fortuna ut occursum leonis. Quarto genere continentur ea que sunt in nostra potestate. hæc attribuit menti, ut pote que sit causa cur hoc, non illud, sequamur, & que sequenda fugienda ne perscipiat, ut oculus animi nostri. Quòd autem frequenter in mentem certat appetitus, & ad id quòd bonū iucundum ue optatur, impellit deliberantes, adiungit etiam causam quintam quum dicit, Et id quòd efficit per hominem. Quia uero non omnia que sunt in nostra potestate ueniunt in deliberationem, uidentur excipienda quæcunque cōsilio non egent, ut scientia certa & exquiritæ, que per se satis apparent: præterea que semper eodem modo sūt, ut procreatio liberorum. Adde fines, de quibus frustra deliberes, quia si intermedia non fueris affectus, nunquam peruenies ad finem. Adde quoque omnia que sensu plane indicantur, ut an hoc sit panis. Nam quid opus est ista referre ad rationem mentis? Que ueniunt in consultationem aut arte continentur, ut medicina subiecta, aut dispersa sunt, ut in consensibus æquitas. In utrisque maxime spectandū, qua ratione, quo modo, quo loco, quo tempore, quo adiuumento quicquam fieri possit. Ac quoniam cōsiliū est inquisitio quedam, demōstrat

monstrat quid inter cōsiliū & inquisitionē intersit, & quo ordine ueniendum sit ad id quòd est primum, in quo cohereant cōsilio & electione digna, que pars hominis obtineat in eligēdo principatum. Eadem res satis aperta, definitionem electionis propter quæ suscepta fuerat de consultatione disputatio, declarat. Habes cur de cōsilio disputatum sit, que sit eius materia, quid ab inuestigatione differat & electione. Quibus de rebus homines consultant? hic satis aperte docet Aristoteles, sed quo res aperius intelligatur, huc transferam que tradit ipse lib. i. Rhetic. Non, inquit, omnibus de rebus capitur cōsiliū, sed de ijs que & fieri & nō fieri possunt. Que necessarii aut sunt, aut erunt, aut esse fieri nequeunt, ea non cadunt in deliberationem. Nec de omnibus que fieri possunt atque non fieri, deliberamus. Ex his enim quedam bona efficiuntur & à natura & à fortuna, de quibus ante rem non exquirunt cōsiliū. Itaque perspicuum est, ea que ueniunt in deliberationem, suapte natura ad nos referri, & eorum principium & ortum in nostra potestate situm, & omnes certe deliberamus, quoad inuenimus, uis à nobis fieri possit necne. Hæc ille. Vanlo post enumerat ea que maxime tractari solent in cōsilio, uel ætigalia, bellum, pacem, præsidium loci, que importantur, & exportantur, legum rationem. In Ethic. Eadem, de cōsultatione sic loquitur. De fine deliberat nemo, sed de rebus ijs que referuntur ad finē. Deliberamus omnes quoad redixerimus ad nos generandi principium. Quid interest inter dementem & furuentem, ad istos uerū μακρόθυμοι, stoici dicūt, ὅτι τὸ μέγας οἰ μωροῖς μολύρται, hoc est dementes omnes furere, de quo Cic. in Parad. Ego uero te non stultum ut sæpe, non improbum ut semper, sed dementem & insanum rebus addicam necessarijs. Ad istos, interpretatur μακρόθυμος ἀνιδύορ, itesychius, id est stultum atque dementem. Tam qui furit quàm qui demens est, animo concidit, nec suæ mentis est compos: quapropter non est idoneus ad cōsiliū, nec uidet ea que digna sunt inuestigatione. Quod si aliquando cōsiliū querit, tam de leuissimis rebus quàm de grauissimis, tam de ijs que non sunt in eius potestate, quàm de ceteris, querit. Qui furit is est demens, nō autem quisquis est demens, furit. Cui tranquillus est animus & quietus, eum furere non dicimus. Error animum concitat & commouet.

Hinc illud Ciceronis, vſque eo commotus eſt, ut inſanire omnibus ac furere uideretur. Virgilius AENEAM facit amantem non furētem, ARMA amens capio. Contrā, Dido furentem, & uxorem Latini, quaſ grauius mouerentur, Conſcendit furibunda rogos. Immenſam ſine more furit lymphata per urbem. Ad nentos, quorum uehemens eſt impetus, trāſiit hoc uerbū, Loca ſœta furētibꝫ aſtris ÆOLIAM uenit. De ſtultitia tranquilla, Cic. de ſenect. Iſta ſenilꝫ ſtultitia (qua deliratio appellari ſolet) ſenſum leuium eſt, non omnium. Ibi dē commemorat exemplum ſophoclis, qui propter ſtudium quam rem familiariam negligere uideretur, Loca ſœta deſpiciens in iudicium uocatus eſt, ut a re familiarꝫ remouerent eum iudices. Demens eſſe nō furere uisus eſt. Id ne uerum, quod ait de rebus æternis neminem deliberare? De animo qui immortalis eſt, quaſerunt multi, de mundo, de deo, de ſole, de reliquis cuiꝫmodi quaſ nonnulli ueteres æterna credebant. Veniunt in conſultationem qua ſequenda fugienda ne ſunt. Quæ ſunt conſultationis non actionis, ut ea quaſ diximus, non ponantur in eorum genere de quibus deliberamus, propterea quod non ſunt in noſtra poteſtate. Quapropter oſtendit eſſe diſcrimē inter conſultationē & inueſtigationē. Philoſophi per multa quaſerūt ſciendi cauſa quaſ nunquam deſeruntur in conſilium, ut an æternus ſit mundus, an rotandus, an unus? uocatur hæc conſultatio, non conſultatio. At hiſce de rebus nonnulli conſilium quaſerūt. ſane quidem, ſciendi non agenda cauſa. Nec autem de actionum conſilio ſit mentio. Dicit aliquis, exquirere licet, an ita uiuendum ut ſi animus ſit immortalis. Do quidem iſtud, ſed eſt res omnis recidit ut de actione quaſeratur. Nihil eſt in rerum natura quod antiqui philoſophi nō adduxerint in quaſtione, pauca tamen ſunt quaſ cadunt in conſultationem. Aliud enim rerum naturam perquirere, aliud conſilium capere. Illud ſpeculationis, hoc actionis eſt. Car autem inter æterna ponitur mundus, cui principii fuerit, & futurus modus? Cælum & ea quaſ uidentur in cælo, putauit Ariſtoteles æterna. Nam ſic ait 3. lib. de cælo, ὁ δὲ οὐρανὸς τε ἀεὶ ὅτι οὐκ ἀφαιρῶνται, καὶ ἡμεῖς οὐδὲν, ἔτι δὲ οὐδὲν ἡμῖν ἐκ τῶν φαινομένων ἀφαιρῶνται, ἔτι τινὰς τι οὐκ ἀφαιρῶνται ἢ ὁμοίᾳ αἰθέρι φάσμα ἔστι, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καὶ οὐρανὸς καὶ ὅτι ἀκίνητος καὶ ἀφαιρῶνται, ἀλλὰ ἀκίνητος καὶ ὅτι οὐρανὸς, id eſt, De primo cælo & partibus eius,

bus eius, & iſs quaſ apparent in eo ſtellis, antea diximus, ac ex quibus conſtent iſta, quaſque natura prædita ſint, præterea neque nata neque interitura demonſtrauimus. Hunc ſecutus Ptolemy, Mundum inquit, & hoc quod alio nomine cælum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen eſſe credis par eſt, æternum, immenſum, neque genitum, neque interiturum unquam. Quam diſtinctionem dicit in figuris planis diametros eſt linea quaſ formis in duas partes aquas diuidit. Eam quidam uocant dimetricentem: quidam gra cum nomen retinent, quod melius eſt. Quam dici poſſit in alijs figuris ut in circulo, non de omnibus loquitur Ariſtoteles in nonnullis enim lateri par eſt) ſed de ea quaſ quadratam figuram ſecat equaliter, id eſt quaſ ab angulo ad angulum recta ducta ſit in obliquū. Ductis quatuor lineis paribus quadratam figuram deſignato, ab angulo ad angulum per ceterum lineam rectam ducto: hæc diametros erit longior quam latus unum quadrati, nec ei ullo modo poterit æuari, quod apertius eſt quam quod pluribus debeat oſtēdi. Hoc dicit philoſophus, neminem ſana mentis exquirere cōſilium, quo pacto latus quadrati cum diametro poſſit æquare, mundum regere, aut cohibere quo minus aliquid neceſſarium perſiciat, & ſiqua ſunt generis eiꝫdem. Car autem duobus utatur exemplis, hæc uidetur eſſe cauſa. Quæ ſunt æterna, aut ſemper coherent, nec unquam diuellentur, ut Ariſtoteles opinione mundus: aut nunquam coherent, nec connectuntur eodem modo, ut diametros & latus quadrati. Car utitur hac diſttributione, ſiue neceſſitate, ſiue natura, ſiue alia quadam mouente cauſa? De conuerſione loquitur & ortus atque de rebus iſs quaſ uerſantur in motu, ſemperque renaſcuntur eodem modo. Conuerſiones autem, id eſt motus orbium ſunt aut natura, aut neceſſitate, aut alia cauſa mouente. Ant enim ſecundum naturam mouentur corpora cæleſtia, aut contra naturam. Ariſtotel. lib. tertio de cælo. Ἔπειτα γὰρ καὶ οὐρανοῦ φαίνεται, ὡς οὐδὲν ἔχει κίνησιν βίαν, quaſ οὐκ ἔχει κίνησιν. ἢ βίαν, καὶ παρὰ φύσιν, ταῦτα. id eſt. Nā quum moueri uideantur ſimplicia corpora, ſi proprio motu non feruntur, ſi moueri neceſſe eſt. Eſt autem ſi moueri idem quod contra naturam moueri. Hiſce uerbis oſtendit de motu cæli fuiſſe controuerſiam, quod alij dixerunt neceſſitate quadam moueri, id eſt ſi

quadam contra naturam ciente, quia motu primi calis rapiuntur caeteri, & ignis aequae supremis cum orbe luna feritur, in aquis pars partem trahit, & impellit: Alij (quod & Aristoteli uisum est) cuique simplici corpori suum motum darent, hinc planè sit errare interpretem graecum, qui confirmat necessitatem esse intelligendam quae uim non affert. Quid à natura differat ea uis quam accipit? Quod Aristoteles addit aliam causam mouentem, propter eos addit qui ab animo mundi moueri omnia dicebant, quorum sententiam complexus est Virgilius his uersibus,

P. principio caelum ac terras campoque; liquentes,

1. ucentemq; globum luna, tianaiq; astra,

S. spiritus intus alit, totamq; infusa per artus

Mens agitat molem. — Aut certe spectat illud quod explicat 8. lib. phys. esse aliquid immutabile quo caetera mouentur. Quod autem hoc est conuersiones non solum dicit solstitia, quum sol ad altiora signa aut inferiora conuertitur, sed motus omnium orbium superiorum, qui statis temporibus iterantur. Est enim quomodo conuersio sine motus, de quo Cicero sic: Mundus maxima una conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & uertitur. Nec solum dicit ortum solis sed etiam errorum atque stellarum. Fallitur ergo qui quomodo solstitia uertunt, quasi non sint alia calis & siderum conuersiones. Post conuersiones & ortus scilicet mentionem siccitatum & imbrium, quia posteaquam locutus est de rebus calis, uenit ad elementa, & ab ijs quae iterantur eodem modo, ad ea quae aliàs aliter eueniunt. Quid ita proponit exemplum de Lacedaemonijs & scythijs? Quum Lacedaemonij summa diligentia rem suam administrarent, & eorum resp. (ut hic ait in lib. de re ciuili) optima diceretur, occurrerant primi inter eos nominandi, qui de reipub. administratione consilia tractare sciret. scythia uero barbari & inculti qui pro adibus casus, pro uribus loca natura munita, pro legibus barbaros mores haberet, oppositi sunt ut consiliorum egentissimi. Omnium rerum causa sunt, natura, necessitas, fortuna, mens, id quod efficit per homines? Haec certe quidem summa sunt efficiendum causarum genera. Nā quae fieri certis est, aut uis aut sine uis fieri uidemus. Vi, ut fluctus, tonitruum, stragem militum. Necessitas est quae extrinsecus uim affert, ut

fert, ut si uenti rapiant aliquid, si fluius trahat secum, si grauiora corpora detorqueant, leuia atrollant, si ignis absumat aquam aut materiam, vi rapiuntur calis inferiores ab oriente in occasum, ui franguntur nubes, & impelluntur, ui liquefit aer, ui à contrarijs contraria dissoluuntur, ui nauigia franguntur. Necessitatem uim dicit & externam causam, quae fit aliquid contra naturam, aut institutum, ut quum penuria cogit alienare bona consecrata, siquid sine uis fit, aut nostro consilio efficitur, aut non. Si consilio, mens est causa quae consilia diriguntur: illi sciticia, artes, leges, uicia, uirtutes, recte facta, recte dicta attribuimus. Mens est animi pars rationis particeps, quae sapit homo, multa quae peragit quae non sunt bestiarum communia. si quid fit sine consilio nostro, nulla ui admota, aut ordine fit atque propria uirtute, aut aliquo casu & euentu. Huius generis causa fortuna est, quae saepe interuenit, ac prae opinionem agit, ut si fulmen cadat in dormientem, si uiator incidat in predones, si lapis decidat in uiatorem, si fossor inueniat thesaurum. Quae ordine sunt atque propria uirtute, natura tribuuntur, ut ortus & interitus omnium rerum, ut tempora, lux, caligo, pluuia, segetes, & generis huius infinita bona. Naturaliter agentia, aut sua ui aliquid perficiunt, ut sol diem: aut dumtaxat impellunt hominem, ut ira, maior gaudium. Ex his propter uarietatem quaedam genus quintum constituit. Quid aliud in rerum natura prae illud Deum immortalem omnium rerum summam causam, aliquid efficit? nihil equidem uideo. Causas igitur omnes posuit, ut quae res in consultationem caderent, ostenderet. Primo loco natura statuitur ut rerum parens, huic opposita uis & necessitas, necessitati adiuncta fortuna, quae uim quaedam saepius affert, his omnibus subiectus homo, postremus est collocatus. Quum posuisset scientias exquisitas, cur exemplum de literis quae non sunt exquisitae, proposuit? scientias exquisitas dicit eas quae ex certis praeciputionibus atque demonstrationibus constant, quales sunt mathematica, geometria, arithmetica, astrologia. scientias sua uirtute contentas uocat eas quae si non certis atque necessarijs praeciputionibus, multis tamen utuntur, ut grammatica, rhetorica, medicina. Ad hoc secundum genus pertinent literae, id est scripturae, ex quibus grammatica nomen accepit. Dicit aliquis, de rebus ijs quae in discipuli

nas cadunt, quas vocant mathematicas, & ijs que ad artes pertinent, sepe deliberant homines. Videas multos dimenfores in unum fundum vocari, multos architectos unum in locum cogi, medicos plures congregari deliberandi causa: sic est. Itaque paulo post ait in consultationem venire que ad medicinam pertinent, ad negociandi facultatem, ad gubernatoris artem, ad gymnasticam, ad scientias & artes. Hoc itaque dicit, ea que scientijs & artibus comprehensa non habent ullam dubitationem, sed decreta statutaque sunt, non egere consultatione. Nam qui homo sane mentis consilium vocet, ut sciat quibus casibus mensa debeat inflecti ut inueniat quid sit definitio ut intelligat quot sint humoru genera in corpore humano: ut cognoscat quid circulus sit, quid numerus, quid umbra? Hec & alia permulta sunt scientijs artibusque definita, nec indagatiōis indigent noua. Ea que dubia sunt, in deliberationem veniunt, ut an latine dictum sit, urbem quam statuo vestra est? an decem categorijs omnia comprehendantur? an urendam membrum quod aliqua ex parte mortuum est? an muscia in orbem ducta sint prestantiora quadratis? errant qui dicunt hoc uelle philosophum, non de scientijs, sed de ratione comparande scientia deliberari. s. apenunero qui iam scientias compararunt, permulta in dubium uocant, atque una cum alijs consilium capiunt de rebus incertis. Quam uocat χηματιστικὴν? Alij pecuniariam dicunt, alij nummulariorum artem. Qui pecuniariam uocant, nomine pecunia diuitias omnes amplectuntur, ut sit ars auerendi facultates, de qua Aristoteles lib. 1. uoluit. Εστὶ γὰρ ἡ χηματιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ ἐξ φούρα, καὶ αὐτὸν πλοῦτον ἐκεκομηκὴν. id est, est enim ars quadam pecuniaria, & opulencia naturalis, & ea ad economiam pertinet. Interdum χηματιστικὴ dicitur ars nummularia. Idem ibidem, ἡ δὲ χαλκικὴ πειντικὴ χηματιστικὴ. Illa sordida ratio confectrix pecuniarum. Quia Aristoteles de honestis artibus alia proponit exempla, non existimauit χηματιστικὴν uelle dicere artem nummulariorum contra naturam institutam, sed artem negociandi nature suauis comparatam. Ea est qua fructus & eas res quas terra gignit, emit, uendit, commutat diuitiarum causa. Que ad gubernatoris artem pertinent sapius ueniunt in consilium quam que ad gymnasticam gubernatoris ars, est nauigij regendi scientia,

qua plurimum utebantur Athenienses temporibus Aristotelis, propterea quod portus haberent, & insulas tenerent, atque ditissimi quique trierarchis, id est triremis essent prefecti, nec dum ratio nauigandi tā erat aperta quam postea fuit. Alexander magnus, Romanus, Carthaginenses, Aſſiani permulta mouerunt, que non erant inuenta. Nec ars est hodie faciliſ & certa, quoniam scire uetorum reſiones & tempora, noſſe tractus maris & terre, tenere sideru motus & aspectus, ſecare uias que non apparent, arduum est in primis atque difficile. Quamobrem conſilio frequenter opus est, maxime bello nauali. Gymnastica, est ars exercitiu corpora, cuius est munus, membra dirigere, uires auerere, corpus ſanum, ualidum; habile reddere. Habuerunt Græci atque Romani magiſtros campi qui iſtuc facerent, quoru ſcientia breuſ artem manifeſta fuit. Ante urbē pueri & primano flore iuuentus, Exercentur equis, domitantque in puluere curruſ: Aut acris tēdunt arcus, aut lenta lacertis ſpicula cōtorquet, curſuque icēti que laceſſunt. Hæc ars ſtatis certis que rationibus est conſtituta. Διναξίκορτα, inquit, referēs, ut opinor, hoc uerbum ad gymnasticam non ad alias artes, ut nonnulli interpretantur. Quid inter artem & ſcientiam interſit, omnes penē ſciunt. ſcientia est rerum certarum ex demonſtratione. Ars rerum probabilium que demonſtrari nequeunt. Ars interdum pro ſcientia ponitur. Cicero, Ars est qua cognitis penitus que perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus & nunquam fallentibus rebus continetur. ſcientia etiam pro arte dicitur. Idem, Prudentia est rerum diuinariū atque humanarum ſcientia. De ſinibus cur non deliberamus? uinis est (ut ait Cicero) cuius cauſa aliquid facimus. Fine propoſito ſepe deliberant homines quibus modū illum conſequantur, ut quo pacto uictoriam, aut honorem, aut quietem, aut ualitudinem, aut uoluptates, aut diuitias, aut ædes, aut aliud adipiſcantur. Alius aliud tendit, aliumque ſibi ſinē proponit, quo uel natura ducit, uel educatione, uel opinione multorum ducitur. Deiectus in uincula proponit ſolutionem, ſeruitute oppreſſus liberationem, penuria laborans, pecunia, cœleſtis coniugium, ignarus ſcientiam, debilis aires, deſertus amicos, tenuis gratiam potentium, piger quietem, timidus ſecuritatē, cupidus habendi, multas opes, ſapiens uirtutem. Quia neceſſe est aliquid

esse quò tendat actio priusquam inciamus consilium, illud autem est ultimum: non de fine sed de rebus quibus ad finem pervenitur, consilium suscipimus. Itaque quos adhibemus in consilium, principio querere solent quò tendamus ipsi, qui finis sit animo, quò pervenire cupiamus, atque nos initio proponimus quid illud sit quod assequi velimus. Quod si quis dicat, videmus, an debeam ducere uxorem, an operam dare literis grecis, an gerere bellum, qui adsume antequàm consilium dent, finem statuunt, ut si vis liberos procreare, si crimine carere, ducenda tibi uxor: si inter doctissimos vis haberi, studendum literis grecis. Si tibi certum est alia ratione pacem impetrare nõ posse, bellum gerendum. Quapropter si finis in consultationem venit, nõ quia finis est, venit, sed quia aliò refertur, ut finis domus habitatio est: aut non querimus an sit comparandus habitandi locus, aut de tempore, de loco, de modo querimus. Adde quòd, si de fine deliberemus, semper erit deliberandum, donec ad aliquem finem certum pervenerimus, qui sit initium & principium nostræ consultationis. Est enim finis in deliberatione principium. Principium autem debet esse fundamentum per se stabile & firmum. In deliberatione ab extrema causa venimus ad primam, cur ita? Quia (sicuti nunc dicebamus) finis est principium deliberandi à quo ad alias causas revolvuntur. Medicus (exempli gratia) curare vult febre continua laborantem, hic finis est. curare nequit si maneat ille calor immodicus, auferre calorem non potest, nisi detracta causa caloris, detrabere igitur incipit, sanguinem mittit, humores medicamentis educit, hoc modo in curando primum est, quod in consultantando fuerat ultimum. Adhibeantur medici tres ad eum curandum cui decursa pituita è cerebro, intumuerunt pedes. deliberent: initio statuunt esse pituitam, deinde è capite defluentem, postremo in capite natam unino, cibo, somno: non posse morbum tolli, si non ista reprimantur, quid primum faciunt? quod in deliberatione fuit extremum: unum auferent, cibum repriment, cerebrum calfacient, humorem fluentem sistent. Hoc modo, quod est in partiendo postremum, illud est in generando primum. Caesar vult gerere bellum in britannos, eò ire non potest sine multis navibus, nec prosunt naues si eò portari non possit exercitus, frustra portetur, si nesciat ubi, quoque modo bellum gerendum sit.

dum sit, sic retro legenda cause. In agendo contrarius ordo: primum mittendi qui in insulam videant, locos speculentur, portus inspiciant, tractatum cognoscant: deinde comparanda naues, tandem eò portandus exercitus. Dicat in Senatu Cato maior, si hoc imperium stare velimus, nobis est delenda Carthago, nec deleri potest, nisi terra marique bellum geratur, nec bellum tantum geri potest sine daciibus optimis, exercitu summo, apparatu maximo. Quid ergo? Ducendum est initium ab eo quod ultimum fuit: comparande pecunie, delendus habendus, instruenda classis, bellum terra & mari gerendum, delenda Carthago. Ex ijs alijsque similibus intelligere facile est, in deliberatione ab ultima causa nos ad primam revolvi, in actione contra progressi. id fieri, quòd finis sit deliberandi principium. Quid est quod ait partiri formarum descriptionem: ἀλλὰ τὸν quod alij uertit resoluere parum latine, alij, in minutissimas quasque partes ducere, obscure & prolixè, uerbo, partiri, quoniàm Cicero quas Aristoteles uocat ὑποθέσεις, nostri resolutiones, appellat partitiones. Nec ullis uerbum ad eam rem congruentius. Est enim partiri genera in species, ac formas in singulas partes dividere, ut quum artium conditores uic posuerunt genus summum, diuidunt in alia minora, deinde partiuntur in alia donec uentum sit ad species, quas ex ordine distribuunt in singulas partes. Id uidere licet in Partitionibus Oratorij quas distribuit Tullius. Tunc partitiones dialectice nominatae, quum filioz finis partitur in pronunciata, & pronunciata in tres, quos uocat, terminos. Hic autem negocium partitur in causas donec ad primam uentum sit. Eiusmodi partitionem comparat eum descriptione formarum, quia mathematici si quando formam descriptam demonstrare uolunt, in eas partes diuidunt ex quibus est constituta. Ἐξ ἑξήμα, quod alij non potuerunt conuertere, alij designationem linearum, alij designationem, alij lineam ductam reddiderunt, est formarum descriptio, uel forma descripta, quæ à mathematicis describitur, ut figura triquetra, ut forma quadrata. In eiusmodi formis sine figuris elementa sunt priora, ex elementis theorematata quæ geometria demonstrat: ut hoc, Triangulus habet tres angulos pares duobus rectis, quod partiri licet ac reducere ad elementa prima, ut ad se perficiemus, lineas, puncta, atque demonstrare per ea quæ antecedunt.

Aristoteles in categoriis de priore, $\epsilon\tau\ \tau\alpha\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha\ \epsilon\sigma\tau\ \delta\epsilon\iota\chi\tau\iota\kappa\alpha\iota\ \iota\delta\epsilon\theta\iota$
 $\epsilon\mu\alpha\iota\varsigma\ \upsilon\pi\alpha\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\ \tau\epsilon\ \pi\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\ \upsilon\sigma\tau\epsilon\rho\alpha\ \tau\eta\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha.$ $\tau\alpha\ \gamma\alpha\rho\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\epsilon\gamma\iota\alpha$
 $\pi\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\alpha\ \tau\eta\ \delta\iota\sigma\chi\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\omega\ \tau\eta\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha,$ $\kappa\alpha\iota\ \iota\delta\epsilon\theta\iota\ \tau\epsilon\ \chi\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\iota\kappa\alpha\iota$
 $\tau\alpha\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\epsilon\gamma\iota\alpha\ \pi\epsilon\rho\iota\ \tau\epsilon\ \tau\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\beta\omega\upsilon.$ id est, in ijs disciplinis quæ ex cer
 tis præceptionibus constant, aliquid est prius ordine aut posterius.
 Nam elementa sunt ordine priora descriptionibus formarum, & in
 grammatica, syllabis literæ priores. in eum locum Boetius, elementa
 dicit, quos terminos appellamus, quid punctum, quid linea, quid fi
 gura: quibus cognitæ omnes geometriæ descriptiones sũt, id est $\delta\iota\sigma\chi\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\iota\kappa\alpha$,
 quæ problemata & theoremata nuncupantur. Hoc di
 cit Aristoteles: Deliberans inquirere videtur, atque partiri negocia
 per quæ finem propositum consequatur, non aliter atque si partiretur,
 & ad elementa prima renouaret, formarum descriptionem,
 sine in formâ descriptam, ut triangulum. Geometriæ quemadmodam
 ex prioribus posteriora demonstrant, aperte videas apud Euclidis
 interpretes, ut quæ formas descriptas partiantur. Mathematici, qui
 tractant geometriam, arithmeticam, astrologiam, musicam. In
 uisito mathematicorum, est inuestigatio rerum quæ pertinent ad
 eas artes. In genero primum est id unde rei futura ducitur initiũ:
 ut si ueritas odium pariat, odium cadem, ueritas in generando prima
 fuerit. Inter cõsultationem & inquisitionem quid interest? Latius
 patet inquisitio: omnis cõsultatio est inquisitio, non contra. Cõsul
 tatio fit ad agendũ, inquisitio & ad sciendũ. Cõsultatio est corũ
 quæ sita sunt in nobis: inquisitio etiam eorum quæ non sunt in no
 stra potestate. De rebus æternis & fortuitis est inquisitio non con
 sultatio. Pauca sunt de quibus homo cõsultat, nihil est quod diligẽs
 nõ inquirat. Post cõsultationẽ agere contendit, post inquisitionem
 sape conquiscescit. Cõsultando frequenter, efficitur prudẽs, inquirẽ
 do, sapiens. De rebus singulis non est cõsultatio, de quibus est in
 quisitio. Quæ uis est orationis huius, Aliquid queruntur instru
 menta, non nunquam usus illorum? & quæ sequuntur. sunt quæ a
 gere non possis, instrumenta si desint. Instrumentorum duo sunt ge
 nera, unum, animal ut bo, equus, inuentum, seruus, ancilla. sine bo
 ne arare, sine equo bella gerere, sine inmento pondera portare, sine
 seruo magnam familiam administrare non possis. Alterum, nõ ani
 mal, ut

mal, ut aratrum, sella, ephippium, ensis, suppellex. Artifices suis utuntur
 instrumentis: alij rebus ad ea quæ molliuntur, necessarijs. Aliquid
 do in cõsultatione querimus instrumenta, ut quo medicamẽto uen
 enenum e corpore deici possit: quibus armis elephãti in bello supera
 ri queant. Quũ suppetũt instrumenta, frequenter accidit ut nesciamus
 utri, quapropter & illud querimus, quomodo sit utẽdũ, ut quo, modo
 sit utẽdũ mithridatico. Quia uerõ nõ satis est, instrumenta suppetere, et
 ijs uti scire, quærenda sunt alia sine quibus res effici non possit, si nõ
 quo adiumento fieri possit, ut an flumine an uelicali portada machi
 na belli, tũs, quo pacto, ut quomodo sint in pralio machinæ bellicæ
 collocandæ. $\delta\iota\sigma\chi\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\iota\kappa\alpha$ res, per quem, ut per quem uirum optime disponit
 tur? Ha sunt $\sigma\upsilon\lambda\lambda\epsilon\gamma\iota\alpha$ sine quibus permulta effici non possunt.
 Homo (sicut dictum est) actionis principium ubi dictum est: Quũ
 de facilitate ageretur libro primo, demonstratum est eam ad fortuna
 nam minimẽ esse referendam, sed ad animi bona quæ sint in nostra
 potestate. Postea principio tertij libri uirtutem esse uoluntariam: nec
 ita multo post, electionem uirtutis esse maxime propriam. paulõ
 antẽ, cõsultationem in nobis sitam, dictum est. Ex his facile perspi
 citur, non fortunam, ut quidam uoluerunt, non fatum, ut alij, sed ho
 minem & hominis arbitrium esse laudabilem actionum princi
 pium. Alioqui frustra cõsiliũ caperet, quippe qui neque fortuna,
 neque fato repugnare posset, ut ostendit illud uirg. Fortuna om
 nipotens, & ineluctabile fatum, stoici fato omnia tribuunt, Epicus
 rei fortunæ. Cur unaquæque res singulatim non cadit in delibera
 tionem? Quia sensu iudicatur, ut auditu, usu, gustatu. Sensus autem
 principium cognoscendũ. Quod si de principio deliberandũ esset, nul
 lus unquam finis inueniretur. Est igitur statuendum principium,
 unde cõsultatio, & cognitio proficiatur: sensibus ut multis o
 stendit Galenus de medicamentis simplicibus) est credendum e sensu
 (quod demonstrat Aristoteles in partitionibus dialecticis) cognos
 citur inductio, & per eum doctrina, cognitioque suscipitur. De re
 bus dubijs est deliberandum. Quæ cadunt in sensum dubia nõ sunt,
 ut si intendas ad lignum digitum, & quæras an hoc sit panis, oculus
 plane uidebit esse lignum: si uerum panem proposueris, tum oculus,
 tum lingua sentiet esse panem. Quid opus est cõsilio? si querat ali
 quid

quis, an coquatur aut in stomacho, aut in clibano (vēsus enim tam pertinet ad stomachum quam ad clibanū, quod verbū alij aliter interpretantur, quoniam certum sit id verbū pro eo quod est concoquere proprie dici) quisque aut oculorum sensu aut manuum tactu iudicabit an coquatur an non, si non in stomacho, in reiectancis tamen, sensus idem feret iudicium, utrum quod ostenditur, ut panis, probe factum sit an non, id est, ut possit usus comparatum. De singulis bellis tamen deliberatio est, de singulis liberis, de singulis controuersus. Sed hac referantur ad genus uniuersum. Eademne res consilio digna qua delectus? Βουλιθεῖν & πρᾶξι δὲ reddunt alij consultabile & eligibile, qua uerba sane dura sunt, & ingrata; alij, quod in deliberationem cadit, & in delectum: qui non intelligant in deliberationem uenire multa qua tandem reijciuntur non eliguntur. Βουλιθεῖν non est id omne quod in deliberationem cadit, ut βασιλευσὶν non id omne quod regibus paret, sed quod si apte natura aptum est ad consilium, & quod est consilio dignum, ut βασιλευσὶν quod aptum est ad reges ferendos. ἔργων δὲ quod sua natura selecti potest. ἕργων δὲ cuius idonea natura est, qua uulnus admittat. Βουλιθεῖν & πρᾶξι δὲ idem, ut importare qua necessaria sunt, congruens est ad consilium, idem quod eligatur est idoneum. Exportatio rerum quibus abundamus, est consilio digna. Eadem qua delegatur haud indigna. De pace ferienda cum hoste potentiissimo, referre operapreciū est, idem in primis eligendum. Eadem materia sub consilium, & sub electionem subiungitur. Si quid aptum est ad preferendum, idem de quo suscipiatur consilium, dignissimum. Si quid in consilium adducendum, id ad eligendum propositum. Consultatio tamen & electio differunt, ut ante demonstratum est. Eadem materia, actio diuersa. Mens, qua in homine obtinet principatum, ut in ciuitate Rex, de rebus consilium capit. Quam uidit aliquid esse melius ex duobus, aut optimum ex multis, & id esse in potestate sua, desinit exquirere, cōstatuit, ac deligit, ad appetitionemque, & ad alias partes agendi causa refert, non aliter atque reges antiqui qui cum mente comparantur, consilia de rebus capebant, qua consilio delegissent, ad populū agendi causa referebant. Βουλιθεῖν cadit in mentem, tum decernitur, quum principium nidit mens, id est cognouit quo pacto fieri possit,

possit, & homini proponitur agendum. Consultatio igitur & electio, mentis est: Executio, appetitus & instrumentorum. De rebus Homeri Aristot. 3. lib. Politic. In laconica Repub. regia potestas maxime legibus temperatur. Non enim habet omnium rerum potestatem: ut quum patria sinitus egressa est, regit ea que pertinent ad bellum. Ipsa quidem regia potestas, est quasi imperium belli summū, & perpetuus militia magistratus. Nec ubique necus habet potestatem, sed in illa tantum parte regnandi lege nititur, suoque utitur iure, ut olim apud antiquos quum praelij causa exisset, Homerus ostendit loquens de Agamemnone, qui cōcionibus male audiebat & cohibebatur, idem quum Graci exissent ad praelium, necandi ius habebat. Homerus lib. 2. Iliad. Inducit Agamemnonem, qui concionem habet de praelio, & ad populū refert in concione. Milites uocat socios ut in concione paret, κλυτὰ τεύχεα, quid protulerit, ostendit. κλυτὰ τεύχεα τῶν Δωριέων κλυτὰ τεύχεα. Agendum uidete quoniam pacto crecos uocabimus ad arma. De rebus consultant Cic. Homines consultare de officio solent. In consultationem uenire Cic. Quasi ambigua in consultationem res ueniat. Exquiritur consilium Cic. Exquirentes ea consilia qua ad concordiam ciuium pertinerēt. Impari dimensione) ἀνεπιμετρίᾳ, hoc uerbum male conuertunt ceteri omnes, & pessime, ut alia multa in hoc capite, nouis interpretes. Versantur in motu Cic. In quo motu temporum uersamur. Eodem modo) ἕρτα τὰ κωτὰ. male uertitur per seipsa.

Quorsum recidant Cic. Quorsum recidat responsum tuum, non magno opere laboro, τῶν ἐπεὶ βούλου. In generatio) sic locutus sum uti utare nomen generationis parum latinum. Adducuntur) ἀδύναται, recedunt, desistunt. Efficere aggredduntur Cic. Dicere aggreddiar. singularim unaquaque; Cic. Aut singularim unicuique respondeam. Ad se) ἀς ἑαυτῶν, sic legi debet.

DEFINITVM est quid sit electio. Quia uoluntas est illi affinis, ut dictum est lib. 3. cap. 2. & ad mores pertinet, proximum dedit ei in hac disputatione locum. Ut ad eam commodior sit aditus, repetit ea que dixit eodem cap. 2. Dixit enim: uoluntas potius est finis & extremi delectus, eorum qua tendunt ad extremum. Quoniam satis constat, in animo esse facultatem qua uolumus, ea de re non dispu-

tat. Nec quid voluntas sit, ostendit, quia certum est inter appetitiones haberi: quae sunt tres, ἡδὴ θυμικῆ, θυμικῆ, βέλαιος. Quid sub voluntatem debemus subiungere, demonstrat, non aliter atque docuit quae veniant in consultationem, quae deligenda proponantur. Ea sunt enim quae pertinent ad mores de quibus nunc agitur. Antequam suam dicat sententiam, refutat more suo opiniones eorum qui male senserunt de re subiecta voluntati. alij exultabant bonum solum voluntate peti posse. hos refellit argumentatione ex consequentibus: si bonum solum volumus, non cadit in voluntatem quod vult is qui perperam deligit. saepius enim malum est. Cadit autem ut notū est: non igitur bonum solum volumus. Alij credebant esse voluntatem eius quod habetur opinione bonum. Hos conuincit simili argumentatione: si quisque vult hoc solum quod opinione bonum est, nemo vult quod suapte natura bonum est. Saepē autem volumus quod est natura bonum: non igitur solum volumus quod opinione bonum. Quid sentiat, tandem pronunciat, seruata uerecundia quae nihil impudenter affirmat, sed interrogando proponit. Quod sub voluntatem subiicitur, duobus modis considerari potest. Aut enim spectatur simpliciter sine personae complexu, tum βουλὴν est bonum: aut coniuncte addita persona, tum βουλὴν est id quod cuique videtur bonum. Haec eius sententia, quam confirmat ex similitudine ut corporibus alia sunt suapte natura salubria, amara, dulcia, alia videntur salubria male affectis: sic animis accidit. Quod ut facilius intelligatur, descendit ad personas. sapiens vult quod vere bonum est. stultus & nequam, quicquid ipsi visum est. sicut qui bene valent uerē salubria uolunt, qui aegrotant, ea quae putant salubria. Quia uero quāspiam quae eret cur ita uaria sint uoluntates, adiungit, sapientes recte iudicare, plane uiderē quae uerē sint honesta atque iucunda, scire quae uelle aut nolle debeant: multitudine fallacia uoluptatis circumscriptionem perperam iudicare, quid uelle debeat non intelligere: ex quibus efficit uult, ea nos uelle debere quae uir bonus & prudens uelit. Nam, quod ait Plato 3. lib. de legibus, εὐκτιόρ ἔστι θεὸν τῶν βούλων τῶν ἰωτῶν Φερήσαι. Optandum est ut tuam prudentiam sequatur uoluntas. *Uoluntas ne pertinet ad mores? pertinet.* Docet se epistola quadam seneca, Virtus, inquit, & aliorum scientia est, &

sui:

sui: Discendum de ipsa est, ut in ipsa uoluntas discatur. Actio recta non est, nisi recta fuerit uoluntas, ab hac enim est actio. Rursus uoluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit. ad hoc enim est uolūtas. si uis eadem semper uelle, uera oportet uelis. uacille. uoluntas saepenumero tam lege diuina quam humana plectitur. Nam scelus est uelle furari, uelle sacrilegium committere, uelle prodere patriam, aut parricidium admittere. Non plectetur autem si non ipsa per se non nunquam mala esset. Adde quod non facta modo sed etiam uoluntatem laudamus, aut uituperamus, ut Tyberius uituperatur quod uotum et uirgilium uoluerit abolere, Cicero laudatur, quod patriam in libertatem uoluerit afferre. Laus autem & uituperatio morum sunt, hoc est uirtutis atque uitiorum. tunc male uolens infestatur, bene uolens amore prosequimur. Præterea mores referuntur ad finem: ut ad felicitatem, finem uolumus. nec parū est uelle quae recta sunt, ac esse bona uoluntatis. ut summam dicam, non est uirtus, si uolis agere recte: non est uitium, si uolis improbe facere. E uoluntate igitur uirtus pendet ac uitium. Qui nam putant bonum tantum uoluntate appeti posse, qui contra, quod opinione bonū est? Interpretes hac & alia per multa cognita dignissima non attingunt. Existimant se rem perisse praclare, si dicant ea quae uel anicula si se mel audierit, ut isti semper legunt Aristotele narrare possit. Faber autē nec tacere potest, nec loqui recte. Prima opinionum, inquit, est quorundam Socraticorum, secunda Academicorum. Age bene uir, qui sunt illi socratici? Nescis omnes Socraticos uoluisse dici? Ecquid pudet affirmare quae nescias? Nonne Academici socratici? In quos philosophi nostri tanquam deos colunt atque uenerantur. stoici crediderunt, in uoluntatem cadere id solum quod bonum est, quorum sententiam M. Tullius complectitur his uerbis. Naturā omnes ea quae bona uidentur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem si semel obiecta species cuiuspiam est quod bonum uideatur, ad id adipsū impellit ipsa natura. Id quum constanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem stoici βούλην appellant, nos appellamus uoluntatem. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt. uoluntas est quae quid cum ratione desiderat. Quae autem aduersus rationem incitata est uehementius, ea libido est uel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis inuenitur. In altera opinione fuerunt omnes illi qui

nihil sibi posse dixerunt, de quibus ille in Acad. Res obscura ad confessionem ignorantis adduxerant socratem, & veluti amâtes socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sibi posse dixerunt, angustus sensus, imbecillos animos, brevita curricula vitæ. & (ut dicebat Democritus) in profundo veritatem esse demersam, opinionibus & institutis omnia teneri. Naturâ bonum quid est? Quod neque lege cuiusquam, neque more, neque instituto, neque opinione bonum est, sed ipsam per se laudabile & expetendum, ut virtus, felicitas, deus. Alia videntur esse bona lege, ut lege Cornelia non in mare proscriptum: alia more, ut bibere more Græco: alia instituto, ut floralia quondam in Vrbe: alia opinione, ut soliam potius quàm urbem incolere. Hoc modo quæ mala sunt, per sepe videntur esse bona, quia autoritate non æquitate nituntur. Bonorum per se duo sunt genera. alia bona sunt ubique & apud omnes, ut amare parètes, succurrere laboranti: Alia bona sunt huic generi, non omnibus, ut severitas indomitis, indulgentia bonis, supplicium peccantibus. Vt varia sunt natura, ita varia bonorum genera quæ ad eas accommodantur. Ex his perspicitur, quid intersit inter id quod opinione bonum est, & quod natura bonum. Illud sæpe malum, hoc vero nunquam.

Contrariæ duobus aut pluribus videri possunt? Maxime ostendit illud, scinditur incertis studia in contraria valens. Et illud Terentianum, sic hoc videtur, quod te absente hic filius egit, restitui in integrum, æquum est & bonum. Et id impetrabis. Alter: Mihi non videtur quod sit factum legibus rescindi posse, & turpe inceptum est. stoici omnem iram vituperant: Peripatetici mediocrem laudant. illi in sola virtute felicitatem statuunt: hi non in virtute sola. Plato confirmat æternas esse rerum formas. Aristoteles negat. Quid commemorem contrarias opiniones grammaticorum, physicorum, iurisperitorum atque theologorum? Vnus ait, alter negat. Mittendus est sanguis, inquit medicus. Nequaquam, inquit, alter. Laborare Læcedæmonij erat leue, Sybaritibus graue. Bellum amabat Romani, oderant Aegyptij. Vini potionem fugiunt Torosæ, Christiani persequuntur. Quid quod in eodem contrariæ sunt opiniones? si non eodem tempore, at aliâ

aliâ aliud videtur. Augusto visum est Rempub. reddere, mox aliud placuit. Quid quod eodem tempore, sed in partibus animi diuersis? Ostendit illud Terentianum. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersa trahunt. Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio, Tum patris pudor. Cur ad naturam voluntatis accommodatû potius quod venter bonû est? Naturâ omnes ea quæ bona sunt persequuntur, quia sibi sunt accommodatiora. Quod si id faciet sultus, quârto magis sapientes? si bona persequitur appetitus, quid faciet mens? quid voluntas mentis appetitio? homo mens est, mentis perfectio virtus, virtus autem bonum. Illud igitur maxime voluntate appetendum. Vitium, animi labes. Nemo perniciem suâ vult, nemo igitur nisi demens vitium flagitiumque vult. Aliter sic ostendi potest. Quanto quis est perfectior, tâto magis ea vult quæ vere bona sunt. Quo perfectior homo, eo ad naturam propius accedit. itaque ad naturâ voluntatis accommodatum maxime bonû. Huc pertinet illud, omnia bonum concupiscunt. Voluntas enim appetitio. Huc pertinet illud Ciceronianum. Quod verum, simplex, sincereque sit, id est natura hominis aptissimum. si quempiam rores cur aliquid uoluerit, nûquam dicit, quod id esset malum, sed quod uisum sit bonum & utile. quæ res indicat bonum appetitionis voluntatis aptissimum. Voluntas autem ut humana cetera, labefactari potest, ac eò deduci, ut appetat mala, non quia mala sunt, sed quod uidentur esse bona. Quæ propter ait philosophi bonos habitus esse comparandos, ut recta uelle discamus.

salubrium quenam distinctio est? Alia sunt reuera salubria, quæ bonam ualitudinem conseruant, ut merum coctum, oleum recens, panis è tritico purus, caro perdicum, phasianorum, pecudum & auium multarum. Eiusmodi res & sanis utiles sunt, & ab eis appetuntur, id quod nec argumento nec testimonio planè facere necesse est. Alia videntur salubria & non sunt, ut mala cruda laborantibus, aqua frigida potio, fructus acerbi. Hæc & alia desiderant ægri, quod affecti male de rebus iudicare recte nequeunt. Ea distinctio est quæ ad hæc rem pertinet. Ceterum alijs alia salubria, ut uinum crudum, aqua sicca & calidis, humida febri habentibus. sicca hydropicis, calida febribus, suauius pueris & mollia. Vt de salubribus uariat indicium, sic etiam de amaris, dulcibus, calidis, grauius, alijsque rebus

affectis aut primis aut secundis qualitatibus. Amara, sani indicant
 amara: agris talia quales humor linguam circumfedit ac palatū. Por-
 rige mel homini sano, dicit esse dulce, da laboranti bile, dicit ama-
 rum videri. Dederis caldā bene ualenti, sentiet esse caldā: submi-
 nistraveris ei qui aeterno languescit, putabit esse frigidā. Impone
 decem pondo homini robusto, confirmabit onus esse leue: sustineat
 debilis & imbecillus, deiecit esse graue pondus. Ita quoque dicen-
 dum est de ceteris omnibus ijs qualitatibus, quae auditu percipiuntur
 ut soni, uisu ut colores, odoratu ut odores, gustatu ut sapores, tactu
 ut frigida, aspera, dura, mollia, ut sunt aures, ita soni probantur, ut
 oculus exercitatus, ita colorem perspicit. Cur homo sapiens dicitur
 esse norma rerum atque mensura? Graeci ita loquuntur, pro eo quod
 est, homo ut norma & regula res dirigat, ut mensura perpendat. De-
 monstrat illud de Platone in Antisthenem, Α γουός εστι τὴν λέγειν μέ-
 τρον ἔστι οὐχ ὀδύνην ἀλλ' ἠ ἀρετήν. Nescis enim qui dicit, orationis nō
 esse mensuram, sed eum qui audit, hoc est, dicendi modum non esse
 penes orantem, sed audientem. Interdū sic Romani loquuntur, ut quū
 Cicero naturam dicit legi esse normam, hoc est, equitate naturalis
 dirigi leges. Homo metitur tempora, interualla & spatia locorū, non
 in terra modo & in aqua, uerumetiam in aere & in cālo, liquores
 ut nimum, res sicca ut triticum, res discretas ut numeros, quae magna
 sunt, ut montes, quae parua, ut uniones, quae grauius leuia, nimum
 multa, nimum pauca, quae mediocria, atque in medio collocata. Mē-
 sura est cibi, potus, uerbi, facti, quietis, laboris, actionum, intermis-
 sionum. Dirigit ea quae praua sunt atque cōtorta, ut laborum nor-
 ma. Ostendit recta atque proclera, uera falsissima iniusta, aqua ini-
 qua. Nescis quantum debeas alimentis sumere, adhibe sapientem, ma-
 dum tibi metietur. Queris quantum oporteat te pauperibus erogare,
 sapiens mensuram tibi praescribet. In dubium uenit quatenus iu-
 cando progredi liceat, fines certos statuet prudēs. Declinas nunc huc
 nūc illuc uia relictā, te bonus uir reducet in uia bonorū. sūt incurui
 mores & contortum uiuendi genus, adhibe normam uiri boni, re-
 flectet in contrarium. Itaque dictum est, uirtutem esse in ea medio-
 critate quā definit prudens. Homo aequiūlis, id est perfectus aut
 cui nihil fere deest, quia bona praeditus est indole, & ingenio bono,
 quia secutus

quia secutus est optimos quoque, & habitū scientiarum uirtutum-
 que comparauit, quae uera quae falsa quae bona malaue sunt perspi-
 cit, mala neque uult neque deligit, ut improbus, qui naturam deprau-
 auit, habitus uirtuosos longo tempore corripit. Nouit quae βολυται
 hoc est, quae suapte natura nobis sint expetenda. Quae uis orationis
 huius? sua habitum quoque sequitur honestas & uoluptas. Habitus
 (uti saepe dictum est) firmior est qualitas & adherentior ut longo
 tempore comparata, ut sunt habitus uirtutum, uirtuorū, scientiarū, iner-
 tiarū, de quibus hic agit philosophus. Habitus est cōsuetudo quedam
 et iterum uelut altera natura, quam sequitur opinio quedam honesti
 atque iucundi. Exempli gratia, cui fortitudo inest habitus, ei
 fortis sunt honesta atque iucunda. Qui praeditus est habuit iustitiam,
 nihil ei honestius nihilque iucundius, quam quod recte iustitiae fa-
 ctum est. Cuius uita crapulae dedita est, ei uidetur honestum iucun-
 dumque comessari. In ludis frequenter exercitatum sequitur amor
 ludi quem praclarum suauemque indicat. Pulchrum iucundumque
 theologo de re diuina loqui, medico de remedijs morborū, iudici de
 causis, fabro de re fabrilis. Laborandi cōsuetudo (ut aiebat Pythagoras)
 laborem efficit iucundum, qui multis iniucundissimus est. Hoc
 Aristoteles dicit, sapiens facile perspicit quid in quaque re uerum sit,
 & quod bonum esse non uult modo, sed & praclarum & iucundū
 putat, propterea quod induit habitum prudentiae atque uirtutis, &
 habitum quenque sua comitatur honestas & uoluptas, ut uulgus
 nō uidet quid in quaque re uerum sit, quia erroris & inertia habi-
 tum suscipit, quapropter illi praclara, atque iucunda, quae consistunt
 existimare bona, ut sunt corporis uoluptates. De opinione quae se-
 quitur habitum, Plato lib. 2. de legibus. Εὐ μὲν ἂ λῆος σαρπῆς τὰ
 μὲν κρεῖττα λαγύμῃ καὶ ἀγῶνι τοῖς ἀδελφοῖς ἐστὶν, τοῖς δὲ θηκαιοῖς κρεῖττο-
 τὰ δ' ἀγῶνι τοῖς μὲν ἀγῶνι οὖτος ἀγῶνι, τοῖς δὲ κρεῖττοῖς κρεῖττο-
 τὰ. Equidē plane dico ea quae mala dicuntur, improbis uideri bona, pro-
 bis mala, bona uero probis uera bona, improbis haberi mala. Hon-
 nestas & uoluptas dicuntur ab hoc tam pro honestate uera & uol-
 uptate bona, quam pro eo quod honestū uidetur ac iucundū, etiā si
 turpe est ac molestum. Nō enim solum de habitu bono, sed etiam de
 malo sententiam pronunciat. Quod habetur opinione bonū ἂ γα-

Deū φανταζομένον. Cic. uel ei opinione deserti sunt habitū. sequitur
 ne) Cic. sequitur enim ut si alia ab alia nunquam depellatur, ne con-
 tingat quidem alia aliā. οὐκ αἰσῶν, accidit, euenit sequitur. Quod
 appetat uoluntas) hoc est, appetere & uelle possit, ut nihil est quod
 dicas. Verperam deligit) verperam & recte contraria sunt. Cicero:
 seu recte seu verperam facere expernunt. Est autem) ἴω ῥ. uerbum
 ἴω pro ἔσθ non semel ab Aristotele ponitur. An hoc confirmandū
 ἄρα reddunt nonnulli, itaque, qui mihi falli uidentur. Non enim rati-
 onem colligit, at suam quasi dubitans sententiā pronunciat. Quod
 commodum sibi uideatur) Cic. rogat & arbitrium ut quos ei commodū
 sit, inuitet. Omnia recte iudicat) Cic. Plura iudicant homines odio.
 Idem Recte & ordine iudicant. sequitur uoluptas) Virgil. sequitur
 sua quēque uoluptas. Ergo) ἰδὴ ἴω ἰδὴ ἴω. In uidentō uero) Cic.
 ueri uideō cupiditati. Dolus adhiberi) Cic. Ne quis dolus adhibea-
 tur. solet) ῥοῖκα. Melius hic reddas, solet, quā, uidetur aut apparet.

DE uoluntarijs actionibus, de electione, consultatione, uoluntate
 disputant, quōd non sit uirtus nisi delecta, nisi consulto sponte q̄
 suscepta. Cui sententia repugnat̄ ij qui putant aut uirtutes aut uitia,
 aut habitus utrosque non esse in nostra potestate. Quapropter uide-
 bantur esse resutandū in huius rerum certior esset atque stabilior do-
 ctrina. Confirmat igitur uirtutes & uitia esse nostrae uoluntatis. Sta-
 tuit initio quae supra demonstrata sunt, quae commodē ex prioribus
 posteriora declarantur, ut in artibus, quae sunt ordine cōstituta. De-
 monstratum est si non certo necessariō quae, at probabili argumento
 finem ut felicitatem cadere in uoluntatem: quae ferunt ad finem, ut
 actiones uirtutum, uenire in consultationem atque delectā, & esse
 in nostra potestate. Ex genere dicit argumentum. Actiones quae ex
 uoluntate & electione proficiuntur, sunt ad arbitrium nostrum:
 actiones uirtutum ex his manant in his quae uersantur, quae uelle, cō-
 sulere, deligere possumus: sunt igitur in nostra potestate, si actiones
 & uirtutes, quae actione perficiuntur. Actio genus est, actio uirtu-
 tis species. Quod assumit ut notum iam est, quae dicta sunt, propo-
 nit. Nemo dubitat quin ea sūt arbitrio nostro, quae ex electione atq̄
 uoluntate proficiuntur, si quis tamē neget, ei fide facit quae sequitur.
 Quidā fatebantur uirtutem esse in nostra potestate, uitium negabāt
 esse no-

esse nostrae uoluntatis: in eos agit argumētō ex genere sumpto. Quōd
 in nobis situm est ut agamus, id etiam ut ne agamus est in nostra po-
 testate, & contra. si igitur in nobis est ut agamus honesta, est etiam
 ut ne agamus, & contra. Genus est, id quod agamus: species, hone-
 sta res, quam agamus. Illud enim latius patet, & ad res honestas, in-
 honestas, indifferenter pertinet. Genus habet pro noto, quia si non
 possumus non agere, sponte non agimus. Assumptionem admittunt
 qui uirtutem in nostra esse potestate dicunt. Ad rei dubia fidem uti-
 tur argumento ex contrarijs consequentibus. Si rei gerendae quae hon-
 esta sit nobis est potestas, erit & eius non agenda quae foeda sit
 ac turpis, sique non agenda quod honestum sit, nostra sit potestas,
 erit & agenda quod turpe sit & inhonestum. Haec sunt contraria ac
 consequentia, agere quae honesta sunt, non agere quae foeda sunt: Non
 gerere quod honestum est, gerere quod turpe est. Ex utraque argu-
 mentatione colligit, esse in nostra potestate ut probi simus aut im-
 probi. Ex quo refellit eos qui dicebant neminem sponte malum, con-
 firmat eorum sententiam, qui existimabant neminem inuītē bea-
 tum. Quo res omnis apertius intelligatur, aliam rationem adducit,
 quae usus erat quum de rebus uoluntarijs ageret. Quorum principia
 sunt in nobis, ea sita sunt in nostra potestate. homo actionum suarū
 principium est ac quasi procreator. Nam ad aliud principium referre
 non possumus. Ratio, quae ex genere forma colligitur. Genus non
 eget probatione. Aduersarij negent hominem esse actionum suarum
 principium, quod est iam confirmatum, pluribus tamē communit.
 singuli priuati animaduertunt in eos qui peccant si sint in eorum
 potestate, ut praecipitōres in discipulos, parentes in liberos, domini in
 seruos: Legnmlatores id publice faciunt: utrique exhortantur ad res
 honestas, reuocant a maleficijs, quod non facerent nisi tam honesta,
 quā in honesta uoluntaria essent. Non enim cohortantur ad non
 dolendum, aut esuriendum, & alia quae nobis inuitis accidunt. Haec
 ratio nititur signo, quod oratoribus & philosophis frequens est ar-
 gumentum. Eiusdem generis est quod sequitur. Cuius ignoratiois
 auctores sumus, eius poenas damus: cuius nō est nostra potestas, eius
 excusatione & causa nitimur. Id euidētior, id est signum erroris &
 uoluntarij & non uoluntarij. Respondent aduersarij nonnullos sic

esse natos, ut in rebus cognoscendis nullum studium ponant: nonnullos ad iniustitiam & intemperantiam proclivis. Aristoteles ut eos refutet, primum docet, naturam, ut isti volunt, non esse causam, sed habitum quem sibi genuerunt ipsi. Quod ut ostendat id assumit, quod supra demonstravit, ex actionibus habitus gigni, qui nos impellunt ad ea gerenda quae pepererunt ipsos: id planum fieri in multis, qui quod facere consueverunt, semper agere volunt, ut qui curru, equo, cursu, saltu, pila, alea diu certaverit. Non enim ad hac nati sed facti, non à natura, sed à consuetudine insituti. Hoc, inquit, ignorare ex actione rerum omnium gigni habitus, est hominis admodum stupidus & bardi. Argumentationi huic ex casibus & effectibus alteram adiungit ex coniugatis. Qui ius violat & agit iniuste, iniustus est: qui vivit intemperanter, intemperatus. Non est igitur cur nolint isti aut iniusti aut intemperantes videri. Dicit aliquis, habitus auctores sunt aut bonorum aut malorum, nec tamen sunt in nostra potestate. Virtutes igitur & vitia non sunt in nostra potestate. Fatetur habitum statim elui non posse, sed principium fuisse nostrae voluntatis, quod ex similitudinibus conficit. ut quidam morbi voluntarii sunt, qui non facile curari possunt, ut Lapis ultro proicetus recipi non potest, ut vitia corporis sponte contracta nequeunt deleri, arguuntur tamen & culpantur ut voluntaria, sibi habitus est nobis potestas antequam usu consueverit, non item ubi multans consuevit. Culpandus est tamen si malus. Haec similitudines ostendunt, quatenus habitus in nostra potestate esse dicantur, & cur nonnulli vituperari debeant. Contendunt alij ex aduerso. Omnes expectant id quod bonum videtur. Rem aut bonam aut malam videri positum est in ea facultate animi in quam vis à cadunt quae vocantur phantasiae. si facultas ea naturalis est non voluntaria, non opis est nostrae videre bona vel mala, sed id attributum naturae, quae quoniam concupiscit id quod bonum videtur, efficit ut omnes esse boni velimus. Istos repellit hoc modo. Quisque auctor est habitus inducendi, id quod ante demonstratum est. Auctor est igitur τὸ ἄριστον ἢ τὸ φαύλον, quia phantasia magna ex parte sequitur habitum. Ut enim quisque didicit, sic de rebus iudicare solet. Ex causa est argumentatio. Quia verò isti bona sibi attribui volunt, mala naturae, ubi rationes eorum verbis complexus est, diluit ex comparatione,

ratione, tot & tantas esse causas & easdem cur vitium sit voluntarium. Hac vis disputandi, quam Fabri & Donati & homines eiusmodi barbari, ignari, temerarii misere dilacerant. Alios docere voluit qui locos argumentorum, vim rerum, disputandi genus quo suis in libris utuntur egregij scriptores, profus ignorant. Lege si placet, quae scripserunt in hoc caput, affirmabis à vera dialectica alienissimos fuisse. Aristoteles uenturus ad singulas virtutes, quae dixit antea quaeque postea dicitur, commemorat, id ad memoriam confirmandam, ad animos edocendos, ad artis ordinem praescribendam ualeat plurimum. Virtutes & vitia sua non sunt in nobis: hac questio tam uariè tam grauiter agitata est aetate nostra, ut multi non indocti quid potissimum sequerentur, non haberent. Alij putauerunt hominis arbitrium nullum esse ad bona malum suscipienda, alij utraque libere suscipi, alij vitia non esse nostrae uoluntatis, uirtutes non item. Quaedam quum uellent hanc diuimere controuersiam, tempora partiebantur, dicebantque ante lapsam generis humani arbitrium liberum fuisse: Ex eo tempore ad usque liberationem non fuisse: A morte Christi liberatoris nostri iterum fuisse. Quid? Ea de re libri multi sunt editi, inter quos minimè conuenit. Quapropter statius esse uidetur lectores ad eos rejicere qui rerum eiusmodi scientiam profitentur, quam breui commentario docere uelle. Quia tamen est scientia morum, tradere uirtutes & vitia, quae frustra explicarentur discernanturque, si non essent in nostra potestate, non est alienum ab hoc instituto, quid sentiamus, explicare. Ego quidem existimo tam bona quam mala arbitrio nostro suscipi. Cur enim precepta seruanda praescribuntur, si bene agere non possumus? Cur leges? editae? senatus consulta? Cur suasiones bonorum? dissuasiones malorum? beneficia? laudes? imprecationes malefactorum? Cur praene, cruciatus, supplicia? cur tam multa uitationes ad populum? tot attestaciones? tot detestaciones? Quid praemia pollicemur bonis, mala malis comminamus? Quae de re docentur pueri: ciuitates bonis moribus instituantur? Quò tendunt tam multa scripta non ueterum modo, sed etiam Christianorum qui sapientissimi sunt habitus? Nec enim dignus est supplicio qui sua sponte non peccauit, nec praemio aut laude, in quo non fuit bene agendi potestas. Frustra detereas eum qui non potest non

agere improbe. frustra cohorteris illum penes quem recte faciendis nulla potestas est. alij igne calefacti, alij cremati, alij ruina oppressi, alij diluio extincti, alij hostibus missis necati, alij aliter à Deo propter scelera interfecti. Quid ita, si nihil sponte commiserant? Declina à malo, fac quod bonum sit, inquit uates. Qui possum? A ge bene, inquit D. Paulus, laudem consequeris. Is Tessal. sic hortatur, Quod bonum est sectamini, quod ad bonum est tenete. Qui fiet, si nihil arbitrio nostro fit? Dilige proximum ut teipsum. Cur id facere inbeor, si non habeo potestatem? Quicquid uouerit reddant, Numeri cap. 30. Quo pacto, si non est libera uoluntas, nota nuncupabunt, nuncupata reddent, qua incurrado confirmauerint, perscuerant? Quid est quod Reg. 11. cap. pecunia sponte & mētis arbitrio in templum dicitur inferri? id ne bonū est? Quid attinet optare? utram saperent? & intelligerent, si neque consilium, neque prudentia neque sapientia est in hominum potestate? Audi uerba mea atque consilia, Exod. 18. cap. Quid audiam, si non est liberum sequi quod maximè uolo? Cum status consilium inire noli. Eccl. cap. 8. Hoccine mea uoluntas? Quis homo cupit uitam? Lingua cohibeat, & quæ sequuntur. Et ne liceat uates ait, uiam ueritatis elegi, quod (ut opinor) non diceret, si nobis electio non esset. Quæ uolueritis, pauperibus erogare poteritis, Marc. cap. 14. Quæ maior est uirtus? quæ Deo gratior? Eam tenem dicit esse nostræ uoluntatis. Quid est quod Eccl. cap. 15. dicitur, Deum ab initio hominem constituisse, consilij fecisse potestatem, præceptiones, quas si uellet, obseruare posset, tradidisse aquam & ignem apposuisse, ad utrumlibet manum porrigere posse, uitam, mortem, bonum, malum obrulisse, utrum uellet id datum iri? Nemini edixisse ut impie ageret atque nefariè? Eane sunt obscura? an ab eo scripta, qui res diuinas non intelligebat? Quid est quod Dent. 30. cap. scriptum est, Deum proposuisse homini uitam bonumque, ex aduerso mortem & malum? Testor, inquit, celum & terram me proposuisse uobis uitam bonumque, eligite uitam. Ostenditne satis aperte, in nobis esse situm ut utrum uelimus, hoc deligamus? Quid sibi uult illud 10. cap. 22. Sin malis uobis uideretur seruire Deo, optio uobis datur, eligite hodie quod placet. Alia per multa adducere, si breuitas commentariorum permittet. At D. Paulus ad R. hili. cap. 2. scribit, Deum efficere uoluntatem perfectionemque. Nos

quidem

quidem certe inuat pro sua bonitate summa, sed hoc non efficit hominem arbitrio boni & mali carere. itaque Theophylactus in eum locum, Paulus, inquit, uoluntatem perfici nobis à Deo confirmat, ut est eius de uirtutibus sententia, non quo uim cuiusque & libertatē auferat, sed ut omnia Deo accepta referamus. At in epistola ad Romanos Paulus, Nō inquit, quod nolo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Quid tum? sententia est, Libertatem mentis atque rationis oppugnat appetitus, ne faciam quod nolo bonum. idem proclius est ad malum contra imperium uoluntatis. Nam ut est in Genesi, sensus hominis & cogitatio proclius est ad malum. Theophylactus negat uim necessitatemque Pauli uerbis indicari, bonum situm esse in animi potestate confirmat. At in eadem epist. scribit esse quibus destinatum est celum. Quidni? ad non possum non uenire, aut agere male si mihi destinatum est. itane uerò in occisione uoluntas libera nō est? Deus providit qui uita, qui morte digni erant futuri, dignos elegit, indignos postposuit. Num ob eam rem arbitrium sustulit? Cur Paulus omnes uocabat ad penitentiam, & salutem? Cur timebat ne qui credidissent, retro sublapsi referrentur? Cur ait ipsum castigare se, ne quum ceteros duceret, improbetur ipse? sunt improbi nugatores gauius, populus, ocio, ludo, fabulis, scortis dediti, qui omnia peruertunt, si uelint esse persuasum, nullum esse boni malum nobis arbitrium, ut omnia faciant impuns: interim non desinunt alios uituperare, qui uituperatione carenti neque malum neque bonum est in eorū potestate. Quorsum hoc inquit, nemo potest ad me uenire, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Quorsum? ut operi detu uirtutibus, faciatque quod est in nostra potestate, ut pater uos adducat ad ea capiunda quæ mens humana perse intelligere non potest. sed hisce de rebus nimium multa. Quinam ueteres consuerunt uirtutes & uita non esse in nostra potestate? Ostendit Cicero libro de Fato. Ac mihi quidem uideretur, inquit, quam duæ sententiæ fuisse ueterum philosophorum, una eorum qui conferent omnia ita fato fieri, ut id fatū uim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristippus fuit: Altera eorum quibus uiderentur sine ullo fato esse animorum motus uoluntarij, Chrysippus tanquam arbitrio honorarij, medicum fieri uoluisse. paulo post quid incommo-

kk

sequatur eos qui omnia fato tribuunt, ostendit. si omnia fato sunt, omnia sunt causa antecedente, & si appetitus, illa etiam quae appetitum sequuntur, ergo etiam affectiones. At si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne illa quidem quae appetitum efficiuntur, sunt sita in nobis. Non sunt igitur neque affectiones neque actiones in nostra potestate. Ex quo efficitur ut neque laudationes iusta sint, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia. Quod quum uisiosum sit, probabiliter concludi possunt non omnia fato fieri quaecunque fiunt. Hac ille. Stoici tribuebant fato omnia, tamen nescio quo modo dicebant liberam generis nostri uoluntatem. Cicero in hac in re non probatur. fuisse multos qui deos incusserent siquid euenisset mali, quasi liberum non esset arbitrium, docet Homerus his uersibus:

Ω ποτι, ἢ δῖον Ἰδὸς βροτῶν ἀτιμόατα,
 Ἐφικλῶν γὰρ φρεσὶ καὶ ἔμμοιαι, σὶ δὲ καὶ αὐτῶι
 Ἰφρον ἀτιμῶν ἀλιγῶν ἑσθδὶ μῆρορ, ἀλλ γὰρ ἴχουσι.

O dii, quidnam mortales incusant deos? Aut ex nobis euenire mala sibi, quum uisiani sibi ipsi praeter fatum mala pariant. Existimat liberam esse uoluntatem, id quod secuti sunt Pythagorici. Solon uideatur omnia tribuisse fato, illius extant uersiculi,

Μεῖζον δὲ θεὸν ἔστιν ἄλλοις φερέειν καὶ κακὰ καὶ εὐδαιμονίας.
 Δὲ δὲκ Ἄ ἢ φικτω Ἰδὸν γὰρ ἡμεῶν ἀδριεῖταιρ.

Eatum porro mortalibus affert bonū malūmq;. Nec quisquā uitare potest quae dantur a dijs immortalibus. Verane est haec enūciatio? Quod in nobis sitū est ut agamus, id etiā ut ne agamus est in nostra potestate) id quale sit, ex contrario perspicitur potest. Nō est sitū in nobis, haec est, nō est nostra uoluntatis ut alimentum coquamus in stomacho. Coquitur enim nobis inuitis. Iraque si uolumus, coquere non possumus. Eodē modo omnia quae praeter uoluntatē sunt in corpore, ut sanguis, spiritus, caro, tumor,acies, sic efficiuntur, ut si uolis, nihilominus gignantur, si uelis, cohibere sine alia uis non possis. Non uis pluuia, aut serenitatem, aut aliquid eorum quae non sunt in nostra potestate, nihil proficis: uis contrarium, tantundem efficis. Hoc item similitudine confirmari potest. Motus animalis est uoluntarius. Ut mouere se potest quando uult, ita non mouere, si ita uult. Qui lo-

qui

qui potest, idem tacere potest. Est eiusdem, surgere non surgere, annuere non annuere, iocari non iocari, edere nō edere, discedere permanere. Quamobrem uerum quod ait, si est nostra uoluntatis ut agamus, est eiusdem ut ne agamus, ut qui edicit aliquid, potest non edicere: qui bellum gerit, ei licet arma non mouere. Dices, non potest non mouere. Monet igitur necessario, quamobrem non est uoluntatis sed necessitatis. Nec si ad necessitatem adiungatur uoluntas, iccirco quod fiet, erit uoluntatis, quia nihilominus fieret, si non adiungeretur. Aliquid in nobis situm dicitur, quod facere & non facere possumus: ut, idcirco liberum est deambulare, quia possumus nō deambulare. Ex quo apparet illud quod ante querebamus. Hac quoque enūciatio uera, si rei gerendae quae honesta sit, nobis est potestas, est eius non agenda quae foeda sit. Nam si in nobis situm est uti liberalitate, possumus auari non esse. Quum enim contraria eodem tempore non reperiuntur in eodem, cui liberalitas est, ab eo sordes abfunt, cui fortitudo, ille uacat metu. Quum unum sequitur, alterum relinquit. Hinc laus illa praclara, potuit sed noluit, perdidisset si uoluisset, facere periculofo, quam turpiter pati, maluit. Quid impulit quosdam ut mala potius quam bona dicerent in nostra potestate nō esse? supra demonstrauimus ex sententia Platonis, neminem uelle mala quia mala sunt. Οὐκ ἔστι βούληται τὰ κακὰ ἔ μὲν ἄρ οὐδὲς. Nullus igitur o Meno mala uult. Qui mala uult, ductus opinione bona uult. Hinc, ut opinor, quorundam mansit error, qui dicerent neminem sponte malum, quandoquidem cupiunt omnes bonum, sed falluntur opinionibus, atque mala pro bonis eligunt. Adde quod nōnulli dicebant unā cum homine peccatum fuisse natum, οὐ φονεῖ τὸ ἀμαρτῆρας ἀδρῶντες, quia uidebant quam procliuus homo esset ad peccandam: quae natura dedisset, non existimabant esse in nostra potestate. Vt aerea genus hominum cupidum laudis est. Non est igitur mirum si bona nonnulli sibi attribuant, aliō mala deriuant. Fugunt etiam qui putarent a nobis inuitē fieri quae perturbationibus animi commoti facimus, id quod initio huiusce libri dictum est. Motus autē & affectiones in nostra potestate non sunt. His et alijs rationibus adducti nonnulli dixerunt neminem sponte malum, ut Timaeus apud Platonē, κακὸς μὲν γὰρ ἔκαστὸν εὐδὲς. Nemo quidem sponte

h h ij

malus. Et Athenæus apud eundem 9. ser. de Legibus, Οἱ γενεαὶ πατρὸς
 εἰς πατρὶ ἀσὶ ἀνορεῖς κακοί. Omnes mali omnino sunt inuitè mali.
 Quid est hoc similitudinè, Actionum procreatorem esse ut liberorū?
 Non omnino sic homo parens actionum, ut est liberorum. solus a-
 gere potest, non item liberus procreare. Vt liberi procreentur multa
 concurrere necesse est, que non desiderantur ab ijs qui prudenter
 agunt aut temperatè. At uerò similitudinè non eò dicuntur, ut o-
 mnibus in rebus cōferri possint ea que similia dicuntur. Nam lon-
 go spacio distant homo & apis, ut bellicosus & leo, fur & lupus.
 Hæc tamen inter se conferuntur, satis est igitur esse collationē qua-
 litatis persimilis in ijs qua comparantur, ut industria in homine ui-
 gilanti & apibus, aut formica. Sic pater cum procreatore, actio cū
 liberis comparatur in eo quod est esse principium rei uoluntarium.
 Pater est principium liberorū, procreator est origo rerum quas pro-
 creat ut actionum. Est in potestate patris non engerere, procreatoris
 non procreare. A patre ducitur motus, ab effectu actionum mo-
 tio. Itaque ut patri attribuntur liberi, sic actiones effectuori. Dicat
 aliquis, esse deum qui agit in nobis. Hoc Aristoteles non refutat, aut
 quia non afferebant eiusmodi causam ueteres illi quos repellit, aut
 certè quia philosophi est uiderè causam proximam qua cadit in ar-
 tem, non unam modo omnium rerum principium. Nominem esse a-
 ctionum parentem testantur uiri præclari, ut qui socratem philoso-
 phia parentem esse dicunt. Cicero, Socrates philosophia parens iure
 dici potest. Aristoteles, ut opinor, hæc ex aliquo ueterum duxit simi-
 litudinè. Legumlatores animaduertunt in eos qui neque ui coac-
 tū, neque imprudentiam, cuius authores non sint, lapsi, maleficia cō-
 mittunt. Cur excipit quum dicit, qui neque ui coacti, & que sequū-
 tur? Qui ui coactus aliquid egit mali, ut qui ab alio pulsus suffocavit
 infantē, non est dignus animaduersione. Qui fecit aliquid boni con-
 tra uoluntatem, præmium non meruit, ut qui delapsus ex alto, rui-
 na tyrannum perdidit. Imprudentia uenia datur, ut si quis occide-
 rit hominem petens feram. Imprudentia tamen corrigitur ea cuius
 est causa qui peccauit, ut si quis perignorantiam coluerit agrum die
 festo. Hic de rebus satis est disputatum in primū caput huius li-
 bri. Quod postremo diximus interpretatur ipse. Legumlatores, in-
 quit,

quit, eum qui per imprudentiam peccat, afficiunt pœna, si uideatur
 ignorantia esse causa, ut ebrijs duplices pœna constituta. Pitracus
 (inquit Arist. 2. lib. uolūt.) fuit conditor legum. Huius est propria lex
 qua iubet ebrios si percusserint, maiorem luere pœnam quam so-
 brios. Quod enim plures improbi sunt & flagitium cōmittunt ebrijs,
 quàm sobrijs, uoluit intueri ueniam, qua dāda potius est uino sepul-
 tis, sed commodum & utilitatē societatis humanae. Hoc obiectio-
 nis quid est? At forsitan est aliquis ea negligentia præditus, ut in re-
 bus cognoscendis nullum studium ponat? Paulò ante loquebatur de
 imprudentia & ignorantia, que sit uenia digna si modo qui lapsus
 est, adhibuerit diligentiam. Ne quis in prauum detorqueat hæc uer-
 ba, que aduersarij dicebant, occupat. Dicetè autem, paucos esse præ-
 clare natos, permultos esse nature frigide, pigre, seculi, lenta, stu-
 pida, qui si uelint, res intelligere non possunt, eos nihil sponte pecca-
 re, quos excusat naturalis ignorantia: esse multos igitur qui nō sunt
 sponte mali, sunt profecto non pauci hebetes & tardi, qui ut uide-
 tur, non procul à bestijs distant, quos Cleanthes dicere solebat à be-
 lius sola figura discrepare. Verū nemo, ut ait Quintilianus, reperitur
 qui sit studio nihil consecutus. Hebetes, inquit, & indociles nō ma-
 gis secundum naturam hominis eduntur, quàm prodigiōsa corpora
 & monstrosi infœria. Sed hi pauci admodum, fuerit argumētō quòd
 in pueri elucet spes plurimorum, que quam emoritur atate, mani-
 festum est non naturam defecisse, sed curam. Nobis propria est men-
 tis agitatio atq; solertia, unde origo animi celestis creditur. hæc ille,
 Aristoteles, cur nonnulli, inquit, sint eiusmodi causam afferunt ipsi
 dum remisse dissolutæque uiuunt, hoc est, non eiusmodi natura pro-
 duxit, sed ita se torpori liguorūque tradiderunt, ut nature solertiam
 omnem amiserint. Deinde in uirtutibus & uirijs id quale sit, ostendit,
 ut hinc res apertius intelligatur. Errant interpretes qui ista con-
 fundunt, quasi una modò sit sententia. similitudo certaminum
 quanam est? Ludos multos in Grecia celebrari solitos ex uindaro su-
 pra demonstrauimus. Alij certabant equo, alij bigis, alij quadrigis,
 alij castu, alij saltu, alij lucta, pleriq; cursu, nonnulli iaculo, permulti
 musica & carminibus. victores magnam sibi gloriam quærebant si
 non apud omnes, at certe apud grecos istius gloria percipidos. Exer-
 k k ij

cebantur antè longo tempore & magistris operam dabant ij qui erant certaturi, ne pro nomine ignominiam referrent. Exercenti cōsuetudine sibi comparabant artem, quantoque sapius aliquid agebant, tanto ad illud agendum aptiores erant, ut ij qui apud nos pila certant. Hinc philosophus similitudinem ducit. ut ij qui se ad certamen exercent, id agere pergunt, quod expedite facere uolunt, propterea quòd ex actione generatur habitus, sic qui iusti aut temperantes esse uolunt, iusta atque temperata frequenter agere debent, ut consuetudo exercitatioque perficiat id quod non est à natura datum. ut pugil fit, non nascitur, sic fite imperans, haud nascitur. Ut palastrites habitum plane querit, sic fortis aut iustus. Quorsum illud prouerbū, Quam quisque morit artem, in hac se exerceat? ut intelligamus opus esse exercitatione & usu quo periciuntur artes. Quò pertinet illud Horatianum? Quod medicorum est? Promittūt medico, tractant fabrilis fabri. Id antea iam docuimus, quum de habitu mentionem faceremus. Intemperati & iniusti non possunt nō esse tales? Id dicere uidetur his uerbis. Qui facti sunt eiusmodi, non possunt nō esse tales. Eò tendere uidetur similitudinem quam ducit à morbo, & à lapide iactato. Cicero uidetur idem confirmare de sententiā stoicorum, qui scribit Tuscul. 4. Morbus & egrotatio auelli inueterata nō possunt. De morbo animi loquitur. Hoc dicit philosophus. Non possunt quum uolunt non esse tales. Qui morbo laborant, conualescere tandem possunt, non quum primum uolunt. Qui lapidem iecerunt, si non statim recipere at certe quum deciderit, possunt. sic habitum malum propellere, bonum suscipere tandem possumus, non continuò possumus. Est enim cōsuetudo uelut altera natura, quam deponere perarduum est. frangis citius quam corrigis (inquit Quintil.) que in prauū induruerunt. Protinus ergo ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus est puer. habendumque in animo semper illud Virgilianum, à deo in teneris cōsistere multum est. Θεογονίη. Μὴ μὲν διδασκῶν, οὐκ ἄρα ἕλικος ἄμ. Ne me doce, quia non id atatis sum. Abijt in prouerbium, γὰρ οὐκ ἐδιδασκαλῶ, quod eum qui longo tempore imbibit consuetudinem, aliud docere operosum sit. At enim ut illud difficile sit, fieri tamen potest. Multa emendat atas, ut libidinem ueneris, ut profusionem bonorum, ut petulantiam. multa

corrigit

corrigunt leges, ut confessiones, improbas sodalitates, ini qua commercium. Multos reuocant à consuetudine peccandi disciplina, suasiones, exhortationes, pericula, societates. ut Alcibiades ex probò factus est improbus, sic Octavianus Augustus ex improbo probus. sed ut nemo repente malus, sic nemo repente bonus efficitur. Nemo reprehendit eos quibus est à natura deformitas. id ne uerum? Protagoras apud Platonem dicit ea uicia que natura dedit aut fortuna, grauius ferre, monitione amoliri, docere poena afficere neminem, sed miserari potius. improbi reprehendūt omnia. Obijciunt ut probum claudicationem, pedum prauietatem, gibbum dorsum, cecitatem, magnitudinē capitis & paruitatem. De tam petalistris & indomitis hominibus, quos peruersus arguit quia rideant luscum, non agitur, sed de ij qui culti sunt & humani, quorum nullus obijcit uicia naturalia, nisi forte nimis exultantem cohibere uelit. Nam, quod Cicero scripsit, qui se iactat, ridiculo digni sunt. Rideas caecam qui de coloribus iudicat, aut impudenter rem literariam cūctaminet: illud claudo auide saltare cupienti Loricpedem de bona forma gloriantem uituperabit rectus. Adde quòd non est hominis improbi ridere deformitatem qua nihil habet calamitatis. Itaque Homerus facit deos excipientes visu Vulcani deformitatem. Ἄρδεις δ' ἄρ' ὠδὲ γέλωδ' μελάερετα δέειν. Quid est quod ait de uisō? Quid sit uisum. Cicero docet in Acad. uisum est quaedam quasi impulsio sensuum oblata extrinsecus, & quidam acceptum sensibus, ac impressum efficiuntur; ex eo quod percipit sensus. A uulgo barbarorum dicitur imaginatio à quibusdam cōceptio sensus cōmuni, à Latinis uisum, à Graecis φαντασία. Nomine graeco utitur lingua Callorum phantasia dicit. Quid est autem phantasia? sumitur interdum pro animi facultate quae forma accipit à sensu: tam collocat nonnulli in prima particula: intelligentiam in media, memoriam in extrema. Nonnumquā ponitur pro conceptione facultatis illius. φαντασία δὲ ἰσχυρὸς καὶ ἰσχυρὸς ἢ τῆς φαντασίας ὁμοίωσις, id est, animi facultas, atque ratio uerum que animo uisa sunt. Distinguitur à sensu. Sensus exterior, phantasia interior. sensus tantum percipit id quod adest quodque praesens est, phantasia etiam quod abest. Accipit à sensu & informat iudicium. Nec est idem quod phantasia dicitur à Macrobio uisum. Phantasia

dormitantium est phantasia vigilantium. In sensu iudicium quoddam, in animo communi perfectius, in mente perfectissimum. Ab Aristotele dicitur hic vis quaedam naturalis sentiendi & de rebus opinandi. In alijs est perfectior, in alijs minus perfecta. Sed ut alia omnia, arte & usu perfectitur, sensus nō docetur, sed exercetur. Phantasia docetur, & exercetur. Quamobrem cultus hominibus & eruditio aliud uidetur, aliud rudibus & incultis. Id philosophus ostendit quum dicit non acumine naturali cuique uideri extremam qualecunque sit, sed aliquid exquiri prater illud, ut habitum qui exercendo docendoque copatur. Cur habituum cause adiutrices dicimur? Quia, sicuti antea diximus, iuuat natura que alios ad aliud procliuiores efficit, iuuat etiam fortuna, que aperit occasiones. Habitus uirtutum uitiorumque actionibus referuntur acceptæ. Sed alij ad agendum promiores sunt, ac rebus magis secundis fruuntur. Itaq; si non sola gignunt habitus, causas tamen alias iuuant. Id uero de aliorum mente potius quam de sua dixit. Socrates nascentibus datum uel aurum, uel argentum, uel deterius metallū dicebat, ut ostenderet hominum discrimina uarie distincta, de cuius sententia nonnulli dicebant in dolo bona & excimia natura præditum eū qui uerum finem bonorum uideret. Que uis est orationis huius? Accessio partiu singulariu minus est nota, quemadmodū in agrotationibus) Coparat incrementū agrotationis quæ habitu crescente. Ut qui longo tempore morbum contrahunt, tamen si magis ac magis indies augetur, uix tamen sentiunt incrementum: paulatim mutatur humor ac deterior fit, ut sanguis: quum tandem peruenit eō status, ut alere nō possit, atque naturam sustinere, morbus expletur, aut si nimium bilis excreuit, aut pituita, aut calor, aut istorum plura: sic qui gignunt habitum, non sentiunt partium eius accessionem. In iuriam fecerit quis uis, facile reprimitur: alteram, tertiam, quintam attulerit, necdum radices egisse habitus uidebitur. Eō tū sape reuertetur, ut se ipse continere non possit. Mirabitur proclinitatem, & unde tantum malum sit natum tacitus quaeret. Qua consulere) Cic. Hoc cōsulo quod tu cōsulere oblitus es. Principiū hoc male uerterit ceteri interpretes, nouissimus pessime, ut hoc in loco permuta. Nostra est potestas) Cic. Tota potestas eius rei tua est. Faciendū potestatem habemus)

mus) Cicero. Ne consistendū quidem in ciuitate habeo potestatem. Dicere est falsum) Cic. Longum est dicere. Alioqui) ū significat hic alioqui, non aut. Procreator) Cic. a procreatoribus amarentur. Hæc clara sunt) Cic. Clara res est toto orbe terrarū, atque notissima. His rebus esse testimonio uidentur) Cic. Cui rei testimonio sunt literæ. Habent honores) Cic. Honorem hominibus habitū consecrari arbitrat̄ur. Quasi bonos adhortatur) melius sic quam ceteri interpretes. Nihil cōducit) Nihil utile est. πὸδ ὄργην, hoc est, opere precium & utile. Ut erare nolimus) Vetus interpretes & Argyr. legūt, πὸδ ἰσχυρίων δού, ut erare in codicibus antiquis. Ceteri auferunt negationem, nec animaduertunt alicui suaderi posse ut doceat, ut famē ferat. Tenes eum potestas) Cic. Penes Pompeium potestas. xvi. & est is penes quē potestas est, nec semper recte conuertitur dominus. Teneri debent) scri. Ter. Teneo que erres. Per incuriam) Cic. Viruperanda est tanta incuria. studium ponant) Cic. In artibus cognoscendū omne studium suū posuerunt. Agunt dolo malo) κακοῦργῶν est agere dolo malo. Certamē) ἀσφάλεια certamē est & puona. Agere pergunt) Cic. Agere perrexi. Omnium gigni habitus) ἕξασ. In quibusdam codicibus perperam scriptum ἑξάσας, quod secuti nōnulli aberrarunt. Ius uiolat) ὀνόμα, sic reddidit Cicero. Medicorum dicto non audiens) Cic. Respondit dicto audientem fuisse prætoris. Recipiendi lapidem.) Cic. Quæ Max. Tarentum recepit, ἀλάκτι. Mutilam partem) τμήματος interdum orbitas, aliquando cecitas, sape mutila pars, ut hic sumitur. Tæditatem) turpitudinem. Cic. In hac uersitus fæditate sumus. Cecus morbo) Cic. Cecā crudelitate & scelere ferri uidentur. Vel icū) ἀσφάλεια, melius sic quam uulnere. si uero) Hæc periodus ab alijs mire confusa. Per ignorantiam) Cic. Per ignorantiam translata. Ipsa per se expetens libera) αὐθαιρέτως, id est, ἑκόντως. Acties) ὄψις, recte sic uertitur. bona in dolo præditus) ἐν φόνῳ. Eam quā) id est, italem, qualē, sic Cicero sape. Profecto enim) Cicero. Profecto enim negare non potes. In conspectum animi datur) Cic. se in conspectum dedit. Quoniam) quæ assertur causa) ἡ ἕξις αὐτῶν. hæc uerba paucis cognita, significant id quod asseruit alij quam obrem uirtus sit uoluntaria. Adiutrices cause) ἀσφαλαί. uulgo concause uocantur. Communiter diffusatum) Cic. Commu-

Cap. 6.

niter quaedam de omnibus præcipi possunt.

QUID sit virtus, definitum est libro secundo, partes eius numerate, extrema circumposita. In alium locum reiecta est de singulis virtutibus disputatio, propterea quod ante fuerunt explicanda quæ sunt omnium virtutum communia, quàm ad singularum proprietates veniretur. Hæc communia sunt inter omnes virtutes, agere sponte, facere consilio, habere delectum, esse nostræ voluntatis: his expositis ad proprietates cuiusque veniendam. Primas habet fortitudo, quâ obrem supra iam demonstravimus. Proprium est eius in formidinis ausis que versari. Hoc quidem nullus est alterius commune virtutis. Iam videndum quænam sint quæ metum incutiant. Mala, inquit, id confirmat eorum sententia qui metum definiunt mali expectationem. Ex qua definitione colligit, à nobis timeri quæ mala sunt omnia. Ac ut intelligamus quæ mala dici solent, ponit exempli gratia, quæ ad animum pertinet ut ignominia, quæ ad corpus ut mortem, quæ ad fortunam ut pauperiæ. Ut enim sunt tria genera bonorum, sic et tria malorum. Querendum deinceps, Num in omnibus quæ timentur, fortis homo cernatur? Non in omnibus malis, inquit, versari fortis videtur. Utitur argumento ex proprietate. Proprium fortis est, vacare metu. Quædam mala timenda sunt ut ignominia, in his igitur non cernitur fortis. si quis ambigat cur sint timenda, respiciet impudentem esse qui non metuit. Ex genere ducta ratio. Animi vitia timenda sunt omnia. habes ergo genus malorum in quo minime versatur fortitudo. Num in cæteris omnibus versari potest? Nequaquam, ut in morbis, invidia, propinquo rum contumelia, pauperiæ. Id ostendit argumento ex consensente. Qui pecuniam cõtemnit, non metuit pauperiæ. Qui timidus est in bellicis periculis, nõ est fortis. Hæc sunt ἀνάλογον δὲ, pecuniam contemnere, et non metuere pauperiæ. et hæc, timidum esse in bellicis periculis, et nõ esse fortem. Iunge unum cum altero, contemptum pecuniam cõ metu periculi, reperies minime contraria. poterit ergo cõtemnere pauperiæ vir timidus. Ex his effice multa afferri mala à temeritate fortium, in quibus ferendus non cernitur fortis, ut si quis virgarum plagas impavidus expectet. si fortitudo non est in omni genere malorum, quæ quædam videtur, in quonam potissimum sit? in maximo, inquit,

id pla-

id planum facit ex proprietate viri fortis. eius est proprium teris maxime terribiles sine metu perferre. Mors autem maxime terribilis, quia omnium rerum est extremum. maxime igitur in morte cernitur fortis, nec in omni, sed bellica. Argumento sunt honores qui habentur mortuis in bello non in alijs periculis. Tãdem docer qui proprie fortis habendus sit, et quid inter sit inter fortem et cum qui vitam degit in periculo maris. Proposuerat sibi philosophus finem, ut inquireret qui proprie fortis haberetur: paulatim sustulit ea quæ cum alijs communia sunt, ut ei relinqueret quod solus habet. tunc apparet eos aberrare maxime qui de materia nugantur. Proprietates rerum considerari possunt, non habita ratione materia: ut, proprium est dialectici, argute differere. Quæ de re non habet materiam propriam. Author est Aristoteles in rhetoricis. Non laborat hic de materia, sed de proprietate cuiusque virtutis. Nec fortitudo versatur in formidinis ausis ut in materia. Ex materia aliquid effici potest: ex vitiosa formidine, aut proiecta fiducia nihil boni fieri potest, virtutis est autem aliquid efficere boni, si bona sunt eius actiones. sine materia nullus agit artifex. Fortis sine formidine et audacia semper agit. At versatur in malis, in quibus, ut in materia. Nequaquam. Artifex non auferit materiam suam, sed informat. Fortis mala auferit aut tolerat nõ informat. Ne tibi videatur absurdum, quod inquirens proprietatem fortitudinis, utatur argumentis ex proprietate sumptis. Utitur eo quod quisque det, fortem vacare metu. id autem et audacia commune esset, nisi modus adhiberetur, qui communis est virtutum. Fortitudo cur in ordine virtutum primas habet? ut diximus in libro secundum, animo rationis experti datae sunt duæ quasi sedes cor et iecur, quarum prior est in corde quæ θυμῶδης appellatur, in qua statuitur fortitudo. Idcirco virtutum moris est prima, sunt qui definiunt hoc modo, ἀφοβία ἔστι ἀρετὴ τοῦ θυμοειδούς καὶ τῶ θυμῶδους ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνδρῶν φρόνησιν ἔχει. Ἰδὲ πικτορ. id est, fortitudo virtus est animosa partis, quæ præditi nullo metu mortis commoventur. Et ætæ ἀφοβία dicitur ὁμοίως ἰσὺς ἀφοβίας hoc est à viro, quia sit virtus propria viri non muliebris animi. tunc ille versiculus antiquus in timido, Vos etenim iuvenes animos geritis muliebre. Cicero in Tuscu. Viri propria maxime fortitudo. Ad-

ll ij

de quòd splendidissimum videtur (ut est apud. Tul.) quod animo magno elatoque humanasque res despiciere factum sit. Quapropter splendore suo commotus animi sapientis ut ei daret primas. Quibus splendore proprio virtutis sit in rebus arduis versari, nulla versatur in re magis ardua atque difficili, ut debeat anteponi. Λαβεία (ut ait Xenophon) ἡράται πῆσι τὰ μέγιστα. Fortitudo virtus utilis ad res maximas. Plato. ἡρόδι γὰρ τὸ εἶδος ὁ λάχης ὅτι τῆσιν πάλιν καλῶσιν περὶ μέγιστον ἤντι οὐ ἀσφοδία ἐστίν. Λάχης. Εὐ μὲν οὖν ἰδοὶ ὅτι τῆσιν καὶ Μίσω) Propemodum video, Laches, existimare te fortitudinem ad res admodum praclaras pertinere. Ne dubita, inquit Laches, quin eam esse verum pulcherrimam putem. Illa virtus primaria quae salus est quaedam reipub. Eiusmodi fortitudo. Plato de repub. Ἐὐπείαια λίω τινὰ ἐστὶν πάλιν ἀσφοδία. Dico salutem esse quandam fortitudinem. Huius virtuti tantus honos est habitus, ut quum virtus diceretur, fortitudo potissimum nominari videretur. Caesar. Tanta virtus in hoste fuit. Virgil. Nunc prece nunc diis virtutem accendit amara. Hæc quum ita sunt, non omnes tamen eam primam collocarunt. Athenæus apud Platonem dicit esse primam prudentiam, alteram temperantiam, tertiam iustitiam, quartam fortitudinem: hunc ordinem à natura esse præscriptum. Cicero dat ei locum tertium. Cuique sua ratio est. Ut nihil est neesse statuere primam, ita in ea sede collocata, videtur dignum se obtinere locum, ut vir fortis in commentu, ut Hercules inter Heroes, Achilles inter principes Græcorum. Quorum est hæc definitio: Metus est expectatio mali: Socrates apud Platonem dicit, τὰ δεινὰ μέλονται κακὰ ἐστίν, hoc est ea quæ terrori incutiunt, esse futura mala. In Protogora Plato scribit φέρον ἢ δὸς ἐστὶν ἀσφοδία τινὰ κακῶν, id est metū & timorem quandam esse mali expectationem. hoc Protogora et Hippia visum esse. A Cicero ex Stoicorum sententia definitur, opinio magni mali impellitū. Tus. 4. sic, Metus opinio impendentis mali quod intolerabile esse videatur. Alibi, Metus est dissidentia expectati & impendentis mali. si spes, inquit, est expectatio boni, mali expectationem esse neesse est metū. Ex his perspicui potest metū nō esse expectationem cuiuslibet mali, sed magni & impendentis. Nam mala parva non afferunt metum, ut iactura quadrantis. Nec timentur ea quæ longe absunt aut abesse videntur, ut interitus

ut interitus naturalis. Malum autem præsens non igitur metum, sed aggritudinem. Metus & spes ad futura spectant. Verba philosophi sic interpretare. Res sanè formidolosæ, id est plenas periculi, timentur. Hæc sunt, ut simpliciter, hoc est, breviter ac summam dicam, mala. Quapropter Protogoras, Hippias, Socrates & alij quidam, metum definiunt mali expectationem. Metuimus, inquit, paupertatem & morbum. Non ita multo post, paupertas & morbus non est res extimescenda. Quæ coherent ista? Nihil repugnant. Valens hominum metuit morbum atque paupertatem. Hanc Theognis accusat, Πᾶς γὰρ ἀδὴρ τινὶς & Αμυμυλὸς οὐδὲ τὶ ἀνὴρ, οὐδὲ ἔξῃσι δυνάει. Omnis homo paupertate domitus neque dicere neque facere quicquam potest. Euripides, οὐκ ἔστι πτωχὸς ἰσὸς αἰχμῆς θεῶν. Nulla paupertatis ades est, dea nimis iniua. In malis fortuna & paupertas morbumque numeratur. Nō igitur est mirū, si vulgo timentur. Neutrum verò malum forti viro extimescendum. Cicero Tus. 5. Quis non paupertatem extimescit? neque tamen quisquam philosophorum. Multa dicitur cur paupertas non sit extimescenda, & tandem, Dies, inquit, deficiet, si uelim paupertatis causam defendere. Pauperrimi fuerunt optimi Græcorum Aristides, Phocion, Epaminondas, Pelopidas, Socrates: optimi Romanorum Curius, Fabritius. Eiusmodi viri fortes non metuiebant paupertatem, quam Cræsus summo odio persequebantur. Morbum nec expetere nec timere debemus. Malum quidem, sed viro forti constanter expectandum. Nam si fortis metu mortis non frangitur, qui morbum morte leuiorem metuens itaque philosophi irident Philo-ctetem qui vulneratus misere queritur in tragedia. Dicit aliquis, si Stoici dicerent nihil esse metuendum præter uitium, quia in uirtute sola summum bonum ponit, in uitio summum malum, nec aliquid ducunt in malis præter uitium, consentanea uideretur hæc sententia. Quum uerò faciat Aristoteles tria genera bonorum in quibus sit facilitas, totidem malorum, in quibus miseria, qui conuenit hæc eius de fortuna malis sententia? Certè fortis uolet esse felix & miseriam timebit. Ne plane confirmet, ista non esse metuenda, ponit itaq; hoc esse fortasse, quod dubitatis est quodammodo. Quid si uelis hæc esse confirmantur, hoc dices, his malis non auferri beatitudinem, sed quæ grauius irruunt, quodammodo inquinari, ut dictum est antea, non

circo metuenda quia virtutem & felicitatem plane obtrere non possunt. Vitium & quod oritur à vitio esse metuendum, quia id solum funditus enervat felicitatem. Itac de re per multa M. Tul. Tuscul. 5. At, inquit, ignominiam timet fortis, quae non semper oritur è vitio: timet liberis & uxori contumeliam, metuit invidiam. Quomodo igitur non repugnant ea quae à philosopho dicuntur? An excipit ignominiam, contumeliam propinquorum, invidiam? cetera non existimat esse metuenda? Nò ita mihi videtur. Ne ista quidem metuet abiecit se nullà accident illius culpa. Non enim se comparavit in omnes fortuna impetus, qui semper metuit sua fama, uxori, liberis, propinquis. Non timuit ignominiam relegationis Aristides, quam à civibus patria expellendus videretur. Non exhorruit infamiam damnationis Socrates, quam videret fore ut ab undecimviris damnaretur. Vter eorum timuit invidiam? Quis unquam res arduas gessit sine ulla invidia? secunda fortuna comes est invidia, quam qui formidat, prosperitatem repudiare debet. Num Collatino dedecori fuit quod uxor eius Lucretia contumeliam pertulerat? Num Virginito, quod Appius eius filia abuti cupiebat? Neuter, istud evenire noluisse, uterque pro suo sensu commotus est, sed se non abiecit in eum metum qui turpis & factus esset: hoc malum si providisset, nec amoliri posset, constanter, opinor, egressus. Haec tametsi vera sunt, non possumus tamen negare omnino abesse metum. Quis homo sapiens non metuat infamiam etiam innocens? Quis omnino metu uacet, si liberis & uxori imminet stuprum? Itaque Peripatetici laudant mediocres animi perturbationes, effrenatas vituperant, ut inam, cupiditatem, molitiam, misericordiam, emulationem, metum. De metu laudabili Cicero de sententia Peripateticorum Tuscul. 4. Metum vero si quis sustulisset, omnem nisi diligentiam sublatam fore dicunt, quae summa esset in eis qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent. Dicendum igitur eorum verum esse metum quendam ingenium, non illum turpem & factum, qui fortitudini contrarius est. Itac duo genera metus, si de mète principis eius scèta distinguere voles, licebit hoc dicere, fortem metuere mortem, morbum, dolorem, ignominiam, invidiam, contumeliam suorum, sed ingenue timere. Non enim est illi (ut cum Persio dicam) fibra cornea,

non est

non est triplex in pectore, ut verbis Horatii loquar, non ferremus cor, ut nullo modo commoveri possit. Itaque Virgilius Aeneam suum fortissimum lachrymantem facit, atque misericordia participem, & qui patri metuat, ne ab hostibus occidatur. Extimescenda sunt vitia, hoc est, magnopere timenda. Cetera mala metuenda quantum metuat homo prudens. Id certe rectius est quam quod de perturbationibus animi severa nimis stoicorum disciplina tradit. Nihil ne morte magis horrendum? Multi sibi manus attulerunt, ut ignominiam vitarent, in quibus Cato & Thraseas stoici. Multi petierunt à magistratibus ut mori liceret, ad evitandum tadum vitae. Non pauci perierunt voluntaria inedia, quo finirent dolores. Plurimi se iccerunt in Tyberim ut famem fugerent. Per multi irruerunt in voluntariam mortem qui Hegesiam philosophum de morte disputatam audissent. Olim apud Indos uxores inter se lite contendebant, utra cum viro mortuo viva cremaretur. Sunt igitur quae morte graviora existimantur. sanè. Aliud alij maxime terribile, ut honestissimo ignominia, iustissimo scelus, anarissimo paupertas, libertatis amarissimo servitus, castissimo stuprum ut oblatum, ignavissimo graue periculum. Nò omnibus ergo mors est perhorrenda. Quid ergo? opinio & consuetudo quadam facit ut multi despicant mortem, sed aliud natura suadet, de qua nunc agitur. Hoc enim dicit philosophus, nihil esse terribilius morte, si communcem hominum rationem sequare. Nam quò generi animantium omnium sit à natura tributus, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque; ea quae nocitura videantur, cum animates omnes hac lege naturalis mortem pertimescunt; tum homo maxime, qui scit eam esse (ut Horatius ait) ultimam lineam rerum. Mors, inquit Tullius, fugitur ut dissolutio natura. Idem in Epist. Omnium rerum mors est extremum. Cur tam multa de contemnenda morte scripta sunt? Quàm multa Plato, quàm multa Xenophon, stoici, poeta omnes veteres, Cicero, ea de re scripta reliquerunt? Lege sis Tusculanarum Quaestionum primam, perlege apologiam Socratis, percurrere tragœdias Euripidis. Videbant ab omnibus mortem formidari, iccirco perturbationem tam grauem conabantur auellere. sed nec eo metu uacabant ipsi, nisi quum se multis magnisque rationibus confirmassent. Dicamus igitur nihil esse terribilius morte, nisi grauissima

calamitas aut spes summa aut sapientia inuisam fecerit hanc vitam incundam quidem certe videre lucem errorem atque stellarum, contemplari celum, hoc pulcherrimum opus Dei, mundum, suscipere elementa uarijs animantibus stirpibusque plenissima, frui nature commoditatibus, aliquid agere, versari inter amicos, alios iuuare, ab alijs uicissim iuuari. Natura indidit amorem uiuendi, quem tum sentimus quum periculum grauius instat. Hinc fit ut etiam luceamus eos qui luce priuati sunt: amiserunt enim que sunt in hac uita bona. Nec bonum, inquit, nec malum ad mortuos pertinet. Quapropter si fortis est esse animo fidenti in maximis terroribus, certe in periculo mortis potissimum cernitur. Dicantur & alijs in rebus fortes, sed maximè in ea morte contemnenda qua habetur omnium pulcherrima. Nihil ne bonum aut malum ad mortuos pertinet? Quid igitur sibi uolunt popæ funebres, splendidi apparatus, epula, libationes, mausolea, pyramides, extructa magnifice sepulchra, ludj in honore mortuorum? Cur effodiuntur ad ignominiam quorundam cadauera? cur sepeliri quadam prohibentur? Cur interdum animaduertitur in mortuos? Nihil ne sentiunt boni, fauces: nihil mali, insuetales & miserij? Quid ita dicebat libro primo res amicorum secundas & aduersas ad mortuos pertinere? Animos hominum immortales esse credidit Aristoteles, ut ostendi in librum primum. Ad eos bona aut mala pertinere dicit capite undecimo lib. i. nec propria solum sed etiam amicorum. sunt igitur illius sententiâ bona mortuis & mala. Hic uerò loquitur de sententiâ multorum qui iccirco mortem pertimescunt quia mortuos bonis omnibus priuatos existimant. Aut certe pronunciat hanc sententiâ, bona & mala quibus utimur in hac uita, ad mortuos minimè pertinent, qui nihil auferunt secum. iccirco multitudinim mors uidetur esse grauis ac terribilis. Cic. Tus. i. Quis est igitur qui suorum mortem primum non edo luctat, quod eos orbatos uita commodis arbitretur? Non autem confirmat nulla mortuis esse bona, sed nulla esse ne que bona neque mala uideri. sunt qui existimant de bonis alterius uita nullam ab eo mentionem fieri, qui non quid sentiat hic, inquirunt, sed quod uidetur ipsi, hoc pronunciant. Pompei autem funebres & ea que antè dixi, solatia sunt uiuorum potius quam mortuorum, indicant tamen immortalitatem. Quid,

inquit,

inquit Cicero, sepulchrorum monumenta, quid egijs significant, nisi nos futura etiam cogitare? Inducant charitatem atque uim affectionis humane, quam Liberator noster minimè despexit quum sepeliri & inungi corpus suum permisit. Afficiuntur interdum mortui poena aut quasi poena ut uiui terreatur, qua etiam mortuos affici credibile est. Id sane existimauit uetusitas, qua multos in tragedia querentes facit, propterea quod corpora à morte grauius essent afficta. Mors in prelio cur pulcherrima uidetur? qui naufragio, aut insidijs latronum, aut ruina, aut morbo perijt, nulli decernuntur honores à ciuitatibus. Cur ita? Honor & primum, uirtutis est merces. In istis moriendi generibus qua uirtus esse potest? Omnes naufragium grauius ferunt, omnes moleste patiuntur necem prædonum. Nemo rinam libens excipit. Morbo resistent ij qui possunt. Quum sit uirtus omnis uoluntaria non uerjatur in ijs que feruntur æge. Quod si quis patienter ferat mala presentia, laudatur quidem, quod iudicium uirtutis est, sed iccirco parua uidetur esse uirtus, quod necessitati parendum sit. ijs autem qui fortiter in prelio mortui sunt, honores exhibentur, alijs statua eriguntur, alijs trophæa, alijs eduntur certamina: ijs qui graue periculum subierunt fortes, aut corona, aut phalera, aut hasta, aut aliud honoris causa datur. Nemo suo pramio caret nisi apud ineros aut inuidos. Cur ita? primum non erat necesse adire bellum. Si erat necesse quia uacatio non dabatur, non erat tamè necesse grauius periclitari. Quod si fors ferebat ut esset periculum grauissimum, poterat tamen omitti defensio, fuga subsidium legi. Si nullus erat fuga locus, erat ignauia, ut arma abijcerentur, uita peteretur. Nullus igitur fortiter agit inuitus, sed ultro descendit in periculum pro ciuitate. Id uerò pulcherrimum facere quod pauci aut propè nulli faciunt, ut interriti sustineant hostem, pro patria mori ne dubitent. Id autem multo pulcherrimum, bona alijs comparare quibus non utaris ipse. In eo genere fortes mortui qui patriam, aris, templa, sacra, profana tutati sunt, quibus alij fruereunt in ocio. Hoc diminum, nibili pendere que mortalia caducaq; sunt, eternitatis habere rationem, in quo laudantur Codri, Decij, & alij propè infiniti qui pro suis ultro oppetierunt mortem. Id autem longè pulcherrimè quod sapientissimi qui que maximè laudant. Quis autem non modò

poeta & orator, sed etiam philosophus veritatis indagator, ab oratione populari alienissimus, non exultat in celum fortes: de quo Tull. in Off. Que magno animo & elato fortiter excellēterq; gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus. Hinc rhetorum cāpus de Marathone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris. Hinc Decij, hinc Cn. & P. Scipionis, hinc M. Marcellus, & innumerabiles alij, maximeque P. Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ quod statuas quoque videmus ornatu ferè militari. Virgilius mortem cum fortitudine coniunctam vocavit pulchram 4. Georg. Corpora bello obiectat, pulchramque petunt per vulnera mortem. Quod si mors cinis in animantibus mutis est pulchra, quanto pulchrior in ijs, que ratione & prudentia nituntur pulchrum fuit semper, obire fortiter in tuenda patria, & hodie tam honestum at qui sic oppetierit vulgo dicantur in honoris lectulo iacere. Xenophon igitur & Aristoteles iure dixerunt ἄσπῆκται εἶναι ἡδύμιστοι. Fortes cur egre ferunt mortem in aquis? Aristoteles hoc dicit, opinor, quod ad videt fortes apud Homerum graviter ferre naufragium, ut Ulysses Odyss.

Τοῖς μοῦλαις δαίμοι καὶ πῆρας, οἱ τὸν ὄλοστο
 Τροίης ἐν δόμοις, ἔχον ἀσπίδα καὶ φερόντες.
 ὡς δὲ ἰσχυρὸν φίλον παῖτα ἢ πῆμα ὠδὸς παῖτα,
 Νῦν δὲ μετὰ λυγρὰ καὶ διεκτὸν ἄμαρτον ἀλλοτρεῖα.

Hæc Ulysses in medijs procellis atque tempestatibus maris. Forticissimi Greci, qui Agamemnonis & Menelai gratia perierunt in planicie Troie. O utinam interijsem cum illis & mortem oppetissem. At fata voluerunt me nunc ignobili tristiq; morte unci. Virgilius imitator Homeri sic Aeneam facit in tempestu fluctu loquentem:

-O tæque quatæque beati

Quæ ante ora patrum Troie sub mœnibus altis
 Contijxi oppetere. O Danaùm fortissimæ gentis
 Tydide, mene Iliacis occumbere campis

Non potuisset tuæque animam hanc effundere dextra?

Molestè ferunt eam mortem que sit ignobilis, eam desiderant quam nomen & gloria comitetur. Aeneas timet. Aeneas solus tantum frigore membra, hoc est metu. Ingemit. Cur ita? Cræne est, inquit servus, perire

perire naufragio, quia anima ignea est & extingui videtur in mari, id est elemento contrario. Eiusmodi rationem Aristoteles non affert, sed illam mortem non esse pulchram & honesta gloria dignam. Quamobrem cupit uterque mori in prælio ubi opus est viribus & eximia virtus apparet. Apud Ennium Thyestes orat ut naufragio pereat Atreus, quod & talis interitus non est sine gravi sensu, quodq; honore & gloria caret. In formidinis & ausis) Qui dicunt metus & fiducias in numero multitudinis, audacius loquuntur. Qui formidinem & audaciam vertunt, numerum minimè coacti mutant, & Træges quod potius in bonum ducitur, expriment verbo Latino distari. Numerum & verborum proprietatem servamus. Autoritate verba confirmamus in librum secundum. Antea iâ dictum est ἵδῃ καὶ πῶς τὸν ἀπειτα. Sequuntur verba in quibusdam libris, φασὶ δὲ γὰρ καὶ χύματα, que iccirco non consentimus, quia inutilem continent sententiam, & in antiqui codicibus non erant.

Formidolosus) Cic. Fortitudo in eis verbus que formidolosa videntur. simpliciter dicā) Cic. simpliciter breviterque dicendum. Cur hoc verbum fuerint quidam non video. Amicorum inopiam) Cic. Tātane nobis inopia videor esse amicorū? Qui vertit amicorū destitutionem, non intelligit cum destitit qui amicos habuit, non qui caruit amicis. Pudens) Cic. Pudens & probus filius. Ex translatione) ἔπι μὲν τοσοῦτος, id est similitudine quadam. Extimescenda) Cic. Nec ob eam rem necessitas extimescenda est. Fidenter) Cicero, Agerere fidenter audebit. se gerentes) Cicero, sic in provincia nos gerimus quod ad abstinentiam attinet. Contemptum) ἵεξ ἐδῶ. hoc verbum consentunt alij erogationem, nec improbe, alij largitionem, sed perperam. Nos contemptum reddimus, quod sic magis accedit ad philosophi mentem, Qui pecuniam contemnit, κατὰ δὴ. Fidenti animo) Cic. Fidenti animo gradietur ad mortem. vapulaturus) flagris cadendus. Tolerabilis) Cic. Dolores tolerabilis patientur. Ferhorrenda) Cic. Non perhorresco. Nihil habet mors quod sit horrendum. Ad mortuum) Cic. pro sex. Ros. Cui fama mortui, fortuna uti commendata sunt atque concedita, ignominia mortuum affecerit, &c. Est qui non existimat hoc verbum numero priore dici posse, nisi nomen persona adhibeatur: itaque τὸν ἄνθρωπον semper conuen-

tit mortuos. Apparet quàm sic Ciceronianus statuere licet) sic uer-
timus, dicitur A. pr. Demosth. in Andro. & dicitur, statuta sunt. His cõ-
sentaneis) Cic. His temporibus consentaneum genus literarum. Im-
minuentibus) & τὸ γὰρ male uerit Argypor. repentina. At uerò τοῦ
κλῶ ἀλλὰ, melius sic quàm attamen aut quinetiam. Qui uitam de-
gunt in mari) & ἀλάτῃσι. Malus sic interpretari quàm nocere nau-
tas. Non omnes & ἀλάτῃσι sunt naua. Desperant salutem) Cic. ser-
ui desperantes uitam domini. Bene sperant) Cic. in deo te bene spe-
rare. Natura dissolutionibus) & τὰς φ. & τὰς φ. Cicero, Mors est dis-
solutio nature. Aprius dici non potest.

Cap. 7.

Quæ sit fortitudinis proprietates, & qua in re maximè cernatur,
ut eius definitio inueniretur, antea demonstratum est. Vir fortis est
definitus is qui morte præclara, & quæ mortem afferunt immi-
nentibus, stat intrepidus. Quid superest? Non satis est ostendere quid
res sit, sed etiam uidentium qualis & quanta sit & quid efficiat.
Quærendum igitur quoniam modo stat intrepidus fortis, quadoqui-
dem iam dictum est interritum stare & impavidum. Respondet for-
midolosum malum non omnibus idem esse, distinguitque formas ge-
neris huius, ut ostendat nullum esse graue malum, in quo fortis om-
nino sit intrepidus. Distinctio est huiusmodi. Cuique sua formido,
timet auarus inopia, non timet eam fortis ut graue malum. In
eo genere penè stat intrepidus. Quædam mala supra hominem sunt,
ea metuit fortis, quoniam terribilia sunt homini non amenti. Quæ-
dam grandia sunt mala nec supra hominem, ut que imminent à bar-
baris, ea diligentius considerat magisque timet. Quædam minora, sa-
pienti minus timenda. Quædam grauiora, ut que afferunt ignomi-
niam & mortem, sapienti fortique metuenda. Quædam leuiora, mi-
nus formidanda. Ex his efficit, non in omnibus malis eodem modo
stare impavidum fortem. Quoniam modo stat impavidus? Nummavo
more, inquit: Nō est uti saxum, sed afficitur hominum more pro ua-
rietate periculorum. Quid postea? Si uaria sunt pericula, uaria consi-
stendi rationes, uarij timores, quærendum deinceps quis adhibendus
sit modus, & respondet, ita mala esse metuenda, ut tamen honestatis
causa sicuti decet ratioque postulat, perferantur. Id quoniam minus
est dilucidum, explicat assumpto contrario, quod appositum facit ut
alterum

alterum magis eluceat. Homo fortitudine uacuus plus minus uie-
mer, haud metuenda pertimescit, aliter atque rectum est metuit. Nō
habet rationem temporis, loci, personæ. Contraria fortis sequenda.
Quia contrariorum est eadem disciplina, ex contrario fortem descri-
bit eum qui tolerat, metuit, audeat ea que decet, cuius causa, quem-
admodum, quo tempore decet, qui dignitatem rationemque obser-
uat. exposita ratione consistendi, quid præterea quærendum? Quid?
Num satis sit ita se gerere in periculis? Hæc enim omnia feruari pos-
sunt, aut laudis, aut gloriæ, aut etiã alterius Launiae causa. Ergo re-
spiciendus est finis, quò referatur omnis actio. proponit istuc, Fortitu-
dinis honestus est finis. Id cõfirmat argumento ex genere. Finis omnis
actionis ad habitum cõgruens est. Est igitur finis actionis huius qualis
habitus est, bonus autem habitus ad honestum, finis igitur honestus.
Habes quis qualisque sit homo fortis, quid aliud quæris? Quid uelim
mibi explicari qui peccent in eo genere. sic enim cognosciam uitia
circumposita, & hinc apertius uirtutem perspiciã. Vidit, id esse pro-
ximum, quapropter exponit qui transcant lineam recti, nimis cõ-
fidentes & audaces, qui citra medium torpescant timidi & ignaui.
In qua disputatione nō est arti dialecticæ locus. Ad ne satis? Satis qui-
dem certe, nisi uelit comparare fortem cum audaci, quandoquidem
audacia fortitudinem frequenter imitatur. Vult, & comparat accõ-
modate. Quòd autem qui sibi manus atque truces dicti sunt esse for-
tes, & tales haberi uoluerunt, amolitur eiusmodi sententiam argu-
mētatione ex causa. Omnia sunt igitur ordine collocata. Ne tu que-
re nugæ illas quas priores de ratione disputandi reliquerunt. Vide po-
tius ordinem questionum, quem cum ueteres, tum Aristoteles ma-
xime prosequitur. Illud cuiusmodi est? Quod est formidolosum nō
omnibus idem) ostendat qua in re formidolosa maxime uersare
fortis. Ei ueniebat in mentem esse multa tam grauiam quibusdam
tamque terribilia quàm exitium, id adiuicit, primum ut in qua sen-
tentiam dixisset, mortem esse perhorrendam, uideremus, deinde ut
sciremus, opus non fuisse enumeratione omnium rerum qua terro-
rem afferunt, postremo ut distingueret formidines, & quomodo se
gereret uir animo forti, demonstraret. vt ante diximus, malum ter-
ribile auaro inopi, ambitioso ignominia, amanti detractio uolu-
mm ij

ptatum, ebrioso potus inopia, uerecundo publicum dedecus, timido bellum, uita cupido mors, tranquillo seditio, iusto iniquitas, scelerum conficio iudicium. Græco fuit horribilis seruitus, Romano tyrānis & dominatio, Iudæo cerimoniarum uiolatio, ceteris aliud. Alij ueneniū sumpserunt ne uenirent in hostium aut inimicorum manum. Alij se precipitarūt, ne palam pro maleficio pœnam darent. Alij metu paupertatis laqueo spiritum præcluserunt. Exhorruit triumphum Cleopatra, suspitionem stupri Lucretia, maritorum necem Vortia & Arria. Quod igitur formidolosum, non omnibus idem. Aristoteles in Ethic. Eudem. τὰ φοβερὰ τὰ μὲν ἀπὸ δῆς ἀπὸ, τὰ δὲ τινι. Terribilia quædam simpliciter appellantur, quædam sic uocantur quod unum aliquem terrēt. Quæ sunt ex eo suapte natura terribilia? Quæ plurimos terrent, & humanam cōmouent naturam. τὰ δὲ ἀπὸ αἰσῶς φοβερὰ καὶ ἔσται τῆ ἀποραπῆς φύσει, τὰ δὲ ἀπὸ δῆς λέγεται. De quibus agit philosophus: τὰ δὲ τὸν τω. Hæcine fortis metuit? ἢ μὲν ἀποραπῶς, φοβερὰ ἢ δὲ ἀποραπῶς, οὐ φοβερὰ. Terribilia sunt homini, non itē homini forti. Quia homo sit, metuit: quia fortis, nō metuit. Εἰ ne perferre debet? Non omnia, sed quæ ratio iubet. ὁ δὲ λόγος τὰ μὲν ἀλλὰ λυπηρὰ ἢ φθαρτικὰ οὐ καλὰ ἢ ἀσπομύθη, ἢ μὲν καλὰ ἢ. Ratio non iubet ea perferre quæ graui afferunt dolorē & exitium, nisi præclara sint. Quæ sunt terribilia supra hominem? quæ nulla ratione ab homine uinci possūt, ut terræ motus, hiatus, uorago, præcipitium, ruina ingens, procella, fluctus, tempestas, diluuium, uentus immodicus, fulmen, lapsus grandius & lapidus è celo. Hæc & alia generis eiusdem metuit fortis, quia superant hominum uires, nec afferunt ei laudē quem mole sua oppresserūt. Amphiaræus igitur metuens hiatus terræ nolebat ad bellum Thebanum proficisci. Agamemnon ne periret in undis, immolauit filiam suam Iphigeniam. Aeneas apud Virgilium fugit grandinē & celi ruinam. Cui fuit ornamento quod fulmine perisset? cui non potius dedecori, ut Tullio hostilio? Quis eo nomine laudatus est quod uentis reslasset, aut fluminibus obluētatus esset? Dicit aliquis, inuētus est Romæ Currius qui se precipitem daret in terræ hiatus, ex quo habitus est fortissimus. Habitus sane quod nomine patrie uicisset id quod aliter uinci posse nemo putabat. Quid si multi impetum faciunt in unum, quibus

resistere

resistere non possit? Tum sine ignominia fugeere potest, quia uis maior est ac supra uires uirius. Leonidas tamen est laudatus, quod longe maiore uim sustinisset, laudatus & Cocles. Id factum est, propterea quod si non potuerunt uincere, potuerunt tamen ad tempus sustinere, dum ceteri sibi salutem quaererent. Videndus est igitur finis, non id solum quod affert terrorem. Virgilius commendat Lausum quod ausus sit ire contra fortiorem ut patrem suum tueretur.

-Nec te iuuenis memorande fitebo.

Non probat quod incolumi patre diutius pugnauerit.

Quod moriture uis, maioraque uiribus audes?

Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille

Exultat demens. Vocauit incautum atque dementem. Quod si demens est ille qui pugnat in unum fortiorem, nisi magna causa compellat eum, quanto dementior ille qui certat in ea quæ uinci nequeunt, aut frustra impetum facit in plurimos? Terribilia differunt magnitudine & eo quod magis & minus terribilia sunt, inquit. Duo ne dicit an unum? Idem ne differre magnitudine, & magis & minus esse terribile? euerunt qui nihil interesse arbitrarentur, in quibus Leonardus Aretinus. Quorum sententia refelli potest ex ijs quæ scribit Aristoteles de quantitate. οὐ δοκᾷ δὲ τὸ πᾶν ἰσοδύναμις εἶναι ἢ πλεονάζει ἢ ἑλάττωται. Cui quātitas inest, non uidetur permittere ut dicas magis minus ue numerus est, tempus est, pedale est. Quantitates tamen differunt magnitudine. Maior elephantus quàm culex, Apenninus quàm uerruca, celum quàm terra, annus quàm dies, plura quinquē quàm tria. Horribilia quæ sunt, differunt magnitudine, ut exercitus maior et minor: Draco maior, draco minore: Gigas armatus, Tydeus in armis: Grande tonitruum & paruū. Magnum incendium, & mediocre. Grando magnitudine pile, grando magnitudine auellana. Differunt etiam eo quod magis & minus terribilia sunt, ut leo magis terret quàm ursus etiamsi minor sit, tigris quàm leo, uipera quàm colubra, fulmē ardens, quàm afflūs, exercitus armatus quàm inermis, eques quàm pedes, barbarus quàm humanus & excultus. Magnitudo quantitatit est: Magis minus ue terribile, qualitatis. In magnitudine spectatur moles, in qualitate natura. Ea quorum fiducia nitimur quæ sunt? Græci ἀπερὸς ἀλλὰ νομᾷ,

quæ Plato dicit esse bona, ut horrenda, mala. Ea sunt omnia quæ faciunt ut plus habeamus animi fiducia, ut in re militari robur, celeritas, exercitatio, arma, nobilitas, locus munitior, maiores copiae. Plus audeat copiosus exercitus quam paucus, audentior armatus quam inermis, nobilis quam ignobilis. hinc illud, Tantâ se uos tenuit generis fiducia ueltri? Fortuna si fauere consuevit, fiduciam auget, cuius opinione Caesar multa subiit pericula. Δειδάλια non possunt uno uerbo dici latine. Differunt autem magnitudine, ut machina bellica quæ lapides torquent, fidenciores reddunt milites quam arcus & sagitta, quoniam maior est moles & impetretur eo quod magis minus ne confirmant animos, ut magis confirmat usus & exercitatio quæ robur, ut hæc duo sint paria. Querat aliquis cur hic mentionem faciat τὸ δὲ τῷ Δειδάλια. Quia terribilia & animi confirmantia contraria sunt, quæ cadunt in eandem disciplinam. Ut est uiri fortis nihil nimis timere, sic est eiusdem nulli rei nimium confidere. si φοβερὰ sunt mala, cur Δειδάλια nō sunt mala, quum extrema sint in uitio? ista non sunt omnino contraria, sed effectiōne tantum contraria, quod illa deprimentur animus, hæc excitat, ac inuuant fortitudinem, aut saltem minime oppugnat. Plato in Lachete, δεῖν μὲν τὸ μὴ φοβῆσθαι τὰ κατὰ φύσιν, Δειδάλια δὲ τὸ μὴ ἄγαν δειδῆσθαι τὰ μὴ κατὰ φύσιν. Dicimus esse terribilia quæ mala futura sunt, animi confirmantia, quæ mala non sunt, aut certe bona futura sunt. Ex his planum sit errare qui dicunt fortitudinem moderari timori & audacia. Audacia semper est mala, Δειδάλια, aut bonū, aut non malum. Quibus modis peccata nascuntur rerum terribilium metu unus est, si timeantur non timeanda, ut Romani metuebant, si firmius hæssent signa, si mula peperisset, si canes ululassent. Alter, siquid nimium timeatur, ut Tyberius adeo metuebat fulmen, ut turpiter sub lectum se mitteret. Alius, siquid timeatur quo tempore non licet, ut milites Caesaris ante metuebant quam Aruicistum & eius exercitum uisissent, ea de causa ab duce graniter obiuroati. Quartus siquid formidatur cuius causa non decet, ut Cleombrotus inuidiam timens temere cum Epaminonda manum conferuit. Laudi fuit & Fabio Maximo quod non anteponeret rumorem salutis. Quintus, si quis timeat quem admodum non decet, ut si nūc insidias moliat,ur,

nūc fugam sinulet, sepe lateat. Hinc utuperati Cræci qui doli eiusmodi uerterunt illum. Nemo, inquit M. Tullius qui fortitudinis gloriam consecutus est, in insidijs & malitia laudem est adeptus. Nihil enim honestum esse potest quod iniustitia uacat. Fortis omnibus his uitijs proictis uirtutes habet cōtrarias. Mala tolerat honestatis causa, ut Mutius scamola pro salute reipub. adurit manum. Omnis enim uirtus sibi proponit honestum finem. Metuit quæ decet, ut tempore tem, ut ciuium internecionem. Fabius Maximus timuit inire præliū cū Annibale, ne reimpub. labefactaret. Erat metuenda clades. Ausus est tandem id quod decuit, in præliū descendere, ut Minutium ciuesque seruaret. Habet rationem loci, ut si sit in exterarum gentium finibus, minus audacum putat: temporis, ut canit receptui si tempus uideatur aduersum: dignitatis, ut grauiora pericula adit centurio quam serentarius: causæ, ut audendum magis est Menelao cuius causa reliqui pugnant: modi, ut seruet decoram in animaduersione, in omni re uerenda. Hæc oratio, vnaquæque res sine suo definitur, quid sibi uult? Omnia ad aliquem finem referri dictum est libro primo. Si finis est bonus, ea dicuntur bona ut ea quorum finis suapte natura bonus. si finis est malus, ea uidentur mala. Rogare pauperi propter gloriæ cupiditatem, malum, quia non suo sine sed alio definitur id quod alioquin erat bonum. res sacras administrare propter pecuniam, nefarium, quippe quum finis ille non sit proprius. Fortiter agere (ut ad propositum uerteramur) ut reliquos in seruitutem redegas, non est laudabile. Non is debet esse finis. Hoc sibi uult philosophus. Qualis est habitus, talis est finis. Habitus enim creuit ex actionibus, impulsit ad actiones generis eiusdem, quæ spectabant ad eum finem ad quem comparatus erat habitus, ut habitus fortitudinis mouet ad id agendum ex quo natus est, natus autem propter honestatem: agitigitur propter honestatem, honestus ergo finis eius. unaquæque res sine suo, non alieno, definitur, hoc est declaratur. Dices. si finis est talis qualis habitus, cur non habitu potius res quam sine metimur? Quia ante nobis proponimus finem quam habitum comparemus, ut ante medicus proponere debet curationem quam habitum medicinae quaerit, is enim medicina finis est. Quid si aliud proposuit, ut pecuniam? Nihil contra nos, quia ante propo-

nit aliquem finem. Quid si comparavit habitum prudentie, & abutatur illo ad fallendos homines? iam finis nō erit congruens ad habitum. sane. Virtute abuti nemo potest. si quē fallit, alium iā quasi habitum, non agit ex prudentia. Quid si perperam agat, ut recta faciat, ut si furetur ut erogat inopi, illene finis metitur opus? Nequaquam. Philosophus non dicit rem sine quolibet definiti, sed sine suo. Male actionis malus est finis. rhetorica finis est bene dicere, si quis orat ut innocentem perdat, non utitur sine rhetorice, sed calūniæ. Ut ergo recte iudices, tenendum quid, quō sua natura debeat referri. Est ne qui omni metu uacat? hominis est aliquid timere, propterea paulo ante dicebat, fortem esse impavidum, sed humano more, hoc est ita ut non nihil metueret quæ sunt humane mortalitati formidolosa. Exiit igitur hominem qui nihil omnino timet. Quapropter illum dicit esse furibundum & doloris ac sensus omnīs expertū. Mezentius apud virgilium ed proiectus est audacia ut nō homines modo uerumetiam deos contemnat, metuit tamen filio ne in prælio occidatur. Non reperis opinor quempiam nisi mente captum qui nihil omnino metuat: nec ille queritur, sed qui nihil metuat pericula quæ sunt alijs formidolosa. Talis fuisse dicitur ille Mezentius. Celta de quibus agit, timerunt liberis, uxoribus, propinquis, timerunt ignominiam & probrum. Quærendum igitur, sit ne qui nihil omnino metuat id periculum quo percat ipse. Nec desunt nec desuerunt, non dico qui spem abiicissent, & mortem auidi quærent, sed qui etiam uitam non agere ferrent. Tales educatio & barbari mores efficiunt. Qui consueuerūt à teneris aspernari omne periculi genus, eō tandem perueniunt audacia ut nullum metuant. in exercitu Alexandri Magni & in copijs Annibalis fuerunt nonnulli tam multis periculis defuncti, tot & tantis immanitatibus exercitati, in tot cadibus uersati, ut sibi iam non timerent. Quidam reperti gladiatores in arena tam audaces ut nihil neque alienum, neque suum sanguinem penderent. sunt homines adeo acerbis, iracundi, præcipites, immanes & feri, ut sine mente sine more, uuant in pericula, nec animaduertant quando, quemadmodum, quæ de causa sit audendum. Eiusmodi sunt pauci. Olim non ita multi, quæ causa fuit cur Græci nullum imposuerint nomen. Celta qui sunt? Caesar in primo commentario,

mentario, & T. Linius Decad. 1. lib. 5. Celtas dicunt esse tertiam partem Gallorū qui sunt inter sequanā & Carum nā. Caesar testis est certissimus, qui diu mansit in Gallia. Veteres imperitiores locorū, Gallos omnes dixere Celtas. Ea de causa Suidas scribit Celtas incolere flauiam Rhenum, & Germanos uocari. Celta (ut scribit Linius) occupauit Alpes, Italiam quæ est ad mediolanam, Tyrhœniam quæ regnate Tarquinio Prisco. Hinc (ut opinor) factum est, ut incolæ Rhemi, Alpium, Gallie, quondam Celte uocarentur, quod esset tum apud Celtas imperium, latæque regnarent. Euerunt qui dicerent Celticam regionem porrigi adque Maotin & scythiam, ut Plutarchus scribit in Mario. Ad Græcos obscura fama de Celtis peruenerat. Quam obrem Herodotus ait Celtas εἶναι ἕτα ἀρχαίως γαλλίας, esse ultra colunna Herculis, καὶ ἕτα ἀρχαίως ἢ καὶ καλῶς, & ἵστῶν initium duxisse ex finibus Cæsarum. Itaque dubiū est quos Anaxioteles dicit Celtas, an Gallos ad Carumnam sitos, an omnes quos ueteres appellauere Celtas. Ego quidem existimo cum nihil habuisse certi, propterea usum fuisse uerbo, aiunt. Gallos olim barbaros & immanes fuisse constat adeo ut passim immolarent dijs homines, siue grauiter egrot assent, siue in periculum aliud uenissent, utque exuerent uiuos ad simulachra deorum, de quo Caesar etiam meminit. 6. & Mela. Gentes superba, inquit, superstitiosæ, aliquando etiam immanes adeo, ut hominem optimam & gratissimam dijs uictimam crederent. Uit qui se in rogos suorum uelut anā uicturi libenter immitterēt. ualer. Max. Fortis Cimbrorum & Cæliberorum philosophia, qui in acie gaudio exultabant, tanquam gloriose & felicitè uita excessuri lamentabantur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. καὶ ἔτι ἀσθεροφροσύνη τῶν καὶ τῶν πάλαι πατρῶν ἀγαθῶν. τῆς δὲ ἀμολίας τῆς γέρας & κατὰ τὸ σκεπτικῶδες, τῶς δὲ διῆρας τῆς οἰουδῶς οὐδὲ ποτε ἰλιόει. Celta negocia omnia ferrum gestantes administrant. In primis colunt eos qui dilatant imperij fines. Nunquam domorum fores claudunt. Verba sunt cuiusdam Nicolai de moribus gentium. Ex his & alijs apparet illam gentem quondam fuisse immanem & audacem, non eam tamen quæ nihil omnino metueret, ut erat in Græcia fama. Audaces, inquit, horribilia quæ sunt, non perferunt. Ut ergo sunt audaces? Nonne plus audent quàm for-

tiſſimi? Distinguit aliud genus hominis confidentium, qui non iccirco dicantur audaces quòd in hostiis periculis plus audeant quàm fortes (sic enim horribilia quæ sunt, fortium more perferrent) sed quòd aut nò metuunt timenda, ut salmoneus non urebatur irâ deorum quum fulmen imitaretur, Thracæ nò ita dissimiles qui Ionem tonantem sagittis petebant. Aut nimium confidenti quando non opus est, ut Terentius Varro opus prælii commisit cum Annibale, deinde fugit, Æmilio manente: aut audent cuius causa non licet, ut Caesar in subigenda patria, in spoliadis insontibus. Aut effrenati sunt atque proiecti quemadmodum nò debet: ut apud Homerum Troiani, in compositi ruunt in prælium barbarico ululatu permiscentes omnia, deinde terra uertunt. Videas plerosque qui principio ad læsendum audacissimi sunt, ubi res incaluit, aufugiunt. Eos appellare possis ἀγαυοδιδουρ, id est, non sine metu confidetes, audent enim plus satis, hinc audaces uocantur, tandem degeneres timor ostendit. Eiusmodi ferè sunt arrogantes. Attribunt sibi quod non habent. Clorantur, ut ille Thraç, & fortes cupiunt uideri. Irruant temere, tandem ut Turnus ille clamitant, tua sit Lavinia coniux. Timidus eur facilius deprehenditur quando nimium metuit, quàm quum fidit parum? Quum fidit aliquantulum, putes esse fortem, quòd ad eum simulatione quadam uideatur accedere, ut quæ ceteros hortatur, timidus uituperat, imbelles abijcit, quod si unquam antea, nunc plerique factitat faminarum similes. Quum maxime trepidat, facile est animum cognoscere, quum abiecto clypeo fugit, quum turpiter orat ueniã, quum facit indigna uiro. Timidus longius discessit à forti: parum confidēs, non item. In extremis sunt ueluti quidam gradus, alijs alij multo euidentiores. Quum Paris iret contra Menelæum, uidebatur esse timidus, quia parum confidebat, qualis esset tamen, erat obscurum: quum turpiter aufugit, omnes facile intellexerunt quid haberet animi. Sicut uita quæ uirtutes imitantur, ut audacia fortitudinem, metus parum confidens prudentiam. Ea difficilium à uirtute separantur.

Id ne uiri fortis, afferre sibi manum? Video quosdam laudari qui sibi mortem conficiuerunt, ut Q. Catulum, propter inimicitias quas cum Mario susceperat, L. Cornelium Merulam, ob eandem causam, C. Licinium Calpi patrem, ne bona publicarentur, Catonem, uirtutum,

Thraçeam

Thraçeam, alijsque permultos ut sua necis potestatem inimicis præriperet. Idem fecere multi tum Græci tum barbari, à posteris laudati, secuta mulieres, ut Lucretia, Cleopatra, Portia. Existimo nò esse laudatos à sapientibus, quòd manus sibi attulissent, sed quòd ignominia mortem prætulissent. Nec tam laude celebrati sunt, quàm misericordiam erga se commouerunt eorum qui tales homines dignos fuisse uita putauerunt. Mollis est animi (inquit Arist.) res fugere laboriosas. Qui propter uitandam molestiam sibi non parcunt, non ij propter honestatem quæ finis est fortitudinis, extrema patiuntur. Expectanda natura uel fortuna. Nec abruptendum uinculum corporis & animi priusquam Deus id quod habendum permisit, repetat à nobis. Virg. 6. Æneidos hanc licentiam damnat:

Proxima deinde tenent maximi loca, qui sibi letum

Infontes peperere metu, lucimque perosi

Proiecere animas. Quàm uellent athere in alto

Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Fata obstant. Idem ponit in lugentibus campis animos qui amore contabuerunt, ut Phædra, Eriphiles, Euadnes, Cenci. Sic quos durus amor crudeli tæbe perdidit. Damnatur etiam Martialis,

Nolo uirum, facili redimit qui sanguine uitam:

Hunc uolo, laudari qui sine morte potest.

Lex redigit in solum bona eorum qui sibi manus attulerunt, si aut criminis postulati sunt aut in scelere deprehensi, ut est in lib. 48. pan. de c. de bonis eorum qui ante sententiam, mortem sibi conficiuerunt. Non animaduertit in illos qui tadio uita uel impatientia doloris, coacti sunt id facere. Quum sit homo pars Reip. quumque nulli sit amicus qui sibi ipse sit inimicus, iniuriam facit & Reip. & natura qui se interimit. Quòd si cui tanta calanitas accidat, ut excusandus esse uideatur, is tamen honore fortitudinis afficiendus non est. Fortitudo non est cum ægritudine coniuncta. supra hominem) τὸ δὲ ἀρετῶν. Cic. Ratio recta constansque quæ supra hominem putanda est, deòque tribuenda. Intra uires natura ἀρετῶν. & in hoc genere rectè conuertitur intra, ut intra modum, intra leges Cicero dicit. Perperam uertitur, quæ homini possunt accidere. Ea sunt intra uires, quæ non superant uires. Quorum fiducia nitimur) Σὺ γὰρ

λίκη, quæ faciunt ut confidamus. Impavidus) ἀνικταλῆς, cui non est animus percussus timore. pessimè igitur à quodam, reprehensione carens. Ratio postulat) Cic. Ratio postulat. Quum dixeris ὅς θεὸς ἔστι ἢ ἄς ὁ λόγος distingue, extrinsecus sume verbum ὑπερηβλή, ne turpiter erres cum interprete quodam qui vertit ἄνθρωπος ἢ postulat. Is igitur fortis) Hæc sententia mirum in modum à quibusdam confusa, tametsi non est difficillima. Duo verba ἄνθρωπος ἢ traicta sunt in alienum locum, ut apparet ex veterum libris. Ponenda sunt statim post illud, ὅς θεὸς. Fine suo definitur) Cic. bona voluntate definiunt. Præter modum) Cic. Præter modum crevisset. Indolentia præditus) ἀνάλγητος. Cicero, Res expetendas indolentia metuntur. Dissimulatione) πλεωκτικὸς. ponitur & pro eo qui simulat & eo qui uendicat. Quia paulo post audacem dicit imitatorē, conuerter hoc uerbum melius dissimulantem quam uendicantem. Varia) ἰδέεας, non eodem modo.

Cap. 8.

DE vera fortitudine disputatum est, alter est locus eius quæ fortitudo nominatur quidem, sed reuera non est eiusmodi. Eam distribuit in genera quinque. Vnum proficitur ex legibus ciuitatis, alterum ex usu & exercitatione, tertium ex ira, quartum ex spe, quintum ex ignorantia. Primum est quum ciues adit periculum, adducti legum poenæ probisque, & honoribus excitati. Hoc genus iocirco primum statuit, quoniam superioris est persimile, quia propter nerecundiam & honorem suscipitur. Quod si coactus quis agat fortiter, à virtute magis recedit. Quare possit illud membrum secundum uelut deterius. Ad ciuile genus propius accedit quod ex usu manat & exercitatione. Est enim magis hominis erudiri & exerceri, quam aut exardescere, aut frustra sperare, aut imprudenter agere. quamobrem secundas obtinuit. Cur exercitati uideantur esse fortes, exponit: cur non sint, rationem offert & exemplam. Quod autem ira cōmunis est & hominum & bestiarum, tertio loco statuitur. Quid ad fortitudinem faciat, ostendit, adiutat enim, & ad periculum proclius est. Duo genera postrema longe à uera fortitudine recedunt. In omnibus est una ratio, ut doceatur quid habeant cum fortitudine coniunctum, quid eius dissimile, quæ propter nihil est cur in arte declaranda diutius immoremur. Dicendum breuiter, Hæc omnia
posita

posita esse in diuisione & partium similitudine & differentia. Aliquid habent commune cum uera fortitudine, aliquid proprium. Ideoque uirtutes existimantur esse quæ non sunt. Aut certe dicendū philosophum reperisse quinque hominum genera qui fortes haberentur nec essent, attulisse causas cur tales esse uiderentur, ex proprietate fortitudinis ostendisse fortes non habendos. A quibus nominantur alia genera quinque: A poetis, qui uirorum fortium res gestas describunt, ac plerumque uulgis commemorant opiniones. Homerus enim facit magnanimos qui probri timent, ut Diomedem & Hectorem, qui coacti grauius pagent, ut Troianos, ut Græcos ab Agamemnone concitatos, qui uehementer exardescant, ut Achillem, qui sint rerum periti, ut Nestorem, qui audeant ignari periculorum, ut Tyrones, qui spe nitantur, ut Atroclum. Huius appellationis uulgus est author qui rerum naturas atque proprietates ignorans existimat omnino simile quod aliqua ex parte simile est. Id ostendit Aristoteles quum dicit, Existimantur ab alijs fortes. Laudatores etiā quo materiam laudis amplificare possint, omnem in periculis fiduciam uocant fortitudinem, latæque nomina uirtutum distrahunt. Adde philosophos quosdam, ut Lachetem qui apud Platonem multa ponit cum socrate genera fortitudinis, quæ immerito capiunt hoc nomen. Bona pars hominum spectat euentum. Quis, quando, quomodo, ubi, quæ de re fecerit, pauci requirunt. Itaque fortes habent, qui fortia resserunt, etiamsi nequaquam fortiter egerunt. Primum genus cur ciuibus dat potius? serui non ita metuent probum, qui nō sunt in ciuium numero, nec tam honore quam pretio commouentur. Nec in eas sic animaduertunt leges ut in liberos, quia sunt uelut instrumenta domini. Peregrini non eo sunt animo in Rempub. pro qua tuenda capiunt arma, ut eam totis uiribus defendant: sed utilitati suæ potius inferunt, quum uident rem aliorum geri, legibus eorum se non teneri. ut igitur excluderet seruos peregrinōque, posuit ciues, ex quibus alij plectuntur legibus ut desertores, alij flagrant infamia, ut ignari qui se turpiter dediderunt. Alij afficiuntur honoribus, ut quibus status & triumphos decernit ciuitas. Omnibus in locis timidi & ignari laborant ignominia. Sed in multis nō sunt in honore fortes. Lacet eorū uirtus, nullo alio quam suo premio do-

nata. Id efficit aut barbaria gentis, aut invidia, aut tyrannorum sus-
picioſa dominatio. Ea de re philoſophus hac verba dixit, Exiſtimā-
tur fortiffimi apud quos timidi flagrant infamia, fortes in honore
ſunt & in pretio. Improborum mala mens ab homine ſummum ius
exigit, virtuti nullum aut admodum parvū reddit premium. Cui-
tates Græcia libera & exulta fortiffimos cives afficiebāt honore.
Hinc ſtatua, corona, ludī publici, p̄ſtantem, trophæa, panegyrici,
& eiufdem generis honores quibus antiqui fortes viros donabant,
invenit ad virtutes excitabant. Qualia ſunt quæ profert ex Ho-
mero Polydamas (ut ait Homerus lib. 17. Iliad.) Panthi filius, Troia-
norum prudentiffimus, & Hæctoris ſocius, habuerat orationem ad
Hæctorem atque Troianos, ut re ſuaviter reſta ſe in urbem recipere,
eāque in Achillem tuerentur. Hoc conſilium longè tutiffimū ſpre-
nit Hæctor, ac iterum prælio commiſſo ſe ſubiſſe periculo gravi expo-
ſuit. Quod quum videret ſenex Troianus, vehementer oravit eum,
ne cum Achille conferret manus, ſed in urbem rediret. Verba ſenis
lib. Iliad. niceſimo ſecundo. Cui reſpondet Hæctor:

Ω μοι ἴω ἀμὲν καὶ πύλας καὶ πύργα δύνω,
Γουλυδάμεις μοι πρὸς τὸς ἰλιγγίω ἀναδύσει,
ὅς μ' ἐκέλευε φῶσι ποτὶ πύλιν κρήνην.
Νύξ' ἔσσι τῶν ἰλάω, ὅτ' ἄριστο δῖος Ἀχιλλεύς.
Αἴ μ' ἴω οὐ τῆδε μω, ἦ τ' ἀεὶ παλικάροισιν ἔω.

Nei mihi ſi intra portas & moenia me recipiam, Polydamas primus
me afficiet probro, qui mihi author erat, ut in urbem Troianos ſub
exitalem noctem reducerem, qua ſi eximius in nos Achilles impe-
tum fecit, at ego non obtemperavi. Vitium ſanè fuiſſet. Metuit obir-
gationem vir bonus & fortis, ac extra muros occiditur. In verſu la-
tino dicendum Polydamas, litera brevis mutata, ut eſt apud Verſium:
Ne mihi Polydamas & Troiades Labonem præſulerint. Diomedes
Tydei filius vir multo fortiffimus, ubi multos Phrygijs interemit, à
Neſtore vocatur ad fugam, quia Iupiter videatur adverſus. Ille ſua-
denti reſiſtit, & ait hæc quæ ſcribit Hom. l. 8. lib.

Αλλὰ τίς αἰ τοῖς ἄλλοις κοσμίω καὶ θυμῶν ἰσχυρῶν.
Ἐκ τῶν γὰρ ποτὶ φῶσι ἐνὶ Ἴδῶν ἀνεφθίω,
Τυδείδης ἔσσι ἰμείο Φοβόνυμλο ὅς ἔκτετο πῆξ.

ὄς ποτ'

ὄς ποτ' ἀπαλλύσει, τότε μοι χεῖρας διδάξαι χεῖρας.

At dolor acerbus cor animumque perſtrigunt. Hæctor enim non-
nunquā inter ſuos verba faciens inquit, Diomedes à me perterritus
meque fugiēs ſe recepit ad naves. ſic aliquando gloriabitur, tū mi-
hi terra læte patens dehiſcat. Ariſtoteles nō omnia verba tranſcripſit,
quia locus erat notus. Hæctor (auctore Homero lib. 15.) quū ab Apol-
line recreatus eſſet atque curatus, redintegravit prælium, Cræciſque
in fugam converſit. Quūque ſuos videret ſecurus hoſtem perſequi,
ſpoliisque detrahere, hiſ minus acuit eorum diligentiam:

Ὅς δ' ἀν' ἴω ἀπαλλύσει. Ζεὺς καὶ ἱπείρω τοῦ οὐρανοῦ
Αὐτῆς ἐὶ Τροίαν ἀντιπτομῶς, οὐδὲν τὴν γὰ
Γρατοὶ π' γρατοὶ π' πυρὸς ἡλιόθεν Πυρόντων,
Αλλὰ κύνες ἰούουσι πρὸς ἄστρον κατὰ ποῖον.

Quem ego procul à navibus alibi deprehendero, eo in loco ei mortē
offeram. Nec cum mortuum fratres fororſque recipient ad honorem
ſepulchri, ſed canes ante urbem noſtræ moenia lacerabunt. Ariſtoteles
lapſus, alter Homeri verſus protulit, tranſcripſitque duos verſiculos
ex ſecundo libro Iliados, quibus Agamemnon non Hæctor, ſuis mi-
natur, quos etiam aliqua ex parte mutavit.

Ὅς δ' ἂν ἴω ἀπαλλύσει. Ζεὺς καὶ ἱπείρω τοῦ οὐρανοῦ
Μιμνῶζον περὰ ναυῶν μεραρίσσει, οὐ οἱ ἔπειτα
Ἀρκίον ἰσάσεται Φυγῆν κύνες ἢ δ' ὀϊωνός.

Quem ego procul à pugna deprehendero cupientem manere ad clas-
ſem puppibus incurſus, Non ei poſtea licebit canes auēſque vitare.
hoc eſt, abijciam cadaver ſine ulla ſepultura. Quia verecundia inter
virtutes habetur, non timet metus, eos qui pudore moti fortiter agūt
anteponit ijs qui metu pavene ſubeant periculum. Ne quis autem mi-
vetur quōdā verecundiam dicit eſſe virtutem, quam poſtea dicit aſſe-
tionem, eo nomine dicitur virtus, quōd fugit turpitudinem, & vir-
tutum omnium cuſtos eſt: Aſſectio verò, quōd ſimilis eſt cuiusdam
perturbationis. Cur omnibus in rebus exercitatio videtur eſſe for-
tutudo quaedam? exercitati & uſu periti ſidentiore ſunt animo, quōd
periculo cauſius evitare ſciāt, ut minus timent temporeſtatem qui diu
in mari verſati ſunt, iccirco fortes ab imperitiis exiſtantem qui. Mino-
re metu per ſecūta circumferuntur architecti uſu perdocti, quam re-

liqui. Ea de causa quibusdam videtur habere plus animi. Minus de-
sperant medici periti quum morbus est admodum periculosus. quā-
obrem magnanimi iudicantur. Eadem ratio est aliorum qui diffici-
les tractant artes. Ea res mouit quosdam ut dicerent fortitudinem
scitiam esse, ut stoicos, quorum sententiam commemorat Cicero in
Quaest. Tusc. Fortitudo, inquit, est scientia rerum formidolosarum con-
trariarūque, aut omnino negligendarum, conseruans earum rerū
stabile iudicium. Fortitudo est, inquit Chrysippus, scientia perferen-
darum rerum, ne affectio animi in patiendo ac perferendo summa
leui parens sine timore. Socrates in Lachete. Οὐδὲν ἔστι ἀρεῖν ἢ ἀν-
δρῶνα ἴσθαι δεῖσθαι ὠδύσκειν ἐν τοῖς τε παρρηχάλοις, ὅς φησιν. Itaque mi Ni-
cia fortitudo scientia est rerum formidolosarum contrariarūque,
ut ais. Contrarius Cicero dicit eas res faciunt ut audeamus. Plato
Ἰατρολογία vocat. In eodem libro multa dicit esse genera fortitudinis,
quae videntur exercitationis quaedam. Βουλόμενος γὰρ πυνθεῖσθαι
μὴ μῖνοι ἐν τοῖς ἀσπασματικῶ ἀσφοδαῖς, ἀλλὰ ἐν τοῖς ἰσπασματικῶ καὶ
ἐν ἱπποματικῶ πολιματικῶ, ἀσπασματικῶ μὴ μῖνοι ἐν τοῖς ἀσπασματικῶ, ἀλλὰ ἐν
τοῖς ὁπασματικῶ πάλιν ἰατρολογία κινητικῶ ἀσφοδαῖς ὁπασματικῶ, καὶ ὁπασματικῶ
κινητικῶ, καὶ ὁπασματικῶ ἀσφοδαῖς, ἢ καὶ καὶ ὁπασματικῶ ἀσφοδαῖς
αἰσθητικῶ καὶ ἰσπασματικῶ μὴ μῖνοι ὁπασματικῶ ἀσφοδαῖς αἰσθητικῶ, ἀλλ-
λὰ καὶ καὶ ὁπασματικῶ ἀσφοδαῖς, ἢ ἰσπασματικῶ ἀσφοδαῖς, καὶ μὴ μῖνοι, ἢ
ἀσπασματικῶ ἀσφοδαῖς. αἰσθητικῶ ἀσφοδαῖς καὶ ἀσπασματικῶ ἀσφοδαῖς ἀσ-
φοδαῖς. Etenim volebam audire non modo fortes in armorum exer-
citate, uerumetiam in arte equestri, et in omni genere scientiae
militaris, nec eos solum qui versantur in bello, sed etiam in periculis
maris fortes, quique ingenti sunt animo aduersus morbos, pauper-
tatem, pericula ciuilia. Nec eos modo qui fortiter dolores ferunt at-
que terrores, sed etiam qui cupiditates aut uoluptates uehementer
oppugnant, tum stantes, tum reuertentes. In eiusmodi rebus Laches
nonnulli fortes magnanimiq; sunt. Aristoteles de fortitudine mi-
litari loquitur, quapropter mox ubi locus est de socrate, reuertitur
ad rem bellicam. sunt, inquit, alij in rebus exercitatu nonnulli, in
bellicis milites. Exercitatio facit, ut intelligant qui nani sint metus
belli, id est, leui de causa concitanti, ut possint agere non pati, hoc est,
hostem petere, uulnus non accipere, ut sciant arma legere, ut usi ma-

gic

gis quam fortitudine concertent Athletarum more. illud de Ner-
mao cuiusmodi est Hermeum (ut ex Ciphisidoro tradit interpres
Graecus) locus est planus in urbe Boetia nomine Coronea ceteris par-
tibus iniquis. Quum Rhocenses proditam cepissent urbem et arcem
tenerent, auxiliariūque milites Boeti, quia principio pugna dux eo-
rum Charon caesus esset, aufugissent, Coronei in Nermao instructi
portis clusis ne quis patriam relinqueret, praelio commisso, inter-
uentione perierunt. His inquit Aristoteles, fugere turpe fuit, et mors
saluti istiusmodi anteponenda. Boeti pericula adibat initio, quasi
praestantiores essent, re cognita superunt, quia mortem magis quam
dedecus extimecebant. In codicibus antiquis non erant haec uerba,
ἢ ἀναρῶν ἢ βοιοτήτων, videntur ex marginibus in medium co-
iecta. reddidi tamen, quia afferunt lumen orationi. In fortitudine
transferunt iram) Quinam Homerus, Socrates, Academici. Nam pau-
lo post fragmenta carminis Homericī ponit, ex quibus perspicere li-
cet id uoluisse fortitudinē ab iramuari. In ea sententia fuerunt ue-
teres Academici. Cic. lib. 4. Acad. Academici ueteres ipsam iracundiam
fortitudinis quasi cotem esse dicebant, accedunt eō Teripatetici. Cic.
Tusc. 4. Teripatetici multis uerbis iracundiam laudant, cotem fortitu-
dinis esse dicunt, multoq; et in hostem et in improbum cuius ue-
hementiores iratorum impetus esse. Leuius autē ratiunculae eorum
qui ita cogitant, praesium rectum est hoc fieri, conuenit dimicare
pro legibus, pro libertate, pro patria: haec nullam habent uim, nisi ira
excanduit fortitudo. uirum demique uideri negat, qui irasci nesciat.
Fortes, inquit Arist. animosi sunt ac ira praese ferunt. Ira porro ad peri-
cula subeunda maxime prociuit. Plato lib. 2. de rep. Ἀνδρῶδες ἢ εἶναι
ἄρα ἐν ἀλλοῖς ἢ μὴ θυμῶδες ἢ τῶν ἰσπασματικῶ ἀσφοδαῖς ἢ ἰσπασματικῶ
ἀσφοδαῖς ἢ οὐκ ἰσπασματικῶ ἀσφοδαῖς καὶ ἀσπασματικῶ ἀσφοδαῖς; οὐ παρῶ-
δες ἢ μὴ παρῶδες ἢ παρῶδες τῶν καὶ ἀπῶδες. id est, Num for-
tis esse uolet si non sit iracundus siue equus siue canis; an aliud quod-
uis animaliam non animaduertisti quam sit in expugnabilis ira et
inuisitela: qua praesente animus omnis ad omnia intrepidus est et in-
uictus. Ex omnibus his non efficitur, iram esse fortitudinem, sed eā
uirtutem ab ira innari. Fortes, inquit, honestatis causa rem gerunt,
adintat eos ira, Quum dicimus in fortitudinem iram transferri, no-

lumen ex ira fieri fortitudinis, sed esse causam fortitudinis, aut ad-
intare fortitudinis, sic, ut imperitioribus fortitudo esse videatur. Nec
Homerus illud dicit, sed iram fortitudini impetum maiorem dare,
versiculos poeta mutavit Aristoteles, lapsus ut opinor, quòd ex lon-
ga memoria non ex codice repetebat, aut certe locos notavit non
expressit. HOM. lib. 16. Iliad. loquens de Clauco, μέλος δ' οἰ ἰμβραλλ
Ἰουμῷ. id est, Iuvenem immisit vires in eam partem qua feruet ira.
Athenos dicit Arist. μέλος Homerus. Lib. 5. ὁ ἄριστος μέλος καὶ Ἰουμῷ ἰ-
κλῆστῷ. id est, Cuique vires & iram concitavit. In 10. Ἰουμῷ δὲ σῆ-
θησι δειρῖ. Iram commouit in corde, Arist. 1. 4. 2. 4. Odyss.
loquens de Ulyssè commoto quòd pater eius iugeret,
Τῶν δ' ὄρεντο Ἰουμῷ, καὶ εἶρας δ' οἰ ἰὸν
δραμὸν μέλος πρὸ τῆς ἑλδος περὶ εἰσέρουσι.

Id est, commoti sunt Ulysses animi, & ab eo iam quibus charum pa-
trem uideret lugentem, vis acris per nares prodijt. hoc est reditum cō-
fessurus indicavit iram qua mouebatur. Quam loquitur Aristoteles
de bestijs alludit ad illud Platonicum de canis & equi fortitudine,
quo Plato uidetur bestijs, attribueret fortitudinem. Negat in illis eam
esse uirtutem. Id a seelli confirmat exemplo, quòd ex Homero sumpsit.
scribit HOM. 11. lib. Iliad.

ὄς δ' ὄτ' ὄρος παρ' ἄρουρας ἰδὼν ἰδὲ ἔσπετο πᾶσι δαί-
κω. θῆς, ὃ δὴ πᾶσι κ' ἔσπετο ἑόρῃσι ἀμύκῃς ἰσῆς,
κέραι' εἰσαλθὼν βυθὸν ἄλῃος, οἰ δ' ἔτι πᾶσι δέ
τὴν ποταμὸν ῥοπαλοῖαν, δῆς δ' ἔν κρητὶς αὐτῶν
Ἰπυλάτ' Ἰβήλαος αἰ κῆται' ἰκερὸς κροτο φορεβῆς.

Id est, ut quum uenit asellus in agrum tardus, pueri inuitis, qui cir-
cumsistentes, utrinque sustes illi os bestia, fregerunt, ingressus altam
passit segetem, pueri cadunt sustibus, atque uix enim ut puerili tum
abigere possunt, quum rabulo satur est. Ea ne fortitudo maxime
naturalis cuius ira causa est? Non ita uidetur stoicis qui omnem irā
uituperant, & insanie loco ponunt. De quorum sententia multa Ci-
cero Tuscul. 4. qui posteaquam exemplis egit fortes haud paucos inuē-
tos esse qui sine ira p̄e gereuerit, tandem eò peruenerit ut diceret. Nō igitur
quidē desiderat fortitudinem aduocatam iracundiam. satis est instructa,
parata, armata per sese. Eodem pertinet illud quòd Off. lib. 1. scribit,

2700

Nec uerò audiendi sunt, qui grauius inimicis irascendū putabūt, idēq;
magnanimi & fortis uiri esse cēsebit. Nihil enim laudabilius, nihil
magno & praclaro uiro dignius placabilitate atque clemētia. Errat
uā cum stoicis. Non omnis ira uituperari debet. Nec si animi per-
turbatio est, iccirco semper habenda pro uitio. Id supra demonstra-
uimus. Aristoteles quum dicit ab ira iuari fortitudinem, non eam
uult accipi perturbationem, qua colorem, uocem, oculos, spiritum
mutat, qua gignit impotentiam dictorum atque factorum, quam
damnāt uiri sanctissimi, sed eam qua à natura non recedit. Ea ma-
xime naturalis est. Nam quum generi animātium omnium sit à na-
tura tributum ut se, uitā, corpusq; tueatur, declinetq; ea qua ei no-
citura uideantur, insitus est animorum motus in eos qui aut uitam
petunt, aut grauius obstant. Hinc apum atque formicarū iracundia,
omniumq; penē bestiarum. Cuius ergo fortitudinis ira causa est, ea
maxime naturalis. Quamobrem hoc ueteres praescribebant, odio ha-
bebis inimicos. Odium uero est ira inueterata, ut stoici definiunt. Quò
dicimus iram, fortitudinis esse causam, hoc dicimus ab ira iuari for-
titudinem, non irigni. ex habitu gignitur, sed ira nonnunquā uhe-
mentius impellit & adiutat, non autem propter iram dicitur forti-
tudo sed quòd habito delectu finēque proposito res magnas gerit &
arduas. Qui dolore uel ira, uel ultionis cupiditate commouentur, pu-
gnaces quidem fortes uerò non habendi nisi honestate atque rati-
one ducti res gerant. Hoc enim modo separantur à bestijs. Est ne
fortioris animi in subitis repentinisq; terroribus metu perturbatio-
nēq; uacare, quam in casibus promissis? illud certe quidem difficilius
est & arduum magis. Virtus autem in re difficili uertatur. Quanto
maior est habitus, tanto praestantior est actio. Maioris est habitus in
repentinis periculis non moueri. Multi quum mala prouiderunt, ea
perferre possunt. Pauci fortiter sustinent qua grauiā sibi d̄ occurre-
runt. Ea de causa ualet in bello celeritas, ut qua saepe Caesar usus est.
Facilis enim uincuntur homines antequā animū collegerunt. Videas
eos qui disserere consueuerūt non cōmoneri siquid prater opinionē
acciderit additum atque difficile. Multus inest in ijs differendi mul-
tis de rebus habitus. Commouentur iij qui insolentes noua ac magna
audiunt, quid dici maxime debeat non ante cogitarunt. sic in ter-

90 ij

voribus ferendis alij minus comonentur, ut qui diu consueverunt malis occurrere: alij magis, ut minus in periculis exercitati. Dido apud virgillum fracta repente casu sic loquitur,

Tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.

Ostendit poeta grauius affici, qui mala ferre non consueverunt, tēpore leniri dolores. Quæret aliquis, augere uirtutes & minui possunt stoici negant. Quam recte, uiderint. Dicimus & prudentiores, & fortiores & temperatiores. Præmia que dantur uirtutibus non eadem proponuntur, alijs alia donantur, qui eodem genere certaminis usi sunt. sic & in celo primi sunt ac secundi in eodē genere uirtutis. Quod ait tandem de Argiuo, cuiusmodi est? Quis sicyonij uicti essent ab Argiuis (ut ait Xenophon lib. 6. De rebus Græcorum) et simachus unus ex rectoribus Lacedæmoniorū qui secum paucos habebat equites, suos ex equis descedere, equos arboribus alligare, ne possent agnoscī, sicyoniū scuta capere. In Argiuo impetum facere iussit. Argini qui putarent sicyonios esse, primum contempsisse, deinde re cognita terga uertisse. Sicyon & Argos urbes Græciæ. Elagranti infamia) Cic. Consules flagrant infamia. Tales facit Homerus) id est in poemate describit. Honestæ rei uidelicet honoris) Cic. Caste iubet lex adire ad deos, animo uidelicet. Honoris studium) ἀρετή, appetitum & studium uertere possit. Metu percussis) Cic. Timore magno percussa ciuitas. Qui ante muros & fossas) uetus interpretes & Argyropilus legebant, οἱ πρὸ τῶν τευχῶν καὶ τῶν τάφρων. unum detractum fuit. Inanes) κενὰ, non κενὰ legitimum puto. Id cum authoritas, tum uis orationis ostendit. Hæbet exploratos) Cic. Poteritis igitur exploratam habere pacē. Perpugnacem in disputando esse uisum. μετὰ χιμῶτα & τ. Ira porro ad pericula subeunda proclius) ἰπικῶτα & γὰρ ὁ θυμὸς. Adiuuauerunt quidam & ὀρθῶτα & τ. quod uerbum ex marginibus in medium traiectum est. Codices antiqui non habebant. Loco consiro palustris) ἰδ. & locus est consitus arboribus, aut palustris. Propter ambiguitatē uerbi utrunque ponendum existimauit. Nō autē quod) ὄν pro & posuit, ut alibi sæpe. Facinorosa efficiūt) Cic. Mirabilia facinorosa efficiunt. Nec etiam fortes presertim) hæc uerba, πρὸς τὸν ἄλλον & ἕξει

ἕξει τῆ, pertinent ad sententiam superiorē. Quæ sequuntur, οἱ γὰρ ὄνικῆται, non erant in antiquioribus libris, quapropter expungendæ ut ex interpretatione i' ordinē redactæ. Est autē ἰνι) τῶ pro ἴνι posuit.

Quæ dixisset antea fortitudinē in formidinibus ausisq; uer- Cap. 9.
fari, prius explicauit, quæ uis esset utriusque rei quæ refertur ad fortitudinem, quàm ueteretur comparatione. Recte quidem, singula prius explicanda: deinde inter se comparanda. Reperit ea quæ dixit, ut sit hic gradus & aditus ad ea quæ sequuntur. Debet oratio iunctas habere partes. Primum comparat maius & minus, ut id de quo agendum est initio proponatur. Deinde propositionem affert rationē, cur magis in ijs quæ timemus fortitudo uerferet. Si fortior est is qui in rebus formidolosis nulli perturbationi succumbit, quàm qui perturbatione macat in ijs quæ animum fiducia confirmant, fortitudo magis uerferat in formidinibus quàm in ausis. Enthymema ex coniugatis. Coniugata sunt fortis & fortitudo. Quia neget quispiam id quod assumitur, alia ratione confirmat. Fortes ex eo dicuntur quod res molestas acerbæque tolerant. Fortiores igitur habentur ijs qui in rebus formidolosis non commouentur. Enthymema ex autoritate multorum qui fortem nominant eum maxime qui graui pericula subiret. Ex hac ratione collegit molestijs obiectam fortitudinē. Argumentum est ex coniugatis. Fortis obiectus est periculis, molestijs igitur obiecta fortitudo, non probat tamen propositionem primam, sed coherētia apponit, ut quom dicit, nec immerito laudatur. Argumentum ex genere: si laudatur ea uirtus quæ in re difficili uerfatur, fortitudo iure laudatur. In cuius rei cōfirmationē, rationē affert ex loco minoris atq; maioris: si temperantia laudatur, quæ à uoluptatibus corporis auocat appetitū, fortitudo laudabilior, quia difficilior est rei ferre laborum dolorumque plenas. Qui putant hæ rationes confirmare fortitudinem magis in re formidolosa esse statuedam, ut Eaber, errant maxime, & ostendunt quàm sunt ignari dialectica. utuntur sillogismis pro enthymematis, & ea colligunt quæ ex antecedentibus non efficiuntur. Quia dictum est, xō esse arduum substristemque fortitudinem, uidetur explicandam quæ debeat hoc intelligi. Explicat igitur, ac docet, id non ad finem qui incandens est, sed ad actionem pertinere, ad quod demonstrandum ex certamini-

bus ducit similitudinem, ex qua colligit vulnera & mortē viro forti rem esse minime iucundam, ferri tamen propter honestatem. Nunc oritur questio, fortis ne moleste ferat mortem. fert, inquit, quia scīs privatur bonis, beatorum igitur molestus fert, quia maioribus destituitur. Non autem fortis est vir quia moleste fert mortē, aut vulnēra, sed quia rebus tam asperis antepōnit honestatem. De honestate locutus cuius causā rem gerunt fortes, ostendit eos milites qui vitam non honestate sed parva mercede committant, non esse fortes, ea tamen verere que fortes, sed finis habendum esse rationem. Fortitudo quomodo versatur in ὄντις Δειδέλλαις, hoc est rebus animum confirmatibus? Quæ sint ea quorum fiducia nititur, diximus in septimum caput huius libri, ac de sententia Platonis ostendimus aut esse bona aut non mala. Metus animum deprimit, Δειδέλλαις erigit, effectus contrarij. Fortitudo versatur in utroque. Quæ metum asserit turpem, despicit, quæ fiduciam præbent honestam, videt ac sequitur, quæ nimiam, cohibet ac in mediocritate redigit, quia mediocritas est quædam fortitudo. Fortis igitur temere non adibit periculum, aut nobilitate, aut gloria rerum gestarum, aut facilitate, aut multitudine, aut opinione virtūs, aut ostentatione maioris animi, aut rebus huiusmodi fretus. Id enim faciunt, qui fortes haberi, non esse volunt, qui rebus animos erigentibus nimium deserunt. Contra suis rebus utetur, ut viribus corporis, ac exercitatione, in industria, armis, copijs, munitionibus, cautione, dolo bono, locis opportunis atque temporibus, ac ceteris rebus quæ faciunt ut homo sapiens de rebus suis melius speret, sic ut ad honestatem referat omnia, non iuveniliter exulter, ut ad Quædā non ad Minutium spectet. In his & in alijs generis eiusdem rebus nemo dubitat esse mediocritatem, quam prosequitur virtus. Hoc modo versatur in ijs quæ non erectiores efficiūt temperandis fortitudo. Ignavia plus satis metuit res formidolosas, audacia rebus quæ fiduciam præbent abutitur. In utrisque bene versatur hæc virtus. Dicit aliquis, si Δειδέλλαις bona sunt, non opponitur rebus formidolosis, quas esse malas ante dictum est. Virtus autē versatur inter duo vitia. Hoc argumento levi decepti quidam dixerunt fortitudinem timori & audacia moderari. Melius illi qui dixerunt metum & fiduciam, utentes verbo quod in bonū & in ma

lum sumitur, ut Δειδέλλαις. Non quia bona sunt Δειδέλλαις, iccirco terribilibus opponuntur, sed quia confirmant animum, quem terribilia debilitant. Nec si virtus est inter vitia, iccirco semper mala sunt ea quibus ipsa moderatur. Cur potius dicuntur fortes qui res molestas acerbasque tolerant? Capite sexto scripta sunt hæc verba vir fortis proprie dicendus, qui morte præclara, & ijs quæ mortem afferunt imminutibus, stat intrepidus. Cicero in Offic. sed ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, & quæ sequuntur. Seneca lib. 2. de benef. fortitudo virtus est pericula instila contemns, aut scientia periculorum repellendorum, expiēndorum, provocandorum. Idē lib. 9. epist. Fortitudo pericula contemnit & provocat. Quid plura? In periculis & rebus asperis acerbisquæ statuunt omnes fortitudinem, quia virtus in eo maxime cernitur quod arduum magis est atque difficile. Difficilius autem perferre gravis periculum, nulloque terrore horribilium rerum frangi, quam moderari bonis rebus quæ leniores animos capere & altius proripere possunt. Ab eo quod maius est, nomē imponi solet, et eò scientia virtusque referri quod habet precipuam. In periculis fortitudo maxime cernitur. Fortitudo virtus ne est aspera, & molestijs obiecta? Fortitudo, inquit, res est tristis atque molestijs obiecta, sed illius extremū suave atque iucundum. Fuerunt quidam qui dicerent omnem viritatem esse iucundam, & sapientem si in tormento esset gravissimus esse dicturum, quam suave quamque dulce est. In illis fuit Epicurus homo voluptati deditus fuerunt & stoici. Cicero 2. Tusc. Epicurus vero ea dicit, ut mihi quidem risus captare videatur. Affirmat enim quoddā loco, si iuratur sapiens, si crucietur, expectas fortasse dum dicat, patietur, perfe-ret, non succumbet. Magna mehercule laus, & eo ipso per quem iuravi, Hercule digna, sed Epicuro homini aspero & duro non est hoc satis. In Phalaris tauro si erit, dicit quam suave est hoc: quam hoc non curo. suave etiam? an parum est, si non est amarum? At id quidem illi ipsi qui dolorē malum esse negant, non solum dicere, cuiquā suave esse, cruciari. Asperum, difficile, odiosum, contra naturā dicit, nec tamen malum. Quid sentiat ipse, paulo post ostendit. Dolor, inquit, tristis res est sine dubio, aspera, amara, inimica nature, ad patendum tolerandumque difficilis. Idem sentit quod Aristoteles, ac

probat exemplis tragicorum, qui Philoctetam, Ierusalem, Prometheū faciunt in dolore misere gementes. De sententia Stoicorum non ita multo post, si tunc igitur malum dolere necne, stoici viderint, qui cōtortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis nec ad sensus permanentibus effici voluit non esse malum dolorem, seneca epist. 68. dicit tormenta non esse expetenda: si sustinenda fuerint, fortiter, honeste, animose sustinenda. Attalus, inquit, stoicus dicere solebat, malo me fortuna in castris suis quā in delitijs habeat. torqueor, sed fortiter, bene est: occidor, sed fortiter, bene est. sententias multorū diuersas ut coherentes iungere conatur. Quid sentiret Epicurus nō intellexit prior etate Aristoteles. Sed vidit esse nōnullos qui existimarent virtutē esse incundā, quōd sit expetēda. Quapropter distinguit actiones à finibus, ut actiones diceret molestas, fines vero letos atque iucundos. Difficilius ne res ferre asperas & molestas, quā ab ijs se qua voluptate delectant abstinere: et quod dicas ex aduerso. Paulo antea dicebat adulteros libidine adductos audacia facinora multa efficere. Malunt igitur periclitari quā se à voluptatibus abstinere, idque videtur illis esse facilius. In hominum vita reperias multo plures qui res ferant asperas & molestas, quā qui moderentur voluptatibus animo libenti. Adde quod veteres dixerunt voluptates esse dominas blandas quas difficillimū sit ut sirenes praeferre, ab amore vinci omnia, in voluptate poni à quibuslibet summū bonum. Difficillimum quidem certe vincere voluptates, maxime si inuadit intemperantia consuetudo. Aristoteles hoc mihi dicere videtur, esse difficile à voluptatibus temperare, etiam si temperantia adsit, propterea in ea res virtus est consistuta, sed esse difficilium res formidolosas, terribiles, verbera, cedes & res eiusmodi perferre. Id quidem verum. Nam qui feruntur in libidine atque voluptate, metu plagarum mortisque cohibentur. si quid audent, quia se quadā effugiendi nituntur, audent. Non, ubi temperanter agere consueverunt, nō ita moleste ferūt absentiam voluptatū, habent & suas voluptates honestas. Ante habitum partū difficilium obstitēbat illius praesidio muniri facilius resistunt. Magnus animus etiā habitu fortitudinis accepto, laborat grauius in perferendis malis, in doloribus, in extremis periculis quā multo vehementius mouet praesentia, quā voluptates absentes, aut etiā praesentes. Quid

tes. Quid ergo sibi uult Horatius quā dicit, Fortior est, qui se, quā qui fortissima uincit oppida? Nū uidetur hoc dicere, difficilium esse superare uoluptates quā locos & urbes hostiū? Non hoc solū pronuntiauit de uoluptate, sed de omni animi perturbatiōe qua rationi repugnat, quā uincere est hominis ab solutissimi. Nec tā loquitur de uiro forti de quo nūc agitur, quā de imperatore potētissimo, qualis fuit Alexander, Annibal, Caesar. Illi quidem potuerunt oppida superare, suas ipsi cupiditates uincere nescierunt. Ac quo magis omni uirtute praeditus, quōq; beator erit, eo molestius feret mortem. Hae si uera sunt, quid est quod aiunt socratem, Epaminondā, & alios periculosi ubiisse diem letos? Cicero Tusc. 1. Clara uero mortes pro patria appetita, non solum gloriose rhetoribus, sed etiam beata uideri solēt. Reperunt ad Erichtheo, cuius etiam filia cupide mortem expetierunt pro uita ciuim: Cōdrū, qui se in medios inimisist hostes familiaris uel se ne posset agnosci si esset ornatus regio, quōd oraculum erat datū, si rex interfectus esset, uictrices Athenas fore. Menecleus uero non praetermittitur, qui oraculo edito larvatus est patrie suū sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandā iubet, ut hostiū sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora. Harmodius in ore & Aristogiton: Lacedaemonius Leonidas, thebanus Epaminodas uigent. Nostros non norūt, quos enumerare magnum est, ita sunt multi, quibus uidemus optabiles fuisse mortes cum gloria, haec ille. Vidēdum uero uiras fortissimos retinere dignitatem, non flere muliebriter, non ingemere turpiter, non edere uoces effeminatas, non affici egritudine & morore, sed occumbere animo constanti, non iccirco tamen non aere ferre mortem. Qui laudarunt ueteres, animum magnam constantemq; laudarunt, non ierunt in scias mortē cum summo dolore molestā fuisse. Perturbatiōi succūbit Cic. Nulli neq; homini, neque perturbatiōi animi, nec fortuna succumbere. In definitionē includere Cic. Opiniōne in omnino desinitōes superiores in clusimus.

C V R temperantia dederit locum secundā, ne uideatur ordinem confundere, principio scribit, nepe quod, qui tractet eas uirtutes qua pertinet ad animū rationis expertem, & fortitudo primas habeat, eo quōd sit in corde, secūdas obtinere debeat temperantia, cui Plato tribuit in icore sedē. Id quod supra demonstrauit, in uoluptatibus esse

mediocritatem, nunquam repetit, ut hoc posito quasi fundamento, cetera adhibeantur. Cur autem potius statuat in voluptatibus quā in doloribus, quum versetur in utrisque, demonstrat: Minus, inquit, versatur in doloribus, & aliter quā in voluptatibus. Quā vero contrariorum sit eadem disciplina, statim in voluptatibus doloribusque versari intemperantiam dicit. Ac quoniam multa sunt genera voluptatum, quo res apertius explicetur, exponendum quibus in voluptatibus versetur hac virtus. Dividit igitur hoc genus in voluptates corporis & animi, ac quod secundum est membrum, quia nō est huius loci, brevitē uno & altero exemplo declarandi causa posito, praeterit, atque definit animi voluptates eas quibus animus, nō corpus, afficitur: huius loci non esse confirmat indicio sine argumento ex signo, neminem esse qui nocet intemperantes eos qui eiusmodi voluptatibus aut doloribus veterariis abutuntur. Iam quā voluptas corporis sit quaedam suavitatis in sensu, sensusque, quinque numerentur, videndum erat in quo genere statueretur hac virtus. Primus est sensus oculorum, primū igitur tollit eā voluptatem qua percipitur aspectu, & eodē, quo paulo antea, utitur argumento: deinde quae sub auditum venit, eadem ratione motus, postremo, eam qua percipitur odoratu. In eo plus difficultatis esse videt, quam obrem diutius immoratur, ac ea soluit qua & de hominibus & de bestijs obijci possunt. Ne vero sine causa de bestijs mentionem fecisse videatur, adiungit hāc sententiā, in ijs sane voluptatibus temperantia versatur & intemperantia quarū sunt participes ceterae animantes, ex qua colligit esse mācipiorum & belluarum. Tandem relinquit eas qua gustu tactuque sentiuntur. Quia autē gustatus videtur ei minus asserre voluptatis, id quod confirmat illorum indicio, qui uina probant & obsonia parant, ad tactum potissimum qui sensuum maxime communis est, refert temperantia & intemperantia: ac ne quis existimet omnes tactus voluptates esse vitiosas, excipit honestas & liberales, ut ac omnia sunt recte et ordine descripta. Temperantia secunda virtus, est in voluptatibus temperantia et doloribus, sed magis in voluptatibus, et in his nō omnibus sed corporis, nec in ijs omnibus qua sunt corporis, ut qua oculis, auribus, naribus percipiuntur, sed in ijs qua tactu sentiuntur et gustu, maxime qua pertinet ad esculenta, potulenta, uenerica. Quid est cur pauca

tam coar-

tā coarctatā in angustias temperantiae virtutē, quā in his libris Aristoteles? Temperantia interdū ponitur pro omni virtute moralis: sic usurpat Cicero in oratoris Partit. Aut, inquit, scientia cernitur virtus, aut actio. Nā quae prudentia, quae calliditas, quaeque gravissimo nomine sapientia appellatur, haec scientia pollet una. Quae vero moderatūs cupiditatibus regendūque animi motibus laudatur, eius est minus in agendo, cui temperantia nomen est. Sic accipit Aristoteles Ethic. lib. 5. cap. de prudentia, quā temperantiā dicit esse prudentiam conversationē, quia moderatur voluptatibus doloribusque, a quibus labefactatur bene agendū principū, a quibus evertuntur opinionēs eorū quae cadunt in actionē. Sic Euripides, Ἐνθ' ὁμοίαν τῶν αὐτῶν μέτρων ἡγροῦσθαι καὶ τοῖς καὶ αὐτοῖσιν. Est omnium mortalium se nosse, temperantiam modumque servare. Sic Plato in Charmide, τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀγαθῶν αὐτοῦ ποσοῦν ἢ ποσῶς ἢ διὰ δόξαν. Aetione rerum bonarū temperantiā esse, planē tibi definio. Qui tam late diffundant, y mediocritatem in agendo temperantiam vocat. id quidē recte ac breviter, sed nihil erat cur philosophus quum virtutum rationes distingueret, sic omnes una appellatione confunderet. Interdum temperantia ponitur pro omni virtute moris praeter iustitiam & fortitudinem. Ita sumebat Panaetius, & ex illo Cicero. Sequitur, inquit, ut de una reliqua parte honestatis dicendū sit, in qua necerandia & quasi quidam ornatus vitae, temperantia, & modestia, omniumque sedatio perturbantium animi, & verū modus cernitur. Sumit hoc modo Plato in Lachete, τὸ δὲ καλὸν πρὸς ἀσπίδα ποσοῦν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀντιβίοντα. Equidem fortitudinē adiungo temperantiam & iustitiā & alias virtutes generis eiusdem. Non est arguenda illa quadripartita virtutū divisio. Sed Aristoteles ut Plato, vidit in plura genera virtutē dividī, ac ita rem cognosci facilius posse. Itaque secuti communem & opinionem & appellationē, quādo quidem morū communis est usus ac ratio, temperantiā dixerunt quae moderatur rebus uenericis, potulentis & esculentis. Plato lib. 3. de Rep. τὴν δὲ αὐτὴν ποσοῦν ἀγαθῶν οὐ δύνανται οὐδὲ πρὸς τῶν καλῶν καὶ οὐ ποσοῦν καὶ ἐς τὰ καλὰ ἢ τὰ πρὸς τὸ καλὸν καὶ μετρίως ἀρετῶν καὶ ὑποκόσμου ἢ καὶ τῶν ἀρετῶν ἢ τῶν πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀποδοτικῶν καὶ ἰσθμῶν ἰσορροπῶν; Quidē Nobis ne adolecentibus opus erit temperantia? Quidē? Nōne quod ad multitudinē pertinet,

hic est usus temperantia maximus, ut magistratibus obreperetur magisteratus voluptatibus potioribus, epularum, uenerorum parcant? Quam singulari uirtutis proprietates inquirere uelit, rationesque morum docere, non ab re temperantia proprium munus ostendit. Alij minus accurate de ratione morum disputant. Temperantia & fortitudo cur dicitur esse partim quae sunt rationis expertes? iam dictum est, nec semel, omnes uirtutes quae more constant in animo rationis experite sitas esse. Nam quam diuidatur animus in mentem & appetitum, sitque mentis ratio atque prudentia, non item caeterae uirtutes, ut haec sunt in appetitu necessaria est, id est argumeto. Quae absunt, sine lege fertur appetitus effrenationem, nec rationis imperio parat. Quae adunant, obtemperat, & quae uertit sunt agit. Adde quod dilato tres animo locos partes ut tribuebat, cerebrum menti, cor animo stomachati, iecur animo concupiscenti. In mente prudentia, scientia, sapientia ponebat, in corde fortitudinem, in iecore temperantiam. Postiores duae partes sunt rationis expertes, in quibus sita sunt fortitudo & temperantia. Virtutes animi superioris ad contemplationem pertinent. ita uero ad actionem, ex quo apparet in alijs animi partibus esse statuendam. Vbi collocatur intemperantia & ignauia, ubi statuenda uirtutes contrarias. illa uero non in ratione & mente à qua longissime distat, habent sedem, sunt igitur in altera parte. Nec non immerabor, propterea quod ea de re iam pluribus est disputatum. Nec illud iterum tractandum puto, quod satis explicatum est libro secundo, uirtutes moris in uoluptatibus doloribusque uersari. In uoluptatibus corporis temperantia uersatur, nec habet illud commune, quia aliae sunt in alijs uirtutibus uoluptates, alij dolores. Proprii uirtutis huius moderari rebus ueneris, potulentiis, esculentis. Temperantia cur minus in doloribus aliterque uersatur? Tam multi sunt dolores quam multae uoluptates: Alij sunt animi, ut quos dat ignominia: Metu desistere uicta alij corporis, at tollit in agrum se femur. alij capiuntur aspectu, Quis tibi nunc Dido cernenti talia sensus? alij auditu, motusque: excepit prima futurus. Sicut inops animi. alij odoratu, Inde ubi uenere ad fauces graue olentis auerni, Tollit se celeres. Alij tactu atque gustatu, Neus etiam metus consumimus, inquit Iulus. ut temperantia non est in omnibus uoluptatibus, ita non est in omnibus corporis doloribus, sed in ijs qui efficiuntur ex ueneris, potulentiis, esculentis.

lentis, efficiuntur autem interdum quae desunt ista ac maxime desiderantur, interdum quae suppetunt quidem, sed aliter atque uoluntus. Nunc illud, Mori me denique cogis. Nonne fatus es utique amarillidus iras atque superba pati fastidia? Virtutis est patienter absentiam ferre uoluptatum, non aspernari id quod suppetit. Videas intemperantes qui oderunt suas uxores etiam bonas & elegantes, alienas semper miseri concupiscunt, qui sua mensam frangi despicunt, epulas aliorum confectantur. Nunc apparet in doloribus moderandis uersari temperantiam. Temperantes enim paruo contenti siquid deest, non accipiunt dolorem, nec desiderio contabescunt. ut fortitudo minus est in ijs quorum fiducia nitimur, quam in periculis, extremisque malis. sic temperantia minus in doloribus est quam uoluptatibus. Primum minus apparet in dolore mitigando, minimisque perspicitur in ijs qui uoluptate carent ut in agrestis uita, quam in ijs qui frui possunt, nec tamen fruuntur. Deinde temperare sibi inter medias uoluptates est difficilissimum, quam temperantia minus in doloribus est quam uoluptatibus. Ea de causa multi secessum petunt, ac in solitudine uitam duriorē agunt, ne si in turba uersentur, à uoluptatibus opprimantur: quorum uirtus iccirco minor est, quia certamine fugiunt necessarium ne uincantur in praelio: certanti autem corona datur. Videndum quod aiunt nonnulli maiore esse uirtutem iureiurando dato repudiare uoluptates, quam libere cum libidine dimicare. Qui id facit, iurat se esse facturum quod quae primū abluerunt inuenerat. itaque nihil est noui. Malas cupiditates abiuuamus omnes. Postremo dolorem mitigat dies: uoluptatem potius auget. Vlysses apud Homerum facile caret uoluptate, quum uentum est ad sirenes se malo nauis alligari iubet, cur ita? quia tum difficile est resistere, quum blandit canit uoluptas. Aeneas non magnopere desiderat cibum & potum in egestate, quum uentum est ad Harpyas, suos pugnare iubet, quod obrem? quia obscuram gula arcere difficile est tū quam dapes adsunt, itaque multitudo obruit se dapibus & uino qui suppetit copia, quum deest, facile caret apparatus lantior. Cur addit hoc philosophus? uix omnia sunt qui putat hoc dici, minus in doloribus uersari temperantiam, & iccirco uix omnia hoc est non aequum. quorum sententiam non proba, primū quod superuacaneus est hic sermo, minus uersatur & aequa ratione non uersatur: deinde quod uisus de qualitate potius dicitur quam de quantitate, ut similis apud nos. Sic er

go uerto οὐχ ἐμολος, aliter, in hanc sententiā. Aliter in dolore temperantia uersatur, aliter in uoluptate. Quā moderatur uoluptatibus, mediocritatem querit, ne quid nimis: quū ardet dolore ex improbo desiderio nascentē, nō querit in eo mediocritatē, sed penitus exturbat. Menedemus ei qui dixerat, Magnam esse rem id assequi quod quis cuperet, maior est, inquit, ne desiderare quidē. Adde quod nō cohibet dolore quia dolor est, sed quia fertur ad improbus uoluptates, cohibet uoluptates quia perse male sunt. illud Ἐπι σωματικῆς, hoc uerō κατ' αὐτό. Quā multa sunt alia uoluptates corporis, quān que reprimuntur à temperantia, quoniam uoluptatibus illis uirtus? aultis certe reliquæ uoluptates, oculorum sensu percipiuntur, intuentibus astrorum splendorem, calū serenum, uarietate luminum, magnitudine orbium, latē patēs aëris flexus, mare tum magnitudine tum colorū uarietate iucundum, sata, uineta, animalia, edificia, formas & colores. His, inquit Arist. fieri potest ut delectetur homo sicuti par est, utq; plus minusue percipiat. Potest igitur uirtus in his uitiumq; reperiri. Cur ergo non affert, quo nomine debeat appellari ite uoluptates perse male non sunt, & in ijs pauci admodum peccant. Arist. Εὐταῖς ὁμοῦς ἀδὴ τοῦ μᾶλλον ὀλίγοι κινεῖται. Auidi sumus sciendi, sensu multa cognoscuntur. Nō erat igitur cur hisce de rebus multa differeret. Voluptates ex aspectu bonæ sunt perse. si peccat homo, peccat cause alterius interuentu, aut cupit formosam quod est intemperantie, aut hominis nisi perniciē, quod est iniustitia, aut res alienā, quod est auaritia, aut ditius immoratur, quod est inertiē. Auditu capiuntur uoces, uerba, rumores, carmina, histrionū actio, ut comedori pronuntiatio, clangor tubarū, cōcentus symphoniarum, murmur aquarū, orationū sermonūq; pronūciatio. Quis hoc in genere peccat auidis ipso? Audiens falsos rumores credidit, hoc imprudētiē, audies laudes, turpiter amauit, hoc incōtinentiē, sermones subauscultās homini detrahit, hoc iniustitia. Odoratu percipiuntur suauitates florū, fructuum, unguentorū, suffimentorū, aromatum, ciborū. Quid hic mali si non aliud accesserit: uerues lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus iulicenis rosa factus, ipse autē coronā habebat in capite, alterā in collo, reticulūq; ad naves sibi apponebat tennis fumo limo mixtus maculis, plenum rosa. Obijcit hoc illi uitium Cicero.

Iure

Iure quidem. nam modum præteribat. Ea mollities effeminati uiri uocetur intemperantia quædam, non ea de qua nunc agimus. sed quid accessit aliud? moris & officij neglectus, & illud indecorum quod facilius perficitur quam nominibus distinguitur. Sunt alia uoluptates, ut in ludo, in balneis, in ornando corpore, in sermone, in edificando, in supellectili, quæ si a modo recedant, intemperantie nomine dicuntur à quibusdam, propterea quod rerū modum temperantia subiiciunt: ab Aristotele nō ita nominantur, quia nō omnia cōplecti uoluit nominibus, sed ea quæ uidebatur esse maiora, ex quibus nōnulla uacant nominibus, ut antè dictum est. ut breuiter sumā, tria sunt genera uoluptatū corporis quibus temperantia moderatur. reliquis alia uirtutes, quarū principes tractantur in hac arte: cetera quia parua sunt, omittuntur. id significat his uerbis, Qui fabulis oblectatur quiq; narrandi studio ducuntur & in quibuslibet rebus terunt dies, eos nuga tores & loquaces. non intēperantes, nominamus. In uitijs nō enumerat loquacitatē, nisi refert ad scurrile dicacitatē, nō desidā, mollietiem, nimium cultū, nimium ludum, & alia nō pauca. Quia diximus temperantiā tribus modis accipi, si quis ad primum aut secundum genus referre uelit uoluptates eas de quibus agimus, id breuiter & tuto faciat. Nā & Arist. paulo post, intemperans, inquit, uoluptates omnes cōcupiscit. voluptates fabularū narrationūq; cur attribuit animo nō corpori, quā sit oris & lingue sermo uoluptatum animi duo sunt genera, unum quo solus animus afficitur sine ullo instrumento corporis, qualis est cōtemplādi uoluptas. Alterum, quod exerceri sine corpore non potest, sed animo plus affert suauitatis quān corpori, ut loquēdo, narrādo, iocādo, neq; os neq; lingua delectatur sed animus. Na de causa uoluptas huiusmodi animo tribuitur, ac eo magis quod unius est hominis oratio quæ ex mēte atq; ratione proficitur. Hac abutuntur uoluptate scurræ, qui non habita ratione personæ iocantur, qui fabulas narrāt inutiles ut Apuleij, qui scripturā narrationū ab omni ueritate alienas, ut Luciani, ut quidā Præciscus atate nostra, cuius nugas ita sunt amplexati nōnulli, ut eas toties edicerēt: qui in quibuslibet rebus terunt dies, ut in scholis de Lana caprina disputat. Qui pecunie causa uel amicorū dolent nō no camus intēperantes. quid ita? Qui dolet eo quod pecuniā nō habet si-

99

bi maximè necessaria, quia naturali cupiditate afficitur, non debet
uirij nomine appellari. Multa nimirum natura desiderat. Qui dolore
capit aut quòd pecunia minime necessaria perdidit, aut quòd nò ha-
bet tantà quantà cupit, id si præter modum facit, auarus dici potest.
sicut auarus opes, & perpetuo dolore corabescit. Qui dolore afficitur
propterea quòd amicum uidet aut mortuū aut grani calamitate prof-
um, seruat officium. Nā Virgilius *Æneid* lachrymantem facit in fu-
neribus amicorū, & solon hoc scripsit, *Luctum linquamus amicus.*
Qui immodico se cruciat dolore, nec legendi sine facit, lapsus est in
egritudinem, quam sapientes uituperant, & impatiens nominatur.
Id uitium partim dementia, partim animi pusilli est & abiecti. Ar-
gumento sunt ij qui cōsolantur eos. Vocat enim dementes *lētuidos* &
fractos. De doloribus facit mentionē, quoniam intemperantia uer-
tatur in uoluptatibus doloribusq; nō omnibus quidem, sed corporū, ut
antè dictum est. Gaudent colore, figura, pictura. Nectria cur exēpli
gratia posuit? Duo sunt quæ cadunt in oculorū sensum: color, ea de re
caecos de colore iudicare non posse dicimus; figura, sine forma, ea de
causa Deum, angelum, mentem, uidere nō possumus, quia non ha-
bent formā corporis. Est aliquid tertium quòd ex colore & figura cō-
ficitur, ut pictura. Nec enim lineamenta ducit, & illa colore signat.
His ergo tribus omnia cōplexus est quæ sub aspectum ueniunt cum
simplicia tum cōposita. Qui unguentorum fragrantia capiuntur,
cur potius intemperates appellantur quam qui rogarum suffimen-
torumq; gaudent odoribus? Neutri solent hoc modo uocari. sed qui
uosa percipit odorē, aut suffimētū ut thuris ardentis aut iuniperi, nō
ita redit in memoriam libidinis aut crapulae, propterea quòd hisce re-
bus utuntur omnes etiā temperantissimi. Qui unguentorum odore
perfusi recordantur meretricis uoluptatis, ij iam uidentur intemperan-
tes ac ueneri percipiui. Meretrices uidebantur unguentis, ut hodie nō
nullæ, dabantq; suis amatoribus. Horat. in *Carm.* Quis multa gra-
cilis te puer in rosa, Perfusus liquidis urget odoribus Crato pyr-
rha sub antro? Rosam quidē pomit, nec eam secludit philosophus, sed
potius unguenta notat quibus amantē uti solent ad uoluptatē. Illo-
rum multus fuit usus in Asia, multus in Græcia, nō infrequēs in Ita-
lia, quibus meretrices et impudica mulieres alliciebāt suos amatores,
Plin. lib. 13. Summa cōmendatio corū, ut trāscunte femina odor inuiter

etiā aliud agites. In cōmunijs utebatur unguētis. Horat. *Car. lib. 2.* Olli
uiso leuia massico Ciboria exple, fide capacibus unguētis de cōchis.
Valer. lib. 2. spartana ciuitas aliquādiu ciuiū suorum oculos a cōtriplāda
Asia retraxit, ne illecebris eius capri ad delicatius uite genus prola-
berētur. Audierāt enim lautitiā inde, & immodicos sumptus, & o-
mnia nō necessaria uoluptatis genera fluxisse, primòq; ionas unguē-
ti coronariūque in cōmunijs dandū & secundæ. misæ cōsuetudinem
hand parua luxuria irritamenta reperisse. Plin. At hercule iam qui-
dam etiā in potu addunt, tantūque amaritudo est, ut odore prodigo
fruantur ex utraque parte corporis. Nulla ceteris animantibus his
sensibus capitur uoluptas nisi causa alterius interuenit. Quid hoc sibi
uult? Animates, inquit, rationis expertes ex auditu, aspectu, odoratu
nullā percipiunt uoluptatem, ut leo nō gaudet quòd uideat ceruum,
quòd audiat bonis mugitum, canis quòd naribus percipiat leporis o-
dorem, sed quòd hanc expectet escā. Argumento est, quòd si potiri ne-
queat, afficitur tristitia, etiā si audiat, aut uideat, aut odoretur. Nunc
probare cōtendit hisce sensibus capi uoluptatē, quæ ad intemperan-
tiam nō pertinet, nisi alio referatur, ut ad uenerem aut cōmestatio-
nem. Quod Græci dicunt *κτ' αυουεωυς*, nostri per accidens, Cicero-
nians quidā si dijs placet sortuito, dico causa alterius interuentu,
quia, per accidens, parum latine dicitur, sortuito perperā. Quum leo
uocem bonis audit, in sensus reuocat in memoriam, passum, tūc inter-
uenit altera causa qua permotus ille gaudet, caudē igitur *κτ' αυουεωυς*,
hoc est non propter causam priorē sed eam quæ interuenit &
intercurrit. Quid ergo tres illi sensus nullam bestijs afferunt uolupta-
tem? Id affirmare non possumus. Cic. pro Archia poeta, bestia sepe
immanes cantu stectuntur atque consistunt: uideas aues nonnullas,
ut psitacos, humana modulatione demulceri. Delphis Arionis citha-
ra dicitur esse delectatus. Apes odore retinentur, ut bubuli fimi. Sere-
nitatis aspectus animalia delectat. Virg. 1. Geor. Nunc ille animi cō-
centus in agris, et læta pecudes, & ouantes gutture corus. Quis du-
bitat quis philomela suo carmine delectetur? Consistentum est igitur
esse belluas, quæ tribus his sensibus nonnulli accipiunt uolu-
ptatē. In quadrupedibus de quibus hic agitur potissimum, non ita
multas hoc modo recreari: ea de causa philosophum parui aut nihil

quicquid esset, estimasse. Quod attingit ad canes & leones, Martialis explicat in epigramate. Quid nunc sena fugis placidi lepus ora leonis? Francere tam parva non didicere feras. Servantur magnis istis ceruicibus unguis. Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis. Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus. Non facit ad magnos ceruix nisi prima leones. Quid fugis hos dentes ambitiose lepus? scilicet à magnis ad te descendere tauris, et qua non cernit frangere colla uelint? Quod ruet in terram? uel quos prociuet in armos? Alta iuuenorum uulnera figet ubi? Voluptates corporum qua tactu gustuque sentiuntur, cur dicit esse ferinas atque ferules? Eua sine modo ruunt in libi dinè. Virg. 3. Georg. Omne adeo genus in terris hominūque ferarūque, Et genus æquorum, pecudes pictæque uolucres. In furias igneque ruunt. Amor omnibus idem. Serui quia nihil habent propriū, nihil magnū & honorificū spectant, uentri uenerique se dedant. Parmeno seruus in Eunuchō Terentij, Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo. Syrus in Adelphis, Ego iam proficiam mihi. Nam iam adibo, atque unū quicquid, quod quidē erit bellissimum, Carpū, & Cyathos forbillans paulatim hunc producū diem. Quid ego nunc agam? Nisi dum hæc sese cantant turbæ, interea in angulum aliquō abeam? atque edormiscam hoc uillific agam. Non est iri sic agere, qui non ad edendū bibendūque natus est, sed ad uirtutē sapientiāque. xñ d. ἄνθρωπος φάρμακον ἔχει. sapientissimus, inquit Heraclitus, & optimus est animus siccus. Voluptates, (ut ait Socrates) prætermittēda nisi sires, si uirtutem ut patriam uidere desideres. Eas (auctore Aristotele) percipimus nō quia sumus homines, sed quia animalia. Custō nē parū utantur intemperantes? Custū (inquit Arist.) parum aut nihil intemperantes uti uidentur. Ostendit ex ijs qui uina probāt & obsonia parāt. Illi quo iudicare possunt, uinū subyctū linguæ, aut obsoniū, ut emptores uini, ut coqui, qui hoc modo parū capiūt uoluptatis. Ostēdit uerbō Philoxeni. Non uidetur mihi hæc rectē iudicare, qui hoc ad tactū potius quā ad gustatū pertinere arbitratur. Nā tactus est in omni parte corporis sentire, ut in pede, genu, manu, cute. Cic. 2. lib. de Nat. Deorū. Tactus autē toto corpore æqualiter sensus est. Has & alias huiusmodi partes si esculentū tangat et potulentum, nulla uoluptate afficitur homo. Quando igitur percipit uoluptatem? quum tæget alimentum

mentū linguam, palatū, guttur. Quid ita? quia in his partibus gustū di sensus est, non in alijs. Quid ergo inuat hanc uoluptatem potius ad tactū referre quā ad eū cuius est? An id facit quia putat in lingua tantū esse iudiciū saporum, nō etiam in palato & in guttore? id significare uidetur quā de gutture Philoxeni proponit exemplū. Tactū, inquit, uoluptatē percipere. Custandi sensus est, auctore Galeno medico celeberrimo, primū in lingua, dein de in palato, postremo, in summo gutture. In his locis omne cibi potusque uoluptatem esse cōtēdo. ubi in uentrē peruenit alimentū, tamen si in eo tactus est, nullam tamen affert uoluptatem, sed ne in imo gutture quidē delectat, alios dulcia oblectant, alios acra, alios subacerba. Id nē gustus est? Eāne gustu percipitur uoluptas? Quomōdo sint igitur multa genera ciborum potionumque, quibus frequētius utitur homo quā uenere, consistendū est intemperantes uti gustu plurimum. At qui uina probant & obsonia parant, utuntur gustu nec magnopere delectantur. Custandi sensus id non efficit, sed cibi potus ue quātitas. Non enim tantum sumitur, ut omnes partes quibus est gustū di facultas, commouere possit. Ac minus percipit uoluptatē, qui ad iudicium non ad delectationē conuertit animū. At (inquit) frigidum, calidum, siccū, humidum, pertinent ad tactū. Quid tum? hæc sapiens afferant uoluptatem in esculentis & potulentis. Afferūt nō nihil, fateor, sed hoc nō efficit, ut parū gustatu delectetur homo. Multa sunt enim ciborum genera quæ & frigida, & calida plurimū delectant. Id uidetur in lacte, in pyris, malis, pane sicco & ex iure sumpto, in ijs omnibus ferē quæ arte pistorū apparantur, in phasianis, perdicibus, cyenis, columbis. Hæc & alia multa sine calida sunt, sine frigida, delectant. Adde quōd animal omne gustu præditū est, ut alimentū seligere possit, & eo quod congruens est delectari. Quōd si bestia multum afficiatur hoc sensu, quāto magis homines, qui res parare sciūt & adhibere commode? Num uina generosa quæruunt ut tactū potius quā gustum moueant? Num peritissimū coqui parantur ad epulas condendas quæ manū delectent? Tactus enim præcipuus est in manu. Dicit aliquis, Vidit Aristoteles, aspectū, auditū odoratum percipere uoluptatē nō quātan ueniretur, sed quum interuallū esset interiectū, ut inter oculum & figuram, non affici gustatum nisi tægeretur. hoc

argumento tactus esset debilis, qui non mouetur nisi continens sit quod impellit. id ostendit agendi rationē, non huius sensus infirmitatem. Philoxenus, Leucadij filius, parasitus & zaneo, peragrabat urbes, ut ait Suidas, comitantibus pueris, oleum, garum, acetum & alia condimenta circumferentibus. Alienus ades ingrediebatur, quae reperiebat alimenta condiebat liguribatq;. Transfretauit in Asiam, uaria gula irritamēta se illat, optauitq; sibi collum gruis ut diutius uini & obsoniorū uoluptate fruereetur. uisito καὶ τὸν Ἡράκλειον ἔχεν ἰν' ἑαυτῷ πάλιν χρόνον καὶ τεινούς ὑδάτας. Collū gruis optauit uti potans diutius oblectaretur. Aristot. in problematis. Ἐπιόφινος καὶ ἐχέρον λέγουσιν ὄνομα ἔχει. i. Philoxenus guttur gruis optabat. His alijsq; locis adductus non uerti, longius collum quam gruis, ut Argypophilus, sed guttur longius quasi gruis. Interpres quidam, ὁ τὸν φάρμακον διδάσκων ὅτι καὶ τὸν μῦθον ἔλατ. Ἡράκλειον. id est, precatus ut sibi guttur in longitudine gruis extendereetur. Dicitur Eryxius ab Eryce monte siciliæ, quondam ueneri sacro, siculū fuisse uel hac indicat, quod cum Dionysio tyranno uersatus est, cui quum mulus piscis, appositus esset maior, Philoxenus appositum sibi minore admonuit auri, quasi rogare uellet quid ageret ueneri, dixitq; respondisse, se per statem uereum comitari non potuisse, eum qui Dionysio datus esset, id scire qui esset etate promeclior. uax eo lepore delectatus ei donauit. Quia nobis inest interperantia nō quia sumus homines, sed quia animalia, iccirco ne crimini esse debet? Hoc confirmat Gellius lib. 19. Quæ nimia ex gustu atque tactu capitur uoluptas, ea sicuti sapientes uiri censuerunt omnium rerū foedissima est. Voluptates due gustus atque tactus, id est libidines in cibos atq; in uenerem prodiga, sola sunt hominibus cōmunes cum bestijs, & iccirco in pecudum ferorūque animalium numero habetur quisquis est his ferinīs uoluptatibus praeuinctus. Eā sententiā transtulit ex Aristot. problemate, τὰς τῷ ἀφῆς ἢ γὰρ ἰσὺς ἀδυνασ κείνης ἐστὶν ἡμῶν ἢ τοῖς ἀλόοις ἐλοῖς. At quæ admodum intemperantia dicitur in animali, nisi quia homo est dicitur in hac sententiam. Voluptatem gustus & tactus nimiam percipimus quia animalia sumus. Nam bestia temperare non possunt, ut in uenere passeres, columba, galli gallinacci, canes, in alimentū penē omnes. Quid in quies, hoc indicat esse naturalē? naturaliter

valiter quidem certe capitur eam bestia. Adde, si uis, homines. sed est (ut ait Cicero de senectute) quidā naturalis modus, quē si nō bellua, tamē homo seruare debet, quia mente atq; ratione præditus est. Est enim turpe, ratione nō uti more bestiarum, & abijcere mentem in crapulā & libidinem. Cur ergo uideamus tam multos, & in illis ferē nobilissimos quoq; operā dare uoluptatū vates id docet, Diuitijs & honoribus affluentes mente capti sunt, atq; similes bestiarū facti. Hoc de genere loquens socrates dicebat multos homines propterea uelle uiuere, ut ederēt & biberent, sese bibere atque esse ut uiueret. si nobis a deo traditus est animus, ut simus quasi stultici sues, agamus Epicureos. sim autem mens est homini data, ut res arduas atque diuinas contēpletur, & amet, hæcæ sordidas uoluptates abijciat, iure quidem sapientes hoc indicat bestiarum, nō hominis, esse, nisi quia animal est. Decora, inquit, salustius, natura prona atque uentri obedientia finxit. sed omnis nostra uis in animo et corpore sita est. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum cōmune cum belluis est. Architas dicebat libidine dominante nullam temperantiam locum esse omnino, & in uoluptatis regno uirtutem non posse consistere. Poeta ferunt socios vlyssis in sues esse mutatos quod uoluptati se dedissent. sardanapalus adhuc male audit quod uentri pudendūq; deditus fuit. Homo mens est, mentē extinguit uoluptas, ut dicitur Tarētius Architas. Homo igitur nō amat immodicus uoluptates quia sit homo. Temperantia porro) uelō eū uerti porro, quia sic loquitur Cicero, ut pro Cluentio. Quæ porro tenuissima suspicio collata in scamandrum est? tris uelō oīō) scōtrius? Terunt dies) Cic. Teretur interea tempus. Nebus ijs gaudent) Cic. Gaude tuo isto tā excellenti bono. Sub auditi ueniunt) Cic. Omnes res quæ sub aspectū ueniunt. Letantes odoribus) Cic. Minime miror te tuis præclaris operibus letari. Eo cibi genere) ciceronianus quidā ἰσὺς λέω) uerti esum. Σπεῦδῶν belluinum. Eas uoces nō dicam barbaras, sed ab illius instituto abhorrentes, qui nos reuocat in uerborum superstitionē. Damnauit eorū locutionē qui belluinū dicit & esum. Adesse quidē) prope esse. Caprā feram) Capra in Creta fera quā sunt confixa uenenatis) agitis, dictamū) querunt. Obsonia parat) ὡς τὰς ἐοδῖρας, parare dapes, καὶ τρεῶν δὲ ἄλλων. canes) ὁ δὲ φῆς, qui

laetas epulas seſſatur. Oportuit ut in curru patris tolleretur. Probro & crimini eſſe. Cic. Vita ruſtica quā tu probro & crimini putas eſſe oportere. Voluptates liberales dicuntur ea quibus utuntur ingenui viri, ut ij quondam qui in certaminibus & in gymnasijs verſabantur. Valentinus roboris quae cauſa fricabat corpus, calidiſq; ſomitis recreabat, ut nūc ij qui multo labore deſudarunt.

Edp. II.

TEMPERANTIA voluptati moderatur. Voluptas cupiditatem ſequitur. Cupiditatuſ diſtinctio plurimū ualeat ad explicandam temperantiam interperantiamque rationē. Diſtinguit igitur eas, praſertim in quibus tēperans nominatur & intēperans. Alias facit omniū cōmunes atque naturales, ut alimentis uenerisque neceſſaria, alias proprias, hoc eſt ſingularū, & addit id eſt moribus inductas, ut comeſtationū atq; ſtuprorū. Naturales ruſum diuidit, tum in eas quae ſunt cōmunes generis humani, ut cupiditates cibi potuiſque, tū in eas quae ad cuiuſq; naturā ſunt congruētiores, ut certa portiois certi que cibi. Alij, inquit, alia ſunt incunda: ut aliud cupit ſiccum, aliud humidum. Diſtinctione facta quō pertinet illa, ſicut oportuit, oſtendit: nempe in cupiditate naturali quōſ peccari modo quō plus appetitur, in propria nero, multis modis quōſ diuerticula ſceleratoſū. Vbi de uoluptate dixit, locus eſt alter de cōtrario dolore. Docet igitur ut in ea uerſetur intēperans ac tēperans, diſſimilitudine ducta ex fortitudine, ut appareat uirtutū uitiōſūque diſcrimen. Tandē quia tēperantia ſtatuitur inter ſtupiditatem quandam & intemperantiam, ut de uitiōſo uitiō dixit, ſic & de citiore diſputat. Paucis ſtuporē iſtū in eſſe, ab humano genere abhorreſſe, ei nō inuſitū nomen, ab eo recedere temperantē, mediocritatēque ſeruare. Cupiditatuſ diuiſio nū pertinet ad cupiditates omnes nequaquam, ſed ad eas tantū quae ſunt in temperantis aut tēperantis. Nam quā docere uult quae naturales uocantur, de cibo, potu, uenere facit mentionē, nec ita multo poſt de uētre & expletione, ut appareat eis non eārū quae non ſunt huius loci, rationem habuiſſe, ſed tria genera diſtinguere uoluiſſe. Epicurus (ut ait Cicero ſecundo lib. de ſiniſibus, cupiditates diuidebat in naturales & neceſſarias, naturales & non neceſſarias, nec naturales nec neceſſarias. Ea diuiſio reprehēditur, quia uitiōſum eſt in diuidēdo parte in genere numerare. Dicendū cupiditatuſ eſſe duo genera, natura-

les &

les & inanes: naturalū quoque item duo, neceſſarias et nō neceſſarias. Sic Ariſtoteles numerat naturales & inanes, neceſſarias & nō neceſſarias: inanes ut crapula, neceſſarias ut alimentis neceſſarij, non neceſſarias ut heuſonū, quare uideri poteſt cupiditates omnes diſtribuiſſe. Hoc dicat qui uolet dum ſciat eas poſſimur tradi quae ſunt huius loci. Quae neceſſaria ſunt, melius appellantur de ſideria quāſ cupiditates, propterea quōd ſapius nomen eſt uitiōſi cupiditatis. Dicitur & cupido & libido, hoc eſt appetitio boni, maxime ea quae rationi non obtemperat. Stoici uituperant omnem cupiditatem ut immoderatā. Alij cupiditati ſtatuant modū, nec omnem culpant. Ariſtotelis locum ſic explicabis, Cupiditates alias eſſe cōmunes, quae ad mortales omnes pertinet: hae ſunt naturales & neceſſaria, quia nullus eſt qui indigens nō cupiat alimētum ſiccum uel humidum uel utrunq; & cōgreſſum ueneris: alias eſſe proprias & additas, quae nō omnī, ſed ſingularum, non natura, ſed appetitiōis aduentitia ſunt, quapropter dicuntur eſſe noſtra. Eas enim peperimus ipſi. Harum duo genera, unum quod eſt omnino noſtrum nihil cōſerēte natura, in quo genere fuit illa patina AEſopi. Alterū partim naturale partim noſtrū, in quo luxus eſt mollitum. Alij alia ſunt incunda, ut robuſtis obſonū ualidum, mollibus delicatum. Et omnibus quaedam ſunt incundiora quāſ alia quaelibet. Hoc eſt, nullus eſt qui non aliqua ceteris omnibus anteponat, ut alius anteferat ſumū, alius ſecur aſeris, alius multū piſcē, alius turdum, alius aliud quicquā. Iſtī qui praſeruat adulterium, eſt qui meretrice contentus ſit. Trabit ſua quēq; uoluptas. Dicit aliquis, Cupiditas ueneris non eſt neceſſaria. Ea multi facile carent. Sic Ariſtot. dicta confirmat uerbis Homeri, quia uidit hoc obijci poſſe. Non loquimur aut de deo, aut de homine prodigioſo. Omnis homo perfectus & ſanus, niſi mitem tranſulerit ad deum, cupit humanum genus ſeruare, ac ſtuprem in futuro procreare. Itaque nihil antiquius matrimonio, nihil communius. Habes diſtinctionē cupiditatum, quae ſunt cōmunes ſue naturales, quae propria ſingularum, quae in ſtato, id eſt addita, ut Cicero uerit hoc uerbū in partitionibus orator. Quod affertur ex Homero non reperi in his libris quos habemus, nec Homeri eſſe puto, ut ante docui neſemel, labitur Ariſtoteles hac in re dum memoria repetit, nō profert ex codice. Alimentum

ficum cibis est, humidum potus. sic aliquoties à Galeno dicitur. De iuvene fit mentio, quia turpis est puerilis amor & senilis. Græca conuerti in eam speciem carminis quam præ se ferebat, in quibus interpretum caterorum negligentiam videre licet. Indigentē dixi ὄν ἰδὲν, ut sall. Vtrumque per se indigēs. In cupiditatis natura cur nō ita multi delinquant? Quia (ut ait philosophus) in his peccatur uno modo, in ceteris haud uno. adde quod qui naturam sequitur optimam ducem, minime aberrat, qui à natura digreditur, persæpe cadit. Prætereà necessitas excusat aut honestas, nō item libido minime necessaria, aut honesta parī. Dicit quissimam, vchemētē esurit homo, sumit alimentum, sed ante sacrum, sed in templo, sed alienum, sed nimium, sed turpiter, sed ut contemnat aliorum ieiunium. Licet igitur in cupiditatis natura, multis peccare modis. Dicendum si detur, id non esse naturā quod aliter passī uelit atque natura prescribat, sed esse tribuēdum aduētiæ cupiditati. Nō admittit ergo uirum, qui nō aliud appetit quā quod natura persuasit. Adde, quod si cōmittit in hominū leges, nō statim ius naturale uiolat, de quo tulit hāc sententiā philosophus. Licet enim seruāte iura naturæ et ante sacrū & in tēplo, si adigat necessitas, edere, ac uti rebus ijs quas omnīū parēs naturā in cōmune tulit. Quæ naturalia relictāq; seruāt, ea sæpe propter quorūdā instituta, uidentur absurda, ut illotis manibus, nec instructa mēsa, reficere naturā. Itaq; quod his est honestū, illi turpe cōsent. Ergo, ne opinionibus metiare mores, facit opinionū tā multa sēma, quā multa populorū hominūq; singularū sunt capita. Quod si dicas, idē quoq; de nimia copia dici posse, quādoquidē paruo cōtēta natura ab eo quod nimīū est, abhorret, ostēdo discrimē. Natura uti uidemus in bestijs) auida modū sæpe trāscarrit, siue uoluptate delinita, siue indigētis metu percussa. Est aliquid igitur naturale in copia atq; modo, quod alijs in rebus haudquāquam reperias. Quæ uis est orationis humani? Expletio scilicet indigētis, libido naturalis. De naturali cupiditate loquebatur, paucis esse causam peccādi, quoniā modo tantum atq; quantitate desineretur. His autē uerbis explicat quid sit cupiditas illa naturalis, & quatenus progreditur. Naturalis (inquit) libido, hoc est ea cupiditas quam peperit natura, est expletio indigentis, id est, contendit implere quod deest, quōdque necessarium est. Quum quod

deest,

deest, necessarium, explet, seruat modum naturæ, quum longius progreditur, a natura recedit. Cicero Tus. 4. indigentia definit hoc modo. Indigentia libido explebilis, hoc est, indigentia cupiditas est quæ cupiat expleri & debeat. sitis est summa, indigentia potus uiget, natura certe cupit explere quod deest, & humiū quærit alimentū. si detur quod satis est nō amplius, id fiat quod libido naturalis expletat. Ἀναπλήσιος γὰρ ἢ ἰδεῖος ἢ ὀφθαλμῶν ἰδιόθυμια. Hæc uerba quidam sic interpretatur, expletio enim eius quod deest, eius est cupiditatis quæ à natura proficitur. Non audeat ita loqui ut Aristoteles & Cicero, expletio est cupiditas, quasi dixerint aduatiō. Indigentiam quasi uerbū parum Ciceronianū uitat. Nisus loco statuit, quod deest, quasi uero sit eadem res, ac multa non desint quorum nō indigemus. Quumq; breuiter dici possit, cupiditas aut libido naturalis, utitur periphrasi molesta, definitionibus descriptionibusque. Quod Aristot. de mōcipijs, id est, seruis loquitur, id exposuimus antea. Quæ serui cōditionis infinite sint, ac nihil percipiāt fructus ex omni labo re suo præter alimētū, occasione data uētre sine modo cōpēt, ut solēt iliberaliter educati et belluones, quos Aristot. γαστριμαργούς uocat, hoc est rabie quadā uētris accētos. ἰσὸς ἢ γαστρίος ἢ τῷ μαργαρίτω. i. à uētre & furido. Sunt enim γαστριμαργοὶ τῆ καλῆς μακαροῦσι, quos etiā uētres latini uocāt: ut Lucilius, uisite gluttones, comedones, uiuite uētres. In proprijs uoluptatibus multi peccant, multiq; modis, nēpe qui à rebus quas amant appellari solēt. Quid hæc sibi uult oratio? Nomina quæ uoluptarijs dantur, ostēdunt eos quum more suo rapiuntur, errare multis modis. Nam dicuntur alij ἑλινοῖσι, qui uini sunt auidi, alij ἑλιόπρωγας, qui nimis amāt coturnices, alij πικρὰ & ἐξέται. puerorum amatores. A latinis mulierosi, qui flagrant amore muliebri, αὐροῖσι, qui seruiunt uxoribus. In alijs uoluptatibus ἑλιόπρωγοι, qui gaudent equis, ἑλιόπρωγες, qui nimis amāt coturnices, alij πικρὰ & ἐξέται. mulierosi, homines populares. Quæ dicit Aristoteles ἑλιόπρωγοι, id est, generis huius amatores, accipi uult ea nomina uoluptariorū quæ componuntur ex uerbo græco ἑλιός, ut ἑλιόμαθός προδίου in risum, ἑλιόπρωγος auidus potūs, ἑλιόπρωγος proietus ad uoluptatem. Pauca sunt uerba generis huius apud Latinos, quibus est minor in iungētis uerbis facultas. De nominibus eiusmodi fecit mē-

rr ij

tionē lib. primo cap. octavo. Ex voluptarijs; alij gaudent rebus ijs quibus non licet, ut adulteri, cyn. ed. aut voluptatem plus satis affectat, ut ebriosi, aut ut non licet, ut uxorijs. Gaudent quibusdam rebus contra ac fas est, quippe quae sunt graues & odiose, ut temulentia, stuprum. Quod si nonnullis eiusmodi oblectari licet ut cibi potusque, maiore fruuntur voluptate quam par sit. Qui dicuntur vulgi more letari; verba graeca, ἢ ὅς οἱ πολλοί, qui sequuntur Axyropili, uertunt sic, uel magis quam ut multi. Eos errare puto. Nam si mens Aristotelis ea fuisset, sic locutus esset, ἢ μὲν οἱ ἢ ὅς οἱ πολλοί, non ita, ἢ τῶ μὲν ἢ ὅς οἱ πολλοί. Adde quod haec sententia, gaudent magis quam ut multi, nescio quomodo adhorret à prudentia loquendi & à uiri dignitate. Præterea quum dicie Aristoteles τῶ πολλοῖς, uulgus & imperitam multitudinem dicit. Quod si uellet temperantes accipi, ut interpretantur isti, non adscripsisset quem uocant articulum, φ, sed ita locutus esset, ὅς τῶ οἱ. Nec cōsentaneū moribus, esse multos qui temperantia dent operam, quum uoluptates sint blandissime dominae, quae magnam mortalium partē ad uitium pelliciūt. His rationibus adducti locum sic conuertimus, aut uulgi more letantur, hoc est, sic fruuntur uoluptatibus, ut bestiarum quam hominum similiores esse uideantur. sic interpretandum docet philosophus lib. primo, ubi distinguitur quintū caput, οἱ μὲν οἶον πολλοί περὶ τὰ ὄς ἀσπαρτωδῶς θεῖς, φ αἰσθητὰ. Ἐοικυμῶντων βίον τῶ παροῦ οἰοῦ. id est, Multitudo quidem certe seruitiorū more prorsus abiecta uidetur, utpote quae pecudum uitam deligit. uidēs ne ut, τῶ πολλοῖς, dixerit uulgus? ac cum seruis & pecudibus cōparauerit? Ergo uulgi more letari turpe quidem est atque uitiosum, quod istiusmodi letitia sit pecudū magis quam hominum, & seruatorum potius quam liberorū. sunt libri qui uerbis ijs quae diximus haec adiungunt, ἢ μὲν ὁ θεῖς, quae nonnulli referunt ad finē, non animaduertentes in antiquis libris scripta non fuisse. Haec consensus expungenda ut supposita ac superuacanea. Nec enim ad finem referri possunt, nec aliō relata à ceteris distinguuntur. Nā paulo ante dixit, οἱς μὲν θεῖς, quae uerba solo numero distinguuntur ab his, μὲν ὁ θεῖς. Videtur imperitus aliquis haec addidisse, quod nō intelligeret unum multitudinem cōprehendens. In dolore serūdo quid interest inter fortem & temperantem? Fortes dolorem mali praesentis, inuicti

inuicti ferunt. Temperantes opinione boni praesentis non abdicantur in uitium. Non dicitur is temperans qui patienter fert eos dolores quos desiderium male uoluptatis affert, sed qui nullo istiusmodi desiderio capitur. Fortis autem dolore perstringitur, sed eum uirtute superat. Nec eadē ratio intemperantis & ignaui. Ignauus tum capit dolorem, quū premit eum res formidolosa: intemperans dolet tum quum uoluptas abest. Sic absentia, ille praesentia torquetur. Intemperans ea quae suauissima sunt atque incundissima persequitur: ignauus omnia fugit quae terribilia uidentur. Rectius autē philosophus temperanti cōparat cū fortitudine, cuius est explicata natura, quam cum ceteris uirtutibus, quarū uim ratio neque non dū expōsit. Dicit quispian, Quoniam pacto uersatur in dolore temperantia, si nullum temperans capit dolorem? Non dicitur in eo uersari, quod aequo patitur animo, se dolore torqueri, sed quod eo praeditus est habitu ut illecebrarū desiderio nō afficiatur. Quid ergo queruntur boni se dura pati quū meliorū libidini resistunt? Non dicant dolere se quod una cū petulantia corporis & audacitate consiliētantur, se de hac esse molestā uitam dictitant, quod humana mortalitas procliuis est ad malū. Temperans autē domuit libidines. Nec ijs caret quae nō desiderat. Quapropter nihil est cur doleat. Absurdūne propter uoluptatē capere dolorem? Absurdū sane. Quid enim magis contrarium quam uoluptas & dolor? Quis absurdum uero, dum uis unum contrariorū decidere in alterū, ut si quis peccet, qui bonus esse uult, fiat niger qui cupit esse candidus, a mara gustet qui contendit ad dulcia. Eo ueniunt amentia qui a uore contabescunt ut Narcissus, qui se maris uictibusque committit amore puellae, ut Leāder, qui metu summo comitunt adulterij, qui miseri iactē totam noctē ad fores meretricis, qui se torquent, ut apud Terentium Thēdria, qui cibum ex flama petunt, ut parasitus, qui uino se obrūnt non sine magna iactura ueludiniū, qui auidē uel edunt uel bibunt id quod certo offuturum sciant. Magno stat illis eiusmodi uoluptas. Quae res ergo mouet hominē ut id cupiat quod sine magno dolore cōparare nō possit? Appetitus indomitus, qui ubi laxauerit imperium mentis, sine more siue lege furit, & unam mille doloribus emittit uoluptatem. Porro autē quid absurdum magis quam facere ut semper sit miser? Id faciunt qui uoluptatibus obediunt. Nā dum semper no-

nas appetunt, nunquam dolore & incōmodo uacant. Quid absurdū quāam seruire quum possis esse liber? seruiunt turpiter molles. An (inquit Tull. in parad.) ille mihi liber uidetur cui mulier imperat, cui leges imponit praescribit, iubet, uetat quod uidetur? qui nihil imperanti negare potest? nihil recusare audeat? si poscit, dandum est, si uocat, ueniendum, si eiicit, abeundum, si minatur, extimescendum. Ego uero istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandū puto. Quod ergo remediū? si uelis quod possis quodq; debeat. Quare aliquis, idem uidetur absurdum quod est naturale? Natura immiscuit amarū dulci, iccirco bella gerimus ut pace quieta fruamur, hoc corpus male afficimus, ut tādē salices esse possimus. Per varios casus, inquit poeta, per mille pericula rerū Trāsimus in Latium. Quid ergo? Nō est absurdū capere dolorem, quē imprimis necessitas naturalis, et cū cuius acerbitate acuitur uirtus. De uoluptate scelerata sententiā philosophus pronūciat, & de misera intemperantiū cupiditate. Quod uero dicit iūctā cū dolore cupiditatis, sic accipe, cupiditatis esse uel dōs, id est animi quenā morbum qui tātis per hominē nexat dū fuerit assequutus alit quod cupidē & ardēter appetit. Ea de cupiditate uirg. uulnus alit uenis & caeco carpitur igni. Est etiā cupiditas honesta, de qua Cic. Naturā inest mētibz nostris insatiabilis quaedā cupiditas ueri iudēdi. Hac ut sit cōiūcta cū honesto dolore, minus tamen nexat quia rationi magis obrūperat. Cupiditas & bona & mala si uehemens est, acriorem parit dolorem, si tenuis, tenuit, tamque crescit dolor aut decrescit, quāam desiderium et cupiditas. Quorsum haec proxima, cetera animantes habent escarum delectum? Quic argumentum ex similitudine. Ut bestis delectus est ciborum, & alij gratiores sunt, ut equis aena quāam carduus, feniū quāam culmus, bobus medica quāam plantago, sic homini datus a natura sensus, quo distinguit escam, iucundiusq; percipit eam quā fecit natura gratiorē, ut surrentinā, quāam uenientiam rabellum, ut obsonium lautum, quāam panem cibarium. Is ergo recessit a natura qui neque distinguit alimenta, nec habet in illis suauis quicquā quod potius accipiat. Quod si quis obijciat eos qui ne lasciuiret mortale corpus, maluerūt fontem quāam uinum, locustas quāam phasianum, non efficiat esse multos qui plus satis a uoluptatibus abhorrent.

Primum

Primum diuini sunt eiusmodi uiri, qui maiore uoluptate capti facile quicquid est in cibo potuq; sanitatis aspernatur. Cicero nō dices Iupidos, immanes, sensus expertes, sed cordatos, diuinos, alēdi magis animi quāam corporis studio captos. Deinde nō ex condimento sed fame uoluptate petunt, & aquā multo incundiorē sentiunt, quāam uinum uel optimum pinguis isti uentres qui totū diem magnāq; partem noctis in comestationibus absument. Optimū condimentū fames. Tena perantia (ut aiebat Democritus) iucunda reddūt suauiora. Quē prolemao, inquit Cicero, peragranti Aegypti comitibus nō confectus cibarius in casa panis esset, nihil usum est illo pane incundius. Ergo stupidos & sensus expertes dicamus eos, qui asperum uimendi genus nulla diuinitate moti sequuntur, ac sine ullo delectu sensuq; quicquid obijciatur, in uentrem deiciunt. Illi non sunt bestiarū cōmunis est. Ne in isto genere quidē numeres eos qui glandē quāam segetem malunt. Cōsuetudo est altera natura. Itaq; alimentū solitum incundius est multus, & ut ait Hipp. saluberrimū. Quae uoluptates pertinent ad ualitudinem & habitum corporis optimū? Multa quidem sunt, sed accipienda potissimum quae pertinent ad hunc de temperantia locum, ut ualitudinē tuare. Licet interdum stomachus fastidientem recreare incundiorē cibo, excitare iacentem suauī condimento, de multis epulis excipere quae minus fatient & facilius conficiantur, uti uarietate quae maximē natura gauet, dare corpori nonnihil quod minus grauate suscipiat, suscepto, ualidius fiat, mensibus hybernis uti carlida, estiuis gelida, ac ita consulere ualitudinē, & habitum seruare bonum. Bona sunt uoluptates quae iuuant corpus. Plato in Corgia. Αἰ μὲν ὕγια καὶ πρῶτον ἐστὶ τὸ σωματικόν, ἢ λογικόν, ἢ ἀλλω τῶν ἀρετῶν τὸ σωματικόν, καὶ ταῖς ἡλικίαις. Quae ualitudinē robūq; afferunt corpori uoluptates, aut alia quandā uirtutem, bona sunt habenda. sunt quaedā uoluptates quae corpus debilitant, ut nimia uenas, ut uinum merū, at pinguiorē epula. Variunt haec morbum, & Αἰσχίας, id est bonū corporis habitū uerunt in deterius, id quod uidere licet inijs qui saepimati saepe de aduersa ualitudine queruntur. Sūt qui sic utitur uenere, cibo, potu, ut nō recreetur modo, sed etiā robustiores sint atq; uenustiores. Hos inter se cōparat, ut uideas quae profunt, quae uisunt, quae

laudi quæq; vitio dentur. Monet Aristoteles ut ne cupias id quod ob-
sit ualerudini, peccat enim qui corpus suū ledit intemperans: ne cōcu-
piscas quod deterioerem faciat habitū. Crimināndus quidē certe qui uo-
luptate captus desleclit in grauius tēperamentum, nequid agat præ-
ter honestatē, more ganeoni: nihil rectū quod honestatis egreditur
modū: ne progrediari ultra facultates, hoc est, rem tuā familiarem,
quia sua profundere per intemperantiā longe fœdissimū est. Et ande
apud Virgiliū, quia pauper est, laute minus accipit Aeneam. Ande ho-
spes cōtemnere opes, & te quoq; dignum Einge deo, rebusq; ueni nū
asser egenis. Suo quisque cōtensum esse debet. Ergo rectē utuperan-
tur pauperes, quī cariores epulas emunt, quibus facile carere possēt.

Abfurbo simile) Cic. simile uero uidebatur. Habitū corporis opti-
mū) Cic. habitus corporis optimos. Plus sari) πλεονεξία. & Κορ, malē uer-
titur, contra decorum. Multis modis) πολλοῖς ἕτοις. malē redditur mul-
tifariam. Afficitur molestia) ἰσχυρὸν τι γένηται. Hoc uerbum non signifi-
cat frui ut quidā uertit, sed rebus aduersis uti.

D V A B V S expositis uirtutibus, fortitudine & temperantia, duo-
busque uitij; cōtrarijs, timiditate & intemperantia, operæ precium est
utrū uitium maius sit cognoscere, ut quod est grauius id cautius ui-
temus. Hæc ergo uitia inter se cōparat Arist. ut utrū sit deterius osten-
dat. Propositio est. Intemperantia maiore reprehensione digna. Ratio,
Propius accedit ad uoluntarium facinus. Argumentū est ex genere.
Tendet enim ex eo, quod est, uitia grauiora quæ magis uoluntaria.
Hoc autē est eiusmodi. Quia negari potest istuc, Propius accedit ad
uoluntarium facinus, eam ratio nō cōfirmat hoc modo: Intemperantiā
propter uoluptatē, timiditas propter dolorē admittitur. Hoc satis no-
tum intelligēti uim utriusq; mali. Est autē propositio, ex causa petita.
Assumptio, uoluptas uidetur expetenda, quia pristinum statum non
conuellit, sed oblectat, dolor fugiendus, quia naturā demolitur eius in
quo est. Duplex enthymema ex cōtrarijs effectus. Cōclusio, Voluptas
igitur magis uoluntaria. Adiungit alterā causam ad eandē propositiō-
nem confirmandā. Tēperandis rebus incundis assuescere facilius est
quàm terribilibus, quod in uita multa sunt eiusmodi, & assuescenti
periculū nullū. Ratio ex cōparatiōe maioris et minoris, cuius cōclusio
supprimitur: ut hæc, intemperantia igitur utuperanda magis quàm timi-
ditas.

ditas, habes propositionem in duobus argumentis firmatam. Tertium su-
mit ex actionibus, & ijs rebus, in quibus uersantur ista uitia, inter
se cōparatis. Res formidolosa sensu doloris ita de statu dimouēt homi-
nem ut & arma abiciat & alia fœda cōmittat, quam obrem uolentia
uidetur, singula uoluptates uoluntaria sunt quia appetuntur. Hoc ar-
gumentum demonstrat ex effectibus, magis uigere timidam quàm intē-
perantem, & ideo peccare minus. Quia uero quissimam dixerit, timi-
ditatem, id est, proclinitatē ignauiam, uoluntariā magis esse quàm in-
temperantiā, hoc est intemperantis habitum, propterea quod timi-
ditas in absentia rerum terribilium dolore uacat: Intemperantis no-
men, si res absit, molestum, Arist. in cōparando, quoniam uirtus in a-
ctione cōsistit, actione magis quàm habitus spectandas esse censet.
Explicata timiditatis & intemperantiæ dissimilitudine, quo ratio ui-
tandi mali deterioris appareat, opportune disputat cur intemperans à
Graecis dicatur ἀκίλαστος. Quæ disputationem si quis perspicere uelit,
sciat uerbū graecum κίλαστος, id esse quod apud nos, castigo. ἀκίλαστος
esse dictam, cui sit appetitio indomita & effrenata. puerū dicto nō
audientē, dici ἀκίλαστον, ut intemperantē puerum & appetitum sic
cōparari posse. Ut puer est castigandus quū turpium rerum appetens
est multumq; luxuriat, sic appetitio luxuriās castiganda. Ut puer ex-
cedit modū si non coercetur imperio, sic longe progreditur appetitus
si nō cohibeas. ut puer ex pædagogū præscripto uiuere, sic animus in-
ferior ex præscriptione rationis agere debet. Hæc ad artē redigi non
debēt, ut alia multa, quæ natura quàm arti plura debēt. Ridiculi qui
statuunt hæc in re conclusiones, corolloria, ac similes negat. Quid est
quod ait, expetendā uoluptatē quous dicat Architas Tarentinus, nul-
lam capitaliorē pestem quàm corporis uoluptatem hominibus à na-
tura datā? Non dicit Aristoteles expetendā uoluptatem quæ sit inimi-
ca uirtuti, sed in bonis rebus duci uoluptatē. Nā in ea summū bonū
statuunt Epicurei, eam omnes prope mortales sequuntur. Eam dedite
natura ut dolores auferret quemadmodū dies noctem, serenitas tē-
pestatem. Naturalis est modus quidam in omni incūditate quæ sen-
su percipitur, quæ qui retinet, sine uitio uoluptatē ut bonū quoddam
percipit. Eam qui utuperāt, nimium scruer uidentur si omnem ui-
tuperant, stoici quī definiunt sublationē animi sine ratione opinātis

se magno bono frui, definiunt eā quæ modū iam præterijt. Quod si aut loco, aut tēpore, aut modo, aut sine mala sit, non icireo superte natura mala. Nihil est enim quo non possumus abuti. Voluptatibus tēperantes fruuntur nō abutuntur. Audiunt boni viri sonorū concentum, intuentur bonas formas, oblectātur odorū suavitatē, non aspernantur epulas etiā lautas, nō pocula honesta, non uerecundam pudicāq; matrimonij conficiunt. Quæ res ostendit non esse malam perse voluptatem, nec ei bellum iudici quæ naturalem modū seruet, quā quodammodo honesta est & mentē non dimonet. Plato lib. 3. de Rep. ἀφροσύνην ἢ ἄδρῆν ἀποβάλλουσαν τῆς ψυχῆς καὶ ἀκαταστάτην τῆς ἰσχύος, ἢ τῆς ἀφροσύνης ἢ τῆς ἀδρῆς, ἢ τῆς ἀκαταστάτης. Quæ res ostendit non esse malam voluptatis eius quæ ultra modū profilit? Quis fiat inquit? quū turbet eam mentē nihilo minus quod dolor significat esse duo genera voluptatum, unum mediocrem quod uirtuti nihil repugnat, alterū immodicum cui cū uirtute nullum commercium est, quia mentē cōsellit haud aliter atq; dolor, de quo genere Cic. lib. de senect. voluptas nullū habet cum uirtute commercium. in Partit. Voluptas mentem ex sua sede & statu dimonet. Ex ijs perspicitur potest quæ sit uoluptas expetenda, quæ fugienda ut malorum mater. Labefactat ne dolor eius, in quo est, naturam atque conuellit. Dolor definitur a Cicero in Tuscul. 2. motus asper in corpore, à sensibus alienus. De dolore corporis hic agit philosophus ut de eiusdem uoluptate. si alienus est à sensibus, id sit quia cōtra naturā est: quicquid autē cōtra naturā corporis est, eam labefactat atq; de pristino statu quoad potest, cōsellit. Dolor (ut aiebat Zeno) asperū quiddā est, cōtra naturā, difficile perpassus, triste, durum. Dolor, inquit Cicero res est tristis sine dubio, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendū tolerandūq; difficilis. Quid est inimicum naturæ, asperum, & amarum, nisi quod eam labefactare contendit? Quid tantopere medici laborant ut dolores auferre possint? nempe quod intelligant, causam doloris naturæ, quam seruare cupiunt, esse contrariam. Doloris autem plurimæ causæ, ut frigus urens, calor exarsuus, immodica siccitas, nimis humor, fames, sitis, uulnus, morbus, & quicquid salubre nō est. Dicit aliquis, Dolor est comes affectus partiu aut corporis lesi. cur ei tribuitur id quod ad causam perinet? Causa profecto nocet, non itē dolor, sed uulnus hominū causa minime

minime uidet, dolorem planē sentit. itaq; in arte morum quæ cōmunis est omnium, de dolore nō de causa agi solet. Aliter enim medici, alter philosophi de doloribus agunt, illi ut lenire aut prorsus auferre possint, hi, ut doceant patienter omnes ferendos, tolerandōsque sapienter uiuere. Dolor susciendus, quia animanti est à natura tributum ut se, uitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ nocitura uideantur. Ferendus est tamen si acciderit, quia sapientis est æquo animo perferre molestiam uitæ. sapientia efficere potest ut minus ad animum penetret dolor, quem cum eo communicat corpus. Animus (ut Plato scribit in Phadone) τὸ πνεῦμα ἐπιμαρτυρεῖ, ἢ τοῖς αἰσθητικαῖς ἢ ἀναίσθητοις τῆς ψυχῆς ἐπιμαρτυρεῖται. Interperantia reprehensione maiore digna quàm timiditas. Quid igitur nobilitas omnis arguit ignauiam magis quàm intemperantiam? Nam contemnit timidos & ignauios, affectatur uoluptuarios, atq; uiros esse iudicat. Timiditas in bello peius audit quàm intemperantia, propterea quod grauior habetur causa mali. Itaque duces animaduertunt in desertores, non item uoluptuarios, quia timidi produnt temp. intemperantes egregie pugnant. Caesar eximie certabat, adulter erat tamē, ut ostendit suetonius. Ac fortissimi quiq; (auctore Arist. in libris de re ciuili) dediti sunt mulieribus, eā ob causam ueteres memorant martis & ueneris adulteriu. Ne mireris igitur si nobiles qui uolunt fortes & bellicosi uideri, grauius accusant timidos, excusant immoderatos, ut plus habeant licentia. Non ita rem philosophus aestimari uult, perpendit arbitrium, quod liberius est in aspernandis uoluptatibus, quàm in desiciendis rebus asperis atq; formidolosis. si perspicias causam, magis accusabis intemperantem, si locum & cunctum, grauius ages in timidum & ignauium. Quid quisque iudicet non tam uidendum, quàm quæ sit natura rerum. Celebratur historijs Fabritij, Curij, Annibalis aliorumque multorum intemperantia, quæ non minus attulit uere gloriæ quam res bellicæ. scipio quū uenisset ad exercitiū in Hispania, proiecit sortea atq; illecebras, nec fortitudine magis quàm tēperantia domuit hostē. Quid ergo? Cuiq; uirtuti sua laus, cuiq; uitio sua uituperatio. Tempora, loci, causa uariet, efficiuntq; ut quod minus est uideatur esse maius. si nihil uariant, intemperantia grauior quàm timiditas, ac minus ignoscendum fūdo

homini & libidinoso quam militi qui gravi metu percussus abiecit arma. Nam prope inuitus abiecit. Quis unquam fugiens hoste sic habitus est turpis ut Sardanapalus intemperas? Quis unquam tam laudauit sextum Tarquinium quod animo forti capesseret pugnam, quam uituperauit eundem quod Lucretia stuprum obtulisset? Non est consentaneum, inquit Cice. in Off. qui metu non fragiliter, eum frangi cupiditate, nec qui inuictum se a labore praestiterit, uinci a uoluptate. Vacandum est omni animi perturbatione, in cupiditate & metu, tum etiam egritudine & uoluptate animi & iracundia. Praeclarum illud Horatianum, Fortior est, qui se, quam qui fortissima uincit opida. Vides ut propter intemperantiam fortitudo non sit in honore, temperantia laudetur sine fortitudine. Ut tamen finis, magis accusandus intemperas quam timidus, sed id non sit apud intemperantes, & eos qui tantum uoluerunt fortes uideri, atque apud eos qui opinione magis quam ueritate ducuntur. Vitium turpius quod magis uoluntarium, quod facilius caveri potest. Dicit quispiam, blandam uoluptatis illecebram fallunt nos opinione boni, pugnant dies nocte, que, non sinit agere tranquille: eam ob rem qui maximas gentes uicerat ut Hercules, a uoluptate uicti sunt. Is enim uir fortissimus apud Omphaliden pensa deduxisse fertur. Sunt igitur oppugnationes earum difficiliorem quam rerum terribilium. Diutius sane nos oppugnat, sed minore impetu earum quam praeliorum. Subeunt quasi cuniculis & agunt mollius. Quid ergo Virg. canit? Omnia uincit amor, uincit eos qui non sunt exculsi & habitu moderationis temperati, non item qui sic domuerunt appetitum ut rationis imperio obtemperet. Hec oratio quid sibi uult? Voluptatibus assuescere facilius, & que sequuntur, virtus omnis est habitus. Is uero firmari que non potest nisi diuturna consuetudine. Ut quis assuescat, aliquid agat necesse est. Agere non potest, si ea non adsint in quibus uirtus informanda uersatur, ut medicus si non sit qui sine periculo curetur. Quocirca uolens Hippocrates ostendere, medicinam esse difficile, scribit haud esse tutum facere periculum. si cotidie praelia committerentur, & in his certaret iuuenis sine magno periculo, facile periculis assuetudinis assuesceret. Quia raras sunt & ea periculosa, non est cuique proprium fortitudinis habitum confirmare. Romae plurimi fortes nominati quod olim cetera prope bella gerebantur, & assuescebat in tam frequents

quenti conflictu iuuentus. Rarus in pacatis ciuitatibus reperit. Cum uoluptatibus cotidie pugnare licet, quia permulta sunt in hominum uita, ut in spousalibus, nuptiis, natalibus, epulis, festis, amicorum mensis, salutationibus, ludis. Quid enim frequentius, quam uinum, quam obsonium, quam mulier? Quid periculi, si quis parce & temperate rebus his utatur? Intemperantia igitur factor est quam timiditas, quia uicta minus acri malo, quam sine ullo periculo saepe contendere liceret. Annibal in conspectu suorum certare captiuos iubebat, ut in acie milites haberet fortiores. Romani spectabant in arena gladiatores, ut eadem minus horrerent in praelio. Admittuntur & apud nos in conuiuium pueri, ut una cum uiris uesci temperate discant. saepe uideas iuuenes quos arcebat custodia a uoluptatibus, aut in ingurgitare se, aut in uenerem turpiter se dare. Promius feruntur quod cum uoluptatibus eiusmodi certare non consueuerunt, quodque nituntur in ueritum. satius erat assuescere pugnando, quam arere separando. Inter timiditatem & res singulas metuendas quid interest? plurimum. Timiditas est in homine, res formidolose extrinsecus occurrunt, timiditas est habitus, non ite terribilia que sunt. Ignauia est in hominum potestate, non sic omnia perhorreda. Ignauiam genuit consuetudo, non peperit ea que terrorem afferunt. Timiditas igitur uoluntaria magis est, quam res horrenda. Nam est habitus uoluntate susceptus, aut certe quam cresceret, nullo studio rectus. Habitus iste nullum affert homini dolorem. Non enim laborat timidus, nisi quum imminet periculum, aut uerum, aut opinatum. Non ergo sic cogit timiditas hominem ut grauius pericula dimicationum. Quo minus cogit, eo liberior, eo pulsu facilius adhibita ratione actioneque. Dicit aliquis, Nemo uult esse timidus, ut nemo uult esse intemperans. Timiditas igitur minus uoluntaria, sicut intemperantia. Minus autem uoluntariam dicit intemperantiam philosophus, quia nemo uult intemperans esse. Nemini dubium est quin omnes fugiant ignauia nomen, argumento est illa fiducia quam pertimidi praeseferunt, dum falso gloriantur aliquid audacter egisse. Nec tantopere oderunt intemperantia nomen. Non igitur Aristoteles hoc dicit, intemperantiam magis esse uoluntariam quam timiditatem, quod homines esse timidi nolunt, aut intemperantes, sed formidolosa, & incunda non eodem

modo voluntaria, quod luce clarius est. Verūmne istuc est, neminem cupere ut intemperans esse videatur? quam permulti sciant quid sit intemperantia, & eò audire ferantur, ac gloriantur nonnulli quòd egerint intèperate? De stultis perditioque non agit philosophus, quid illis cum ratione morum? hoc solum confirmat, neminem sana mètis hoc uelle, ut intemperas sit aut habeatur. Id quidem certum. Nam qui peccant, hoc quod agunt in specie boni meriti, afficiuntur animo quòd turpiter uiuunt, grauius dolent quam redarguuntur. hinc conscientia stimuli, hinc supra lucis & hominum, hinc odium uitæ. Media uidentur esse incuria, finis admodum tristis. Intemperas dicitur ἀκολαστος, à puero effrenato: an puer indomitus ab intemperante? Nihil in presentia refert, inquit, quia non de temporibus, sed de ratione morum disputatio suscepta est. Videtur autem curiosus qui quæ sapiens nolit, inuestigat. A priore dicitur posterior, sed nò est facile iudicare uter prior hoc nomine sit appellatus, hoc est utrū ueteres graeci puerum dixerint ἀκολαστος, antequàm sic nominarent intèperantem, an contra? Verisimile est puerum præcepisse nomen, non quo prior natus sit, ut ostendet sophista, sed quòd ueteres admodum temperantes fuisse constat, intemperantiamque tardius & luxum corrupisse mores. Vnà cum diuitijs hoc malum creuit. Quis autè dubitat ante diuitias partas petulantius egisse pueros, castigatos fuisse, qui indomiti uidebantur ἀκολαστους nominatos? iam temporibus Homeri præfiebantur pedagogi qui mores linguamque formarent, ut Thænix Achilli. Nectum fuit principium, sed longius petita incertior est historia. Comparat Aristoteles rationem cum pedagogo, id est eo qui puerum instituit, cupiditatem cū puero. Vt puer ex præscriptione pedagogi uiuere debet, quia non est eo tempore rationis compos, sed appetitu fertur atque cupiditate: sic ea pars anime quæ dicitur appetitus, quia rationem nò habet, habenti parere debet. Vt cupiditas est sine ratione, sed idonea quæ menti pareat: sic puer usus rationis indonatus, est idoneus qui uiri præscriptis obtemperet. Cupiditas, verū turpium appetens est, eam ob causam rationis imperio castiganda. Puer ad factas libidines, pecorum more fertur, idèò que pedagogi norma corrigendus. In puero appetitus euagatur, & in rationem certat. Inferior anima scuit, ac menti repugnat. Nec puer ludo, nec uoluptate

appetitio

appetitio satiat. Duciturne cupiditate uita puerorum? id ià demonstratum est libro primo cap. 3. perturbationibus agitari puerum, atque more precudum uoluptate ferri. scita descriptio est apud Horat. de arte poetica. Gestit paribus colludere, & irā colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas. Imberbus inueniunt: tādè custoderemot, gaudet equis canibusque; & aprici gramine cāpi, Cereus in uitijs stelli, monitoribus asper, ut illi tardus prouisus, prodigius æris. Pertur ergo cupiditate petulans, lasciuus, intemperans, loquax, tum maxime lætus, quum iocari, ludere, cursitare, seria fugere, fabulas audire, uanis sermonibus interesse, epulus frui, dormire, puellas intueri potest. Vt bestia uentrem curant ac ruunt in uenerem, res arduas & honestas contemplari nequeunt, sic puer haud compos alta mentis, epulis, uino, ludo, somno, libidini deditus est. Vt igitur disciplina. οὐ τοῖς μαθηματικαῖς οὐ τοῖς ἀστρονομικαῖς οὐ τοῖς φυσικαῖς, inquit, Plato de rep. hoc est disciplinis quasi ludis educari debent pueri. Αὐτὸ τῶν παιδῶν ἡ παιδεία λέγεται. Graeci disciplinā uocauerūt, à nomine puerorum ducto uocabulo. Quum pueri cupiditate rapiantur, quæsitum remedium, obiurgatio, metus, flagra, magister, schola. Puerum cadere licet non item uirum, quia uerberibus & metu bestiarū more cohibetur, quæ res ostendit à bestijs eo tempore parū distare. sunt & quidam uiri senesque, pueri, qui non aliter atque illi uoluptatem sequuntur. sed Aristoteles τὸν πῦρρα, id est, pueros paruulos dixit, quòd in ætate prima admodum pauci rationis imperio gubernantur. Voluptatis appetitio cur dicitur inexplebilis? subinde redit maior auctiorque. Quanto sepius homo ueneri indulget, tanto magis accenditur libido, tanto cupidius eò reuertitur, nec ante finē facit quàm fractæ deficiunt uires. Quinetiam nonnulli uiribus destituti ulro asciscunt hoc malum, factique aut morbo aut ætate languidi scorto carere non possunt. Eam ob causam ueteres pingebant cupidinem puerum macie cōfectum, quòd ista libido reuadescit uiresque labefacit. In satiabilis igitur hæc cupiditas. Cicero lib. 1. de Finibus. Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modo singulos homines, sed uniuersas familias euertunt, totam etiam labefaciunt sepe remp. idem paradoxo primo. Nunquàm mercede ego neque pecuniis istorum, neque rectorum magnifica, neque opes, neque imperia, neque

*eas quibus maxime astricti sunt uoluptates in bonis rebus aut expe-
 tendis esse numerandas duxi, quippe quum uiderem homines his re-
 bus circumfluentes, ea tamen desiderare maxime quibus abundaret.
 Neque enim unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Sapiens
 ille rex solymorum quum tam multas uxores haberet ac concubinas,
 cupiditate rapiebatur ad alienas. sardanapalus quo magis utebatur
 muliere, eo magis ardebat, & abijciebat sese ad muliebria ministre-
 ria. Tyberius imperator, ubi confecerat corpus impurum nimia libi-
 dine, tanta cupiditatis erat, ut intuens impudicos languida uenerem
 suscitaret. scilicet nullus est huius rei modus. Quid? Ebriosis nonne
 quanto sepius adeunt cauponas, tanto magis ardent adeundi cupidi-
 tate? Qui uentrem pascunt epulis, ecquid omittunt unquam, quo in-
 cūdins uoluptate frui possint? Quid est quod Tityus amator Latone
 uulturū pascit iecore semper renascente? nec fibris requies datur ulla
 renatis, inquit Virgil. secur locus est cupiditatis quæ carpit hominem,
 & expleta, non ita multo post siti uehementiore premitur. Vtrum
 utri) Cicero, uter utri insidias fecerit. Cognatā sibi) Cicero, Cognat-
 tum mentibus nostris.*

F I N I S.

PRIVILEGII SENTENTIA.

*Regio diplomate cautum est, ne quis alius præter vascosanum, hos
 strebai commentarios in treis priores libros Ethicorum Aristo-
 telis ante sexennium typis imprimat, nèue uendat: qui secus fe-
 cerit, libris & pœna in sanctione aestimata multabitur. Latetia
 Parisiorum V. Cal. octob. M. D. XLIX.*

Barillon.